
CHRONICON ABBATIS VRSPERGEN. A NINO REGE ASSYRIORVM MAGNO: VSQVE AD FRIDERICVM.II. ROMANORVM IMPERATOREM











AXIMILIANVS DIVINA FAVENTE CLAEMENtia electus Romanorũ Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmaciæ, Croaciæ &c̃. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgũdiæ, Brabantiæ &c̃. Comes Palatinus &c̃. Cum noster & sacri imperij fidelis nobis dilectus Ioannes Miller impressor Augusteñ. Chronicam Abbatis Aursgergeñ. imprimere intendat impensa sua, quã ipse conquisiuit ex diligentia honorabilis Conradi Peutinger Iuris vtriusq; doctoris Consiliarij nostri fidelis dilecti, nosq; cupiamus ne iacturam aliquã accipiat, aut præiudiciũ patiatur in nouo libro edendo per secundariã illius impressionem. Idcirco fecimus ei hanc gratiam & hoc priuilegiũ concessimus prout tenore præsentiũ facimus & concedimus, ne quis per totũ sacrum Ro. Imperium, & vbilibet locorũ & terrarum per continuũ quinquennium subsequens ab ea die, qua libri seu dictæ Chronicæ per præfatũ Ioannem Miller impressi fuerint sine scitu & præter eius voluntatẽ consimiles libros seu Chronicas imprimat, aut imprimi faciat, aut alibi impressos in præfato impio & locis nostris vendat vel vendi faciat. Mandantes omnibus & singulis sacri Romani Imperij Principibus Statibus Rebuspublicis Cõmunitatibus, & alijs quibuscunq; subditis & fidelibus dilectis cuiuscunq; gradus, ordinis & conditionis extiterint, vt præfatũ Ioannem contra hanc gratiã nostram non molestent aut impediant, molestari aut impediri permittant. Quinimo sub pœna indignationis nostrę conseruent eundem & manuteneant nostro nomine cũ per eum requisiti fuerint contrauenientes plectant & puniant totiens quotiens contra factum fuerit tam pœna suspensionis artificij, q̃ amissionis librorũ seu Chronicarum, sic contra præsens indultum nostrum impressarum. Quas etiam de facto idem Ioannes per se vel suos vbicunq; eas comperiet accipere, & in vtilitatẽ suam conuertere poterit. Harum testimonio literarum Sigilli nostri a tergo impressione munitarum. Datũ in ciuitate nostra imperiali Augusta die quinta Mensis Maij. Anno domini. M.D.XV. Regnorũ nostrorum Ro. tricesimo, Hungariæ vero vicesimosexto.

IOANNES FOENISECA
AD LECTOREM


Difficile nobis arduumq; fuit optime lector Chronicon hoc Vrspergeñ. emendare: vnicum enim & id quidem admodum mendosum extabat exemplar: conferentes tamen illud cũ reliquis tum chronographis tum historicis/ redintegrauim⁹: inter imprimendum quoq; chalcographorum lateri assistẽdo/ a principio vsq; ad calcem correximus: pro qua re vni Ioanni Miller cuius impensis liber hic prodijt in lucem: nobisq; gratias habe. Vale.




DE REGNIS ET REGIBVS ET GESTIS TEMPORVM,

multi ſcripſerunt, varia hæc deſcriptione ꝓſequētes. Nam Moyſes ab Adam vſq; ad Noe, & a Noe vſq; ad Abraham duarū ætatū tpa ſcd'm ſucceſſiōes generationū in populo dei deſcribit, nullam vſq; de regnis aut regibus faciens mentionē. Tum quia reges forte nō erant, tum qa non de regibus ſcribere intēdebat: ſed mirabilia & leges dei quæ geſſit in populo ſuo enarrare ſtudebat. Hui⁹ itaq; & aliorū ſacræ hiſtoriæ ſcriptorū tractatus merito præferūt q̨ a deo inſpirati, magnalia dei mirifice inter hoīes eloquunť. Cæterū licet hæc q̄ in lege & ꝓphetis & pſalmis ſcripta ſunt, ad corroborandam fidem ſufficere poſſint, multi tn̄ adiecerūt hæc quæ a ſanctis dicta ſunt principaliter ꝓſequēdo: ex libris etiā gentiliū de regnorū & regū ſucceſſionib⁹ aliqua ſatis eleganter interſerēdo. Ex his Oroſi⁹ & Euſebius & alij q̄plures libros annales ediderūt. Ex quib⁹ præfatus Euſebius collationes tpm facere conatus eſt: ſingulos annos in numeris diſponēs in ſingulis lineis & colūnis. A principio diſponēs quatuor principatus. ſ. Hebræorū: in quibus nō reges/ ſed patriarchæ extiterūt. In ſecunda columna regnū & reges Aſſyriorū p ſingulos annos diſponit. In tertia columna regnū & reges Sicyoniorū per ſingulos annos ordinat. In quarta colūna, qm̄ Aegyptij reges non habuerunt, ſed quaſi in regno poteſtates illorū: quas illi dynaſtias appellabant: diſponit ſingulos annos in ſingulis lineis vſq; ad centū xc. annos per q̄s a Thebæis ꝑ. xvi. dynaſtias regebanť. His regnis poſtmodū acceſſit in Europa primū regnum Argiuorū, ſecūdum Aegyptiorū, tertium Athenienſiū. Hæc ideo dictus Euſebius ſic diſponit vt oſtendat quotus annus cuiuſlibet regni ſiue regis, quot⁹ ſit ad quēlibet annū alterius regni ſiue alteri⁹ regis. Verum quia præfata ſcriptura vicio ſcriptorū omnino eſt corrupta, & multa difficultas/ & modica videť ineſſe vtilitas, nos eam omittim⁹ ꝓſequentes & ponētes tantūmodo reges ſcd'm ſucceſſiones ſuas: a principio tantūmodo in duobus regnis. ſ. Aſſyriorū & Sicyoniorū: quorū vtroſq; in ſingulis colūnis poſt alios ponemus ſcd'm ꝙ ſimul extitiſſe videnť, altrinſecus eos ponendo: contēporaneos q̄q; patriarchas, & præfata ægypti ſiue alia regna in circulis alijs ponem⁹: in eiſdem ſpatijs ſcd'm quod contēporanei fuerūt, ſingulis annos ſuos breuiter aſcribendo. Ex q̄bus prudens lector dinumeret ꝓgreſſum regnorū & regum & annorū eorundem. De regibus ad reges lineas ꝓtrahimus in ſingulis regnis: quouſq; ad regnū Romanū in Europa perueniamus. A latere autē ſine ꝓtractione linearū ponimus patriarchas ſiue reges vel ſacerdotes iudæorū, aut etiā alia quædam quæ in libris diuinis euidenter deſcripta ſunt, & explanata a multis expoſitoribus. Narrat Philo in libro quæſtionū ſuper Geneſim ꝙ ex tribus filijs Noe adhuc ipſo viuēte nati ſunt. xxiiij. &. c. virorū extra mulieres & paruulos, habentes ſuper ſe tres duces: filij Cham Nemrot, filij Sem Ietram, filij Iapheth Soffone: a q̄bus præfata tria regna ꝓceſſiſſe credunť. Primū igitur fuit in oriente regnū Aſſyriorū. In Aſſyria. n. præualuerat dn̄atus impiæ ciuitatis. Huius caput erat illa Babylon quā ædificauit Nembrot gigas contēptor dei, principium regni ſui. Cuius terrigenæ ciuitatis nomen aptiſſimū eſt. i. confuſio. In qua ciuitate rex primus appellatus eſt Belus pater Nini: regnauitq; annis. lxv.

Hic ponunť reges Aſſyriorū. Hic ponunť patriarchæ. Hic ponunť reges Sicyoniorū



ANno regni Beli. lij. nat⁹ eſt Thare pater Abrahæ. Fuit ergo Thare viceſimū ſeptimum annū agens qn̄ mortuus eſt Bel⁹. Thare vero anno vitæ ſuæ lxx. genuit Abraham, anno Nini regis Aſſyriorū. xliij. qui eſt ann⁹ circiter. M. ccxxviij. ante conditā Romam, vel alteram in occidente Babyloniā: & ann⁹ regni Europis ſecūdi regis Sicyoniorū. xxij. Nin⁹ in regno Aſſyriorū ſecūd⁹: qn̄q; primus poniť: qa cū cæteri fuiſſent an eum fraudis ignari, & finibus regnorū



Quadrageſimo q̄nto anno Beli regis cœpit regnū Sicyoniorum in quo regnauit primus Aegialeus annis. lij. & ab eius noīe dicta eſt terra illa Aegialea: quæ hactenus Peloponeſus nūcupatur. Huic ſuccedit Europs: regnauit annos quadraginta quinq;.

Anno natiuitatis Abrahæ cœperunt Thebæi Aegyptijs imperare annis centū nonaginta: per dynaſtias. xvi.

suorũ contenti, hic dñationis libidine arma foris extulit: cruentam vitã annis .l. bellãdo egit: donec omnẽ Asiã excepta India sibi subiecit. Nouissime Zoroastẽ Bactrianorũ regẽ, eundemq; magicæ artis vt ferũt repertorẽ, pugna oppressum interfecit. De quo Aristoteles scribit, q̃ vicies centũ milia versuũ ab ipso condita indicijs voluminũ illi⁹ declarent. Eius vero artẽ multa post sæcula Democritus ampliauit. Ninus aũt post expugnatũ a se orbẽ, ictu sagittæ ĩterijt. Qui cũ regnum Assyriorũ cæteris potentius fecisset anno regni sui .xlv. cõdidit ciuitatem nominis sui Ninũ; quam Hebræi dicũt Niniuen: regnauitq; annis .lij. decẽ postq̃; natus est Abraham. Ab hoc tempore vsq; ad egressum Israhel de Aegypto fiũt anni .d.v

iij Semiramis xlij

Semiramis vxor Nini regnauit post eũ in Assyrijs annos .xlij. de qua innumerabilia narranť. Nam non contenta terminis quos a viro suo tũc solo bellatore acceperat, Aethiopiã bello p̃ssam suo imperio adiecit: Indis bellum intulit: quo præter illam & Alexandrũ null⁹ intrauit. Hæc Babyloniã muris coctilibus instaurauit: & aggeres ꝑpter inundationes aquarum construxit. Hæc priuignũ suũ Trebetã regno expulit: q̃ per mare & Rhenũ & Mosellã classe vectus, Treuerim primus construxit & eã ex noĩe suo, vt aiunt Treuerenses appellauit. Vnde etiã ad hæc tẽpora paruũ repertũ fuit ibi ĩ lapide sculptũ hoc epitaphiũ

Nini Semiramis quæ tanto coniuge fœlix
Plurima possedit: sed plura prioribus addit
Non contenta suis, nec totis finibus orbis:
Expulit a patrio priuignũ Trebeta regno:
Insignẽ ꝓfugus qui nostrã cõdidit vrbem
Treueris &c̃.

Hæc quia execrabilis fuit luxuriæ dum filiũ suum Ninũ seu Niniã, de incestuoso sollicitaret concubitu, ab eo vt aiunt interficiť: & hic ei succedit in regno. Sub qua & Abraham adolescit ĩ Chaldæa qui & ipse natione Chaldæus fuit.

iiij Zameis xxxviij

ZAmeis q & Ninias filius Nini & Semiramidis q̃rt⁹ regnauit annis .xxxviij. Cuius .xxiij. anno Abraham cum esset lxxv. annorũ dño iubente de aran egressus, iuit in terrã Chanaã. Factaq; est ad eũ repromissio dei: & hic est ann⁹ prim⁹ repromissiõis. Ex quo ad egressum Israhel de Aegypto cõputanť anni quadringẽti .xxx. quorũ meminit Paulus apl̃s dicẽs. Hoc autem dico testamentũ &c̃. Vnde sic supputa

iij Selchin xx


Selchin .iij. rex Sicyoniorum regnauit annis .xx. &c̃. Quo regnante vsq; adeo cum illis mitia & læta tempora fuerũt, vt eum defunctum velut deum colerẽt sacrificando & ludos celebrando: quos ei primitus institutos ferunt.

iiij Apis xxv

Apis quartus Sicyoniorũ rex regnauit ãnis .xxv. a quo terra illa Apia dicta est quæ prius Aegialea nũcupata est: nũc vero Peloponesus appellatur.

v Thelasion lij

Thelasion rex Sicyoniorũ .v. regnauit annos .lij. Huius anno .xvi. Abraham anno ætatis suæ .lxxxv. ex Agar genuit Ismahelem. Hic est annus .x. repromissionis.



As — Pa — Si

banf apud Hebræos anni; annus repromissionis talis vel talis; quod tamen non reppe ri in scripturis.

Huius tempore Abraham cũ centenarius esset/genuit Isaac ex Sara libera nonagenaria; & vixit postea annos.lxxv.

v Arius xxx

vi Aralius xl

Aralius rex Assyriorum. vi. regnauit annos.xl.

vij Xerses xxx

Xerses qui & Baleus rex Assyriorum.vij. regnauit annis.xxx. Vsq ad hæc tempora Thebæi imperabant Aegyptijs, p potestates quas dynastias appellabant: vt supra dictum est. Ex hinc Pharaones per annos.c.&.iij. qui & pastores dicti sunt, ob hoc vt conijcitur: quia Iacob & filij eius vt pastores ingressi sunt in Aegyptũ temporibus eorum.

viij armãitres xxxviij

Armanitres rex Assyriorum octau⁹ regnauit ãnos.xxxviij

Sub hoc tempore mortuus est Sem post annos quingentos a diluuio: & hunc qdã putant esse Melchisedech: traduntq Hebræi ab hoc vsq ad sacerdotiũ Aaron omnes primogenitos fuisse sacerdotes, & deo victimas immolasse: & hæc esse primogenita q̃ vendiderit Esau fratri suo Iacob.

ix Belochus xxxv

Belochus rex Assyriorum nonus regnauit annis.xxxv.

Hoc tpe cœpit multiplicari genus hoim Tunc Thessalus filius Græci regnauit ĩ Thessalia; sed a Græco græcia, a Thessalo Thessalia dicta est. Tunc Ogyges condidit Eleusinã in Attica puincia, quæ antiquitus vocabat Acta: & alias ciuitates plurimas. Cuius tpibus apud lacũ tritonidẽ virgo apparuit; quã Græci Mineruã vocauerunt. Hoc tẽpore Iacob Liam duxit & Rachel in Mesopotamia.

x Baleus lij

Baleus rex Assyriorum.x.regnauit annos.lij. His tpibus diluuiũ in Achaia factũ est sub Ogyge: in Aegypto quoq diluuiũ fuit. Isaac annorũ.clxxx. mortuus est. Iacob genuit Ioseph.x. filijs antea natis. Hic Ioseph cũ.xvi. eẽt annorũ a fratribus in Aegyptũ vendit; sed dñs terræ a Pharaone constituit cũ esset.xxx. annorũ

Ismahel — Isaac — fratres — Esau — Iacob

Aegidius Sicyoniorum rex.vi.regnauit annos.xxxiiij. Sub hoc tpe Isaac anno vitæ suæ.lx. genuit de Rebecca geminos: quorũ maior Esau, qui & Edom dictus est; a q̃ Idumæa: minor vero Iacob rognominatus est Israhel: a quo Israhelitæ.

vi Aegidius xxiiij

Turimachus Sicyoniorum rex.vii.regnauit annis.xlv. Sub hoc tpe cœpit regnũ Argiuorũ, vbi primum regnauit Argis Inachus annis.L. Quod regnũ durauit ab Inacho vsq ad Euristheũ primũ Mycenarũ regem.d. xliiij.annis.

vij turimach⁹ xlv

Leucippus rex Sicyoniorum octauus regnauit annis.liij. Sub Aegidio cœpit regnũ Argiuorum: in quo primus regnauit Inachus annis.l.

viij Leucipp⁹ liij

Hic incipit regnum Argiuorum. Primus.

Inachus I.

Eo ꝗq tpe Phorochenus siue Foroneus Inachi & Niobæ filius secũd⁹ regnauit Argis annis.lx. Hic primus leges & iudicia græcis cõscripsit. Cuius soror Io ĩ Aegypto regina est facta: & Isis dicta. Et quia late iusteq imperauerat, multaq cõmoda Aegyptijs fecerat, & litteras eis instituerat, diuinũ post mortẽ meruit honorẽ: in tantũ vt si qs diceret eam hoiem fuisse, plecteretur capite. Hæc Osiridis regis Aegypti cũ esset vxor, & parentibus regis q oẽs fuisse reges dicebant sacrificasset, hordei segetem inuenit: atq inde spicas marito regi & eius consiliario Mercurio demõstrauit. Vñ & eandem Cererem esse qdã volunt. Io vero postea nupta Thelegono genuit Epaphum.

ij Phorochen⁹. lx

ix Messapus xlvij

Messapus rex Sicyoniorũ ix. regnauit annos.xlvij.

iij Apis xxxv

Eo tpe Apis.iij. regnauit Argis annis.xxxv. que dicũt esse Serapim. Hic fratrem suũ

ad quem pater fame cogente cum omni domo sua descendit: ibiq; habitauit.

Hic post .xvij. dynastiã apud Aegyptũ primus diapolitanorũ Amasis (Reges Aegypti. Primus.) regnauit annos. xxv. Ab hinc ergo pter patriarchas, & alia regna incidentia, psequemur quatuor regna cum regibus suis. Assyriorum, Aegyptiorũ, Argiuorũ, Sicyoniorũ. Tunc Sparta condita est. Tunc Iacob descẽdit in Aegyptũ cum familia sua.

Ioseph

Amasis xxv

ij Chebron xiij

xi Altadas xxxij

Altadas rex Assyriorũ .xi. regnauit annis. xxxij.

Tunc Iacob cũ esset annorũ. cxlvij. mortuus est in Aegypto, relinquens Ioseph filium suũ ducẽ Aegypti annorũ. lvij. agentem in principatu. xxvij. annos. Ioseph aũt corpus patris sui cum magno honore reduxit in terram Chanaan.

iij Amenofis xxi

Chebron rex Aegypti secundus regnauit annos. xiij.

Amenofis rex Aegyptiorũ .iij. regnauit annos. xxi.

Aegialeũ præficiẽs Achaiæ, ipse cũ populo ad Aegyptũ nauigauit. Vbi cũ mortuus esset, fact⁹ est Serapis maximus oĩm Aegyptiorũ deus. Quẽ cũ sepultũ venerarent in sarcofago priusq; ei templũ construeret, ab eo q; sarcofagũ dicunt soros, primũ dictus est Sorap is: postea mutata o i e est Serapis. Cõstitutũ est etiã de eo vt quisq; eũ hominem fuisse dixisset, capitalem subiret sententiã. Et quoniã fere ĩ oĩb⁹ tẽplis vbi colebatur Isis, colebat & Serapis: erat ibi simulacrũ, qd' digito labijs impresso admonere videret vt silentiũ fieret. s. ne quis eos hoĩes fuisse diceret. Apis ergo nõ Aegyptiorũ, sed Argiuorũ rex fuit: licet apud Aegyptũ hæc ei sint instituta. Ab eodem tñ Memphis in Aegypto condita est. Asserũt tñ qdam prætatũ simulacrũ factũ fuisse Ioseph nostro eo q; Aegyptios a fame liberauerit.

x Eratus xlvi

Eratus rex Sicyoniorum. x. regnauit annos .xlvi.

iiij Argus lxx

Argus fili⁹ Apis succedẽs patri quartus regnauit Argis annos. lxx. a quo Argi dehic Argiui dicti sunt. Quo regnante, cœpit græcia vti frugibus, & habere segetes: delatis aliunde seminibus. Hic etiam post mortẽ diuinos meruit honores.

His temporibus dicit Prometheus fuisse: a quo hoĩes factos esse de luto fingũt poetæ: quia cum esset sapiens, feritatem & imperitiam hominum ad humanitatem & scientiam transformauit. Cuius frater Athlas magnus fuit astrologus. Qui q̃niam cursus syderũ in Athlante monte depræhendit, nacta occasione fabula hunc cœlũ portare confinxit. Mercurius etiam nepos Athlantis ex filia Maia, multarũ artium peritus claruit: & ob hoc post mortem in numerum deorũ cessit. Multa quoq; in Græcia his temporibus confinguntur.

xij Mamitus xxx

Mamitus rex Assyriorum. xij. regnauit annos. xxx.

xiij Mãchale⁹ xxx

Manchaleus rex Assyriorũ xiij. regnauit annos. xxx.

iiij Mefres xij

Mefres rex Aegypti quartus regnauit annos. xij.

v Misphar mutosis xxvi

Misphar mutosis rex Aegypti. v. regnauit annos. xxvi.

xiiij Iphereus xx

Iphere⁹ rex Assyriorũ. xiiij. regnauit annos. xx. His tpibus Epidaurus ciuitas codita est. Hæmõ etiã regnauit in Thessalia: a quo dicta est Hæmonia. Xant⁹ quoq; Triopa lesbũ ciuitatẽ cõdidit. Et Moyses ĩ egypto nascit

Moyses

vi Tuthemosis ix

Tuthemosis rex Aegyptiorum

xi pleneus xlviij

Plenneus rex Sicyoniorum. xi. regnauit annis. xlviij.


His tpibus Ioseph anno vitæ suæ. cx. principat⁹ vero. lxxx. defunct⁹ est. Exin Hebræorum seruitus dura fuit in Aegypto annis. cxliiij. Fiunt autem omnes anni quos Hebræi exegerunt in ægypto. ccxxv qui computantur ab eo tpe quo Iacob in ægyptũ descẽdit cũ filijs suis.

xij Orthopol lxiij

Orthopolis rex Sicyoniorũ. xij. regnauit annos. lxiij.


v Criassus liiij

Criassus rex Argiuorum qntus regnauit. liiij. annos



Tricesimo quinto anno Moysi regnũ cœpit Atheniensiũ: vbi primũ regnauit Cecrops, qui & difyes annis.l. Difyes aũt dictus est siue ob longitudinẽ corporis, siue quia cum esset ægyptius, vtranq linguã sciebat ægyptiacã & græcam. Hic in Acta quæ nunc Attica dicit Athenas quã & Diadas vocant condidit: quã vrbem Euboici orchomenon appellauerũt. Quæ ciuitas vt vocaret Athenæ: quod certe nomẽ a Minerua est, quæ græce Athena dicit: hanc cãm Varro narrat. Cũ apparuisset illic repente oliuæ arbor, & alio loco erupissent aquæ: regẽ ꝓdigia ista mouerũt. Vñ misit ad Apollinẽ delphicũ super hac re sciscitanda. Qui respondit ꝙ Neptunũ & Mineruã significaret: & ꝙ in ciuiũ potestate esset: ex cuius duorũ numinũ noĩe potius ciuitas vocaret. Hoc oraculo Cecrops accepto, ciues oẽs vtriusq sexus cõsulẽdos cõuocauit. Mos.n. tunc in eisdẽ locis erat, vt etiã fœminæ publicis consultationibus interessent. Consulta igit multitudine mares ꝓ Neptuno, fœminæ pro Minerua tulere sententias. Sed quia vna plus inuenta est fœminarũ, Minerua vicit. Tunc Neptunus iratus marinis fluctibus exæstuantibus terras atheniensium populatus est: qm̃ spargere latius quaslibet aquas dæmonibus difficile non est. Cuius vt iracundia placaret, triplici supplicio ab atheniensibus affectæ sunt mulieres, vt nulla vlterius ferrent suffragia: vt nullus nascentiũ acciperet nomen maternũ: vt nequis eas athenas vocaret. Ita illa ciuitas mater & nutrix liberaliũ doctrinarũ: & to: tantorũq philosophorum qua nihil habuit Græcia clarius atq nobilius: ludificantibus dæmonibus de lite deorum suorũ maris & fœminæ: & de victoria p fœminas, fœminæ id est Mineruæ nomen Athenas accæpit. Vñ & Cecrops Atticos athenienses appellauit: & ab eo regio cecropia vocata est. Iste bouem immolãs primus Iouẽ inuocauit: eũq in sacrificio adorari præcæpit. A quo vsq ad primã olympiadem numerãtur reges.xvij. Principes vero quos mors tantũ finiebat.xij. sub quibus apud græcos multa miranda narrant. Tunc.n. primũ Curetes & Corybantes qui Gnosum condiderũt modulatã & consonã in armis saltationẽ inuenerunt: tunc etiã fuisse in Thessalia diluuiũ sub deucalione describit: tunc etiam Phaetontis fabulosum incendiũ: tunc templũ Apollini Delphis cõstruit: & multa huiusmodi A Cecrope vero vsq ad Troiæ captiuitatẽ computant anni.cccclxxv.

Regnũ Atheniensiũ.



As | Aeg | At | Ar | Si

Chẽcres rex ægypti xi. regnauit annis. xvi.

xi
Chẽcres
xvi

Acherres ægyptiorũ rex. xij. regnauit annis. viij.
Moyses anno repromissiõis quadringentesimo. xxx. populũ Israhel iubẽte deo in signis & virtutibus eduxit de ægypto cũ esset annorũ. lxxx. eisq; in heremo p annos. xl. legem exponit. Ab hoc loco vsq; ad Salomonẽ & ædificationẽ templi numerant anni. cccclxxx. Ad captiuitatem vero Troiæ. cccxxix. Tunc primus pontifex Hebræorũ Aaron constituit.

xij
Acherres
viij

Cherres ægyptiorum rex xiij. regnauit annis. xv.

xiij
Cherres
xv

Armeus Aegyptiorũ rex xiiij. regnauit annis. v.

xiiij
Armeus
v

Remesses qui & ægypt⁹ a quo ægyptus, quæ prius Aeria dicebat, nomẽ accæpit. xv. regnauit annis lxviij. Huic erat frater danaus q habuit q̃nquaginta filias: ægyptus vero habuit totidem filios: q̃s Danaus simulatis nuptijs per filias suas vna nocte oẽs occidit, excepto Linceo q post eundem Danaũ Argis regnauit: qui miseratione suæ sponsæ effugit. Ipse vero Danaus pulso fratre ægypto regnauit: sed pulsus & ipse postea argos se cõtulit: vbi a Steleno benigne susceptus, & ipsum postea expulit: & in loco eius regnauit.

xv
Remesses
lxviij

xviij
Amyntes
xlv

Amyntes rex assyriorũ. xviij. regnauit annos. xlv.
Moyses cũ esset annorũ. cxx. anno principatus sui. xl. defunctus est: ad cui⁹ obitum a fabrica mũdi computant anni. M. dcc. xxx. scd'm. lxx. interp̃tationẽ: iuxta hebraicã vero veritatẽ duo milia. xciij.
Iosue q̃ & Iesus naue minister & successor Moysi introduxit populum in terrã ꝓmissionis: & diuisit eis terram: & rexit populum

Iosue

viij
crothop⁹
xxi

Echireus rex Sicyoniorum xv. regnauit annis. lv.
Crothopus rex argiuorum viij. regnauit annis. xxi.

xv
Echireus
lv

ij
Granaus
ix

Granaus rex atheniensium. ij. regnauit annis. ix.

iij
amphitriõ
x

Amphitrion rex atheniensium. iij. regnauit annis. x.

iiij
Erichthoni⁹
l

Erichthonius atheniensium rex. iiij. regnauit annis. l.
Hic in Græcia primũ iunxit currum. Ipse quippe in tẽplo Vulcani & Mineruæ quod ambo vnũ habebãt inuentus est puer a dracone inuolut⁹, quod significauit eũ magnum futurũ. Et cũ parentes eius essent ignoti: ꝓpter commune templũ dictus est Vulcani & Mineruæ filius. Et quia a dracone inuolutus erat: draconteis pedibus fingit natus: & ob hoc iunxisse currũ.

ix
Stelenus
xi

Stelenus rex argiuorũ. ix. regnauit annis. xi.

x
Danaus
l

Dana⁹: a q̃ & Danai: rex argiuorũ. x. expulso Steleno regnauit annis. l. minoresq; ei⁹ perseuerauerunt vsq; ad Euristheũ filiũ Steleni, nepotẽ Persei: post quem Pelopidæ imperiũ suscæperũt, primo ex ipsis regnãte Atreo. Eodem tp̃e Dardanus dardaniã condidit: templũ Delphis a Flegia incẽsum est. Hoc etiã tp̃e Busyris in ægypto fuit: filius Neptuni & Libiæ filiæ Epaphi. Qui dum

As | Aeg | At | Ar | Si

annis.xxvij.

xix Belothus xxv

Belothus rex Assyriorum.xix.regnauit annis.xxv.
Huius filia Actosa quæ & Semiramis, regnauit cum patre annis.viij.

Hoc tpe Iupiter mixt⁹ ẽ Europæ filie Phœnicis: quã rapuerũt Cretenses naui cui fuit insigne taur⁹: quã postea Asterius, quẽ alij Xantũ dicũt, rex Cretensiũ accipiẽs vxorẽ, ꝓcreauit ex ea Rhadamãtũ Sarpedonẽ, & Minoem: quos magis ex eadem fœmina filios Iouis fuisse vulgatum est. Tunc etiã Cadmus regnauit Thebis: ex cui⁹ filia Semele natus est Dionysius: qui & liber pater & bacchus dictus est. Postea Cadmus & Phœnix profecti de Thebis in Syriã apud Tyrũ & Sydonẽ regnauerũt. Linus & Zetus & Amphion hoc tpe in musica arte claruerunt. Ea ꝙꝙ quæ de Danae ex qua Perseus natus est dicta sunt, hoc tpe gesta sunt. Ephira quæ nunc Corinthus dicit̃, a Sysipho condita est: & Bithynia a Phœnice Tarsus ꝙꝙ & Paphus conditæ sunt.

apud loca Nilo vicina tyrannidẽ exerceret, transeũtes hospites crudeli scelere posita ara interfecit. Post hæc, id est ab egressu filiorũ Israhel ab ægypto vsꝙ ad mortẽ Iosue sacra sunt instituta falsis diis a rebus quæ memoriã diluuij quod fuerat sub Deucalione vitæꝙ ærumnosæ modo ad alta, modo ad plana migrantiũ reuocarunt.

xvi Chorax xxx

Chorax Sicyoniorum rex. xvi. regnauit annis.xxx.

xx Bellepares xxx

Menophis rex Aegyptiorũ.xvi. regnauit annis.xl.
Bellepares rex Assyriorum.xx. regnauit annis .xxx.

xvi Menophis xl

Hoc tpe Dionysius q & liber pater vitẽ dicit̃ ostẽdisse hospiti suo ĩ Attica terra. Hic etiã subactam Indiã sanguine madefecit: cædibus oppleuit: libidinibus polluit gentem vtiꝙ nulli vnꝙ hoĩm obnoxiã vernacula tm̃ gete contentã. Habebat aũt m̃tas ĩ exercitu suo fœmĩas, quæ bacchæ appellatæ sunt: nõ tam virtute fortes atu nobiles ꝙ̃ furore. His etiã tpib⁹ Hercules cognomẽto Desinaus in Phœnice clarus habet̃: sed nõ ille cuius ingẽtia & innumerabilia facta narrant̃: & quẽ Græci suis litteris ꝓdunt seipsum incendisse. Secretiori qppe historia (vt S. Aug. ait) plures fuisse Hercules & liberi patres & apollines dicti sunt. Eo ꝙꝙ tpe Minos regnauit in Creta: & Cele⁹ ĩ Eleusina. Arcas etiã Iouis & Calistonis fili⁹ Pelasgis in deditionẽ receptis, regionẽ eorũ Arcadiã nũcupauit.

v Pandion xl

Epopeus Sicyoniorũ. xvij. regnauit annis.xxxv.
Pandion rex Atheniẽsiũ. v. regnauit annis.xl. Huius filiæ fuerũt Progne & Philomena.

xvij Epopeus xxxv

xi Lynceus xli

Gothoniel

Finees

Mortu⁹ est Iosue cũ eẽt annorũ.c. &.x. Post cuius mortẽ cum peccassent filij israhel coram dño, tradidit eos dñs in manus alienigenarũ annos.viij. deinde clamãtibus ad dñm dedit ducem Gothoniel: q prim⁹ iudex rexit populum annis.xl. quibus annumerant̃ illi octo afflictionis Hebræorũ.
Eo tpe Finees suscæpit sacerdotium.
Lynce⁹ Argiuorũ rex.xi.regna.annis.xli.
Post mortẽ Gothoniel iterũ peccauerũt hebræi dño: ipsoꝙ dimittẽte afflixerunt eos Allophili annis.xviij. q tñ annumerant̃ annis Aioth. Aioth ex tribu Effraim secundus iudex Hebræorũ iudicauit eos annos.lxxx.
Hic vtraꝙ manu ꝓ dextra vtebat̃.

Aioth

De regib⁹ Italiæ & Romañ.

i Ianus

ij Saturnus

Primus in Italia: vt qbusdã placet: regnauit Ianus.
Deinde Saturnus Iouem filiũ suũ e græcia fugiẽs in ciuitate quæ ex eius noĩe Saturnia dicta est, latuit. Cuius ciuitatis ruinæ hacte nus cernunt̃ in finibus Tusciæ haud ꝓcul ab vrbe. Hic Saturnus q in Italia latuit, ab eius latebra eadem Italia latiũ appellata est. Ipse.n.adhuc rudes populos domos ædificare, terras colere, plãtare vineas docuit, atꝙ hũanis morib⁹ viuere: cũ antea semifere glandiũ tantũmõ alimentis vitã sustentarẽt & aut ĩ speluncis, aut frõdib⁹ virgultisꝙ cõtextis casulis habitarẽt. Ipse etiã eis numos æreos primus instituit. Pro qb⁹ meritis ab ĩdocili rustica multitudine de⁹ appellat⁹ ẽ.

His tpibus cœpit regnũ esse in Italia. Qđ translatũ Romã, per diuersas potestates excreuit ĩ monarchiã Romanorũ: quæ hacte nus durat, sicut seq̃ẽs ratio declarabit.

iij Post hæc Picus filius eius q̃ fabulose in auē
sui nominis dicitur esse mutatus.
Picus Post hæc filius eius Faun⁹ pater Latini: cu
ius Latini mater carmentis nicostrata credit̄
latinas litteras repperisse. Regnante eodem
iiij Latino, q latinā linguā correxit: & latinos
Faun⁹ de suo nomine appellauit. Troia a Græcis
capta est anno.ci.romani regni: ante primā
q̃cq; olympiadem annis.ccccvi. ante Romā
vero coditā annis.cccciiij. Capta aūt Troia
Aeneas Veneris & Anchisæ filius ad Italiā
venit: & anno tertio post Troiæ excidiū cū
Turno Dauni Tuscorū regis filio dimicās
eum interemit: eiusq; sponsam Lauiniā su-
pradicti Latini regis filiā in coniugiū accæ
pit: de cuius etiā nomie Lauiniū oppidum
quod struxerat appellauit. Anno ab impio
Nini.dccclxx.raptā fuisse Helenā: coniura
tionēq; factam aduersus Troiā ferūt. Hinc
decēnalis obsidio, famosumq; seqt̄ Troiæ
excidiū. Hinc Romanorū gens duxit ori-
ginē ab Aenea ꝓfugo: & vt ipse Virg. adula
tur viro forti, ab alijs vero tradit̄ patriæ ꝓ-
ditore ac necromantico vtpote q etiā vxorē
v suā dijs suis immolauerit. Regnauit autem
Aeneas tribus annis apud latinos.
Aeneas Quo vita decedente scd'm quosdam ꝑ ful-
minis ictum regnū accæpit Ascanius, qui
& Iulus eiusdē Aeneæ fili⁹ quē apud Tro
vi iam ex Creusa coniuge sua filia Priami re-
gis genuerat, & secū in Italiā veniens addu
Ascanius xerat. Qui Ascani⁹ derelicto nouercæ suæ
regno albam longā condidit: & deos pena
tes sui patris Aeneæ ex Lauinio in eandē al
bam transtulit: sed simulacra eadem Lauini
um spōte redierūt. Rursum traducta in ean
dem albam longam iterū repetiuere antiqui
ora delubra. Ascanius genuit Iulum filiū, a
quo oīs familia Iuliorū orta est. Cum autē
xxx.& .viij. annis regnasset Ascanius, mori
ens Siluiū posthumū fratrem suū filiū La-
uiniæ nouercæ suæ & Aeneæ pr̄is sui quē
ipse Ascani⁹ summa pietate educauerat, re-
gni reliquit hæredem: pro eo q Iulus filius
vij suus adhuc paruulus ad regnandum nō es-
set idoneus.
Silui⁹ Siluius igitur posthumus regnauit annos
xxix. Qui posthumus inde dictus est: quia
post mortem vel humationē patris eēt nat⁹
viij Siluius vero quia rur fuerat educatus. A q̃
eodē Siluio omnes reges Albanorū Siluij
Aeneas Siluius vocati sunt.
Post quē regna. Aeneas Silui⁹ annos. xxxi

Deinde Latinus Siluius regnauit annos.l. ix
q̃ etiā tpe apud Hebræos Dauid regnauit Latinus Siluius
Post cuius obitū Alba Siluius Albā susceæ
pit annis.xxxix.
Post hæc Aegyptus Siluius siue Atys ei⁹
filius annos.xxiiij. Dauid

Deinde Capis Siluius, scilicet superioris fi
lius regis annis.xxviij. qui Capuā in Cam- x
pania condidit. Alba Siluius

Itē Carpētus Siluius Capis fili⁹ annis.xiij xi

Post quē Tyberinus Carpenti filius annos
viij. Ab huius noie Tyberis fluuius sic di- ægypt⁹ Siluius
ctus est, qui antea Albula vocabat̄: quia idē
Tyberinus in eundem fluuiū decidens ex- xij
tinctus est. Successit huic Agrippa Siluius
& regnauit annos.xl. cuius tēporibus Ho Capis Siluius
merus fuisse in Græcia perhibet̄.
Dein Aremul⁹ Siluius Agrippæ supioris xiij
regis fili⁹ regnauit annis.xix. Iste præsidiū
Albanorū inter montes vbi nunc Roma est Carpēt⁹ Siluius
posuit: qui ob impietatē fulmine ictus in-
terijt. Post hunc regnauit Auentinus Silui xiiij
us annos.xxxvij. qui fuit Aremuli superio-
ris regis filius: quiq; in eo monte qui nunc Tyberinus Sil.
pars vrbis est mortuus ac sepultus, æternū
vocabulum loco dedit.
Successor eius extitit Procas Silui⁹ eiusdē xv
Auentini filius: qui regnauit annos.xxiij.
Quo regnāte Fidon Argiuus mensuras & Agrippa Siluius
pōdera repperit, cū apud Hebræos Ozias
siue Azarias in Iudæa & Hierusalem re- xvi
gnaret. Et dum Procas obisset/ testamentū
suū duobus filijs suis Amulio & Numito- Aremulus Sil.
ri reliquit, vt vnus pecuniā, ꝑmus alter re-
gnū susciperet. Amuli⁹ vero fratri suo Nu xvij
mitori electionem dedit, vt quod desidera-
ret acciperet. Numitor autē pecuniā accæ- Auentinus Sil.
pit: Amulius vero regnū obtinuit. In quo
regnauit annos.xliiij.: & dum regnaret, de xviij
os consuluit. Responsumq; est ei, quia ab
stirpe fratris sui occidēdus esset. Vnde mox Procas Siluius
eundem fratrē suū de regno expulit. Numi
tor aūt abiens in agro suo vixit. Erant aūt
ei duo liberi Sergest⁹ & Rhea, quæ & Ilia Ozias
dicta est. Metuēs vero rex Amulius respō
sum, Sergestū ad venationē secū duxit, &
eū in silua occidit. Rheā vero quæ & Ilia, xix
adimēdi partus gratia ad virginē vestalem
elegit. Quæ cum.vij. patrui sui anno gemi Amuli⁹ Siluius
nos edidisset īfantes, iuxta legem in terram

viua defossa est. Verū paruulos ꝓpe ripam Tyberis expositos, Faustulus regij pastor armenti ad Acciam Laurentiā vxorem suā detulit: quę ob pulchritudinē & rapacitatē corporis sui q̄stuosi Lupa a vicinis appellabaẗ. Vñ & ad nostrā vsq; memoriā meretrices ob eandem causam lupę: cellulę earū lupanaria dicunẗ. Propter quod & ipsi gemini fratres id est Romulus & Rem⁹ a lupa nutriti dicunẗ.

xx

(Numitoris) Qui ijdem pueri cū adoleuissent collecta pastorū & latronū manu, interfecto apud Albam Amulio / auū suū Numitorē in regnū restituūt. Romanū igitur imperiū quo neq; ab exordio vllū fere minus, neq; incremētis toto orbe amplius humana pōt memoria recordari, a Romulo exordiū habet: qui Rheę Siluiæ vestalis virginis vt p̄missum est fili⁹, & quantū putatur cū Remo fratre vno partu est editus.

Romulus (Romulus) ❡ Is cum inter pastores latrocinareẗ, natus circiter .xviij. ānos vrbem exiguā ī Palatino monte constituit .x. kal. Mai. Olympiadis sextę, anno q̄dringētesimo .xix. post Troiæ excidiū: siue vt placet Orosio .cccciiij.

(Achaz) ❡ Eo tpe in Iudea & Hierusalem regnauit Achaz: ad quē Isaias virginē parituram ꝓphetauit. Cōdita ergo ciuitate quā ex noīe suo Romā vocauit, a qua & Romanis nomen inditū est: & cōdito mox tēplo quod

(Roma) Asylū appellauit, pollicitus est cunctis ad eū cōfugiētibus īpunitatē totius cōmissi sui Quā ob cām multitudinē finitimarū gentium, qui aliquam apud ciues suos offensam contraxerant ad se cōfugientē in ciuitatē recæpit: vñ & Asylum dixit: quod interpretatur domus refugij. Latinos deniq; truncatosq; pastores & transmarinos Fryges qui sub Aenea: Arcades qui sub Euādro duce confluxerant: quasi ex diuersis elementis in vnū congregans corpus, populum Romanū effecit.

trūcatos. forte. Tuscos

Centūq; ex senioribus elegit / quorum cōsilio omnia ageret: quos ꝓpter senectutē patres: ob similitudinē curę / curios siue curules noīauit. Mille etiā pugnatores elegit, quos ab eodē numero Millenarios vel milites appellauit. Tum cū vxores ipse & populus suus nō haberet, īuitauit ad spectaculum ludorū vicinas vrbi Romæ nationes, atq; earū virgines rapuit: anno ab vrbe condita quarto. Tunc virginū pulcherrima cunctorū acclamatione rapientiū Talasso duci Romuli decernit. Vnde in nuptiarum solennitatibus Talasso vulgus clamitat, q; scilicet talis nupta sit quæ Talassum habere mereaẗ. Commotis bellis ꝓpter raptarum iniuriā, Centinēses vicit. Vicit etiā Antemnates Crustumios Sabinos Fidenates Veientes: hæc omnia oppida vrbē cingunt. Tunc etiā Tarpeia virgo Sabinorū clypeis obruta est: in quo etiā monte capitoliū postea constructū est. Pepigere tñ Romani cū Sabinis q̄rū filias rapuerūt amicitias: adeo vt Sabinorū rex Tit⁹ Tatius senex pariter cū Romulo regnaret. Quē Romulus mox vt in societatē regni assumpsit, occidit. Sabini vero & Romani vnus popul⁹ efficiunẗ. Tandem ad firmandam coniunctionem & amicitiā inter se, Romani noīa Sabinorū suis pręponebant nominibus, & inuicem Sabini Romanorū: & ex illo consuetudo obtinuit vt nemo Roman⁹ sit absq; prænomine. Propter hanc etiā societatē cum Sabinorū more Romulus hastam longam ferret quæ eorū lingua curis vel quiris appellaẗ, Quirinus est dictus. Romani vero siue a curibus id est hastis longis, siue a Quirino Quirites nominari cœperunt.

Rem⁹ deniq; a Fabio duce Romuli fratris sui eiusdem vt ferẗ voluntate rastro pastorali extinctus est. rastro. alij rutro. Causa autē interitus eius hæc fuit, q; ad tutelam nouæ vrbis vallum transisse increpauerat: eiusq; angustias solarij transilierat. Cum Veientibus pręliū adhuc paruo noīe magnis viribus agitatum, Centinēsiū captū ac dirutū oppidū. Assumptis semel armis nunq; quies: quippe quib⁹ egestas turpis atq; obscœna fames domi timerenẗ si vnq; paci acquieuissent. Romul⁹ vero cū .vij. kal. Augustas abierat apud paludem Caprę, ibiq; fulmine ictus nusq; cōparuisset, anno regni sui tricesimo nono ad deos transisse creditus, Quirini nomine consecratus est.

POst hūc Numa Pompilius rex creatus est. (ij Numa) Quo regnante Clacus Chius primus ferri gemini vel diuisi inter se glutinū excogitauit. Hic Numa Ezechia apud Hebræos regnante Romanis qui ex consuetudine prædiorū quasi latrones & semibarbari viuebant cultū deorū & morem sacrificij & leges instituit: & īfinita templa construxit. ❡ Huic successit Tullius Hostilius, qui primus Romanorū purpura & (iij Tullus)

fascibus vsus est. Hic etiã vrbẽ ampliauit,
adiecto Celio monte, & cũ .xxxij. annis re
gnasset, fulmine ictus cum domo sua arsit.
Huius temporibus Bizantiũ ciuitas condi
ta: quæ postea Constantinopolis est appel
iiij Ancus lata. ¶ Huic successit Ancus, qui Auẽtinũ
montẽ ciuitati adiecit: & Ianiculũ & Ostiã
ciuitatem supra mare .xvi. miliario ab vrbe
Roma condidit. ¶ Post hunc Priscus Tar
v Prisc⁹ quinius regnauit. Hic numerũ senatorũ du
plicauit: circũ Romæ ędificauit: ludos Ro
manos instituit: Romam murauit: capitoli
vi um ædificauit vel inchoauit. Sub eodem
Massilia condita est: & Hierusalem a Na-
Serui⁹ Tulli⁹ buchodonosor rege subuersa est. ¶ Post il-
lum Seruius Tullius. Huic in Tarquinij
Prisci regia dormienti caput ardere visum
est. Quod prodigium cum Tanaquil vxor
eiusdem Tarquinij vidisset, eum inter ꝓpri
os liberos educauit. Pro qua re ad regnum
peruenit. Hic fossas circa muros duxit: hic
oĩm primus censum ordinauit, qui adhuc
per orbem terrarũ incognitus erat. Sub eo-
dem Claudia .v. virgo vestalis pro crimine
stupri accusata est. At se purgare dedignãs
humaniter vadũ Tyberis adijt, nauim ascẽ
dit, ligauitq; proram zona & ait. Si virgo
vij sum / sequere me. Moxq; secuta nauis, in-
Tarquinius gressaq; Romam est. ¶ Lucius dehinc Tar
quinius Superbus septimus rex atq; vltim⁹
inuasit imperiũ. Quo tempore ad relaxatio
nem Cyri regis Persarũ reuersi sunt Hiero
solymam Iudæi .xlij. milia quadringenti.
Iste Targnius primus excogitauit vincula
taureas fustes lathomias carceres cõpedes
catenas exilia metalla. Templum Ioui in ca
pitolio ędificauit. Postea Ardeã oppugnãs
in .xviij. miliario ab vrbe Roma positã ciui
tatem imperiũ perdidit. Nam cũ filius eius
Sextus Tarquinius nocte quadam armat⁹
nobilissimã & castissimã Lucretiam Lucre
tij Tricipitrini filiam Collatini Tarquinij
vxorẽ per vim stuprasset, eadem Lucretia
de illata sibi iniuria maritũ patremq; & Bru
tum auunculum suũ, cæterosq; amicos e ca
stris asciuit, vimq; quã oppressa pertulerat
flens ac pudibunda conquesta est. Conso-
lantibus illis eam & dicentibus non nocere
ad corruptionem pudicitiæ illatam violen-
tiam: non enim animum honestum / sed cor
pus fuisse corruptũ: nulla ait ĩpudica exĩn
Lucretiæ se defendat exemplo. Tum ferrũ
quod veste celabat subito visceribus immer
sit. Propter quã causam Lucretius parens
eius, & Targnius vir eius, & Brutus auun
culus eius populum concitauerũt, & Tar
quinio imperiũ ademerunt. Mox exercitus
qui ciuitatẽ Ardeam cũ ipso rege oppugna
bat reliquit eum, veniẽsq; ad vrbem Romã
rex portis clausis exclusus est. Cumq; impe
rasset Tarquinius .xxxv. annis cũ vxore &
filijs suis fugit. Ita Romæ regnatũ est per
vij. reges annis .ccxliij. cũ adhuc Roma vbi
plurimũ possedit / vix vsq; ad quintumde-
cimum miliarium possideret. Sub eodem Iudith
Tarquinio castissima Iudith Holofernem
peremit. His etiã temporibus Pythagoras
philosophus claruit. Qui Samo oriundus, Pytagoras
Crotone deguit, nouissime Metapontum
adijt, ibiq; sepultus est. Sicq; finitum est re
gium nomen in isto. Deniq; expulsis regi
bus, vel quod adhuc maius est, abiurato eti
am regio nomine, Romani ꝓ regibus con
sules creauerũt: scilicet binos fecerunt in an
num vnũ. Binos quidem consules pro vno
rege hac de causa: vt si alter male vellet con-
tra rempublicam, alter eum coerceret: in an
num tantum vnum ideo / ne per diuturnita-
tem potestatis insolescerent, sed ciuiles sem Consules Romani.
per essent qui se post annũ priuandos præ-
scirent. Regibus igiť expulsis fuerunt pri- Brut⁹
mo anno consules Lucius Iunius Brutus
auunculus Lucretiæ præfatę, qui maxime
egerat vt Tarquinius Superbus pelleretur
& Tarquinius Collatinus maritus eiusdẽ Lucius
Lucretiæ: sed Tarquinio Collatino digni
tas consularis mox ablata est. Placuit enim
omni Romano populo ne quisq; in vrbe
remaneret qui Tarquinius vocareť, & hoc
propter insatiabile odium quod habuerunt
in Superbum Tarquinium. Quo Tarqui
nio Collatino priuato & expulso, Lucius
Valerius Publicola in ipsius loco factus est
consul. Brutus vero consul, & Aruns fili-
us Tarquinij Superbi in bello quod idem
Tarquinius commouit contra Romanos
dimicãs vti in regnum restitueret inuicem
se occiderunt. Quem Brutũ Romanæ ma-
tronæ defensorem pudicitiæ suæ per annũ
quasi communem patrem luxerunt.

Secundo quoq; anno iterū Tarquinius vt reciperetur in regnū, bellum Romanis intulit: adiut⁹ a Porsenna rege Tusciæ: tribusq; annis continuis trepidam vrbem terruit, conclusit, obsedit. Tunc Mucius Sceuola Romanus senator exijt ad feriēdum Porsennā regem: & descēdens in castra eiusdem regis subregulum eius stipendia diuidentē habitu purpurato indutū occidit, regē eum arbitratus. Captusq; ilico locutus est cur venisset. Deniq; dexteram quæ errauerat igni q in Ara erat vrendam supposuit. Tunc hostes/tum eius audacia in hostem: tum eius constantia ad vindicādum in seipsum: multum deterriti sunt. Quid nisi Mucius fecisset: vel nisi virgo Chloelia quæ obses fuerat Porsennæ regi data ruptis vinculis vigiles fefellerit, & conscenso equo per Tyberim mirabili trāsnatatu & virili audacia Romam redierit, & ciues audacia pmouisset: Romani cōpulsi forent aut perpeti captiuitatem hoste insistente superati, aut seruituti recepto rege subiecti. Vñ & eidē Chloeliæ q̄ equestre fecerat equestris statua ex rogatu regis Porsennæ decreto & consulto senatus data est. Quinto anno post reges exactos Lucius Valerius ille Bruti collega & quater cōsul fataliter mortuus est adeo pauper, vt collectis a populo nummis/sumptum vix habuerit sepulturæ. Quē matronæ Romanæ secutæ, Brutū per annum luxerunt.

Dictatores ¶ Nono anno post reges exactos noua Romæ dignitas creata est quæ dictatura appellatur, maior q̄ cōsulatus: & magister equitum qui dictatori obsequeret. Et primus dictator Romæ fuit Marcus Valerius: primus magister equitum Spurius Cassius. Octauo decimo anno postq̄ reges exacti sunt trecēti sex Fabij viri clarissimi Romani status lumina a Veiētibus Romanorum hostibus per insidias circūuenti ad Cremeram fluuiū omnes trucidati sunt vno tm̄ ad renunciandum cladem reseruato qui ,pter puerilem ætatē duci nō poterat ad pugnā. Eodē tempore Pompilia virgo vestalis ob crimen stupri viua defossa est. ¶ Anno post conditā vrbem ducentesimo sexagesimo secundo Aequi Volsciq; Minutiū Romanū consulē prælio superatū & fugatū in Algido monte q ab vrbe. xij. ferme miliaria abest fame ferroq; cinxerunt. Actumq; infœliciter foret nisi Quintius Cincinnatus præcipu⁹ ille dictator artatā obsidionē oppresso hoste soluisset. Qui repertus in rure quatuor iugerū agrum possidens, manibus suis colebat. Is cū in opere & arans esset inuentus sudore deterso ab aratro accersitus ad fasces togā prætextatā accæpit. Mox sumpto honore, instructoq; exercitu cæsis hostib⁹ victor effectus liberauit consulē & exercitū iugumq; boū equis imposuit: victoriamq; quasi stiuam tenens, subiugatos hostes præ se primus egit. Anno ab vrbe condita. cccl Veientani rebellarunt. Contra quos Furi⁹ Camillus dictator missus primum eos acie vicit. Mox & ciuitatē eorum obsidens diu: clam tandem cuniculis cæpit. Inuentamq; ibi statuā Iunonis monetæ iussit Romam transferri. Tunc vnus e militibus per iocū interrogauit simulacrū an vellet ire Romā. Respondit, volo. Sequitur dehinc irruptio gallorū senonum in vrbem, & eiusdem vrbis incendiū duce Brenno cū exercitu copioso nimis & robusto. Hos irruentes Fabius consul cū exercitu excæpit: nec tñ obstitit: imo hostilis ille impetus Romanos quasi aridam segetem succidit, strauit, & transiuit. Testat hanc cladem fluuius Allia sicut Cremera Fabiorum. Non n. facile aliquis similem ruinā Romanæ militiæ recenseret: etsi Roma insuper incensa nō foret. Patentem igitur vrbem galli senones penetrant: trucidant omnes: perimūt in suis sedibus senatores: eosq; incendio domorū concrematos, lapsu culminū suorum sepeliūt vniuersos. Reliquam aūt iuuentutem quam constat vix mille hoīm tunc fuisse: in arce capitolini montis latitantem obsidione concludunt. Ibiq; infœlices reliquias fame, peste, desperatione & formidine terunt. Captūq; ilico capitoliū fuisset, nisi clamore anseris excitatus Manlius restitisset. Qui cum diu eos obsiderent, & iam Romani fame laborarent, fragmentis panū pro lapidibus gallos iecerunt. Quam obrē accepto auro mille librarū ne capitoliū obsiderēt/recesserūt. Sed secutus eos Camillus ita cecidit, vt & aurum quod eisdem datū fuerat, & omnia quæ cæperant militaria signa reuocaret. Ita victor vrbem ingressus, appellat⁹ est secundus Romul⁹, quasi & ipse patriæ cōditor. Circa hæc tpa Hester historia putat scripta. Hester
Plato quoq; philosophus his fuisse temporibus perhibetur.

Eodē anno sæuissimo terræmotu Achaia vniuersa concussa est: & duæ ciuita- Plato

B

tes.i.Bura & Helice abruptis locis de
uoratæ. ¶ Anno ab vrbe condita trecē
tesimo octogesimo quarto ingens vni
uersam Romā pestilentia corrupit. Se
quentiq; anno secutū est triste satis pro
digium. Siquidem in medio vrbis foro ter
ra dissiluit: vastoq; præruptu hiantia subito
inferna patuerūt. Quod spectaculum dum
diutiꝰ ita maneret, cunctisq; terrorē nimiū
inferret, tandem interpretantibus aruspici-
bus claudi baratrū posse, si eo qui esset Ro
mæ preciosissimus iuuenis voluntarie im-
mitteret. Diu iactatis inaniter monilibꝰ ma
tronarū, Marcꝰ Curtius eques Romanus
domo clarus, militiæ insignibꝰ sumptis cū
equo se in id baratrū præcipitauit: sicq; con
clusum est. Tunc post eū sacrificātes in eun
dem locū iecere fruges. Mox terra in natu-
rā suā redijt. ¶ Anno ab vrbe condita. ccc.
lxxxviij. iterū terribilis gallorum inūdatio
Romanos terminos inuadens iuxta Anie-
nem fluuiū consedit. Vbi Titus Manliꝰ iu
uenis nobilissimus de senatoribus quendā
gallum ad singulare se certamen ꝓuocantē
aggressꝰ occidit: & sublato ab eiꝰ collo tor
que aureo, colloq; suo imposito, in perpe-
tuū torquati & sibi & posteris nomen accæ
pit. Nec diu post hæc Romanis iterū cōtra
eos bellantibus, ꝗdam ex eisdem gallis vnū
aliquē ex Romanis qui esset optimus ꝓuo
cauit. Huic se Marcus Valerius tribunꝰ mi
litum obtulit. Et cū ꝓcessisset armatus, cor
uus ei supra dextrū brachiū sedit. Mox cō-
missa aduersus gallum pugna, idem coruꝰ
alis & vnguibus galli oculos verberauit ne
in rectū posset aspicere. Ita a Tribuno Va-
lerio interfectꝰ, non solū ei victoriam/ sed
& nomen dedit. Nam postea idem Valeriꝰ
ab illo euentu Coruus dictus est: & oēs
successores sui Coruini. Anno ab vrbe con
dita. cccc ix. statuæ consulibus ob meritum
victoriæ in rostris positæ sunt. Eo anno eti
am Alexādria ab Alexandro Macedone cō
dita est. ¶ Anno post hæc sequente Minu-
tia virgo vestalis ob admissum incestū dāna
ta viua obruta est in campo, qui nunc scele
ratus vocat. Paruo exin tpe trecente. lxxx.
matronæ romanæ proditæ sunt a quadam
puella, atq; conuictæ, rabie & amore scele
rum tm̄ accensæ, cateruatim populum ve-
neficijs suis necasse ac si de pestilētia ære cre
derent tam subito tāq; late mori: atq; eadē
venena quæ coxerant bibere cōpulsæ, con

ALE XANDER Magnꝰ

sumptæ sunt.

Transitus de dictis ad dicenda.

HAec de regibus vsq; ad Alexan-
drum Magnū regem Macedonū
& vsq; ad incrementū Romanæ pote
statis, hic dicta sufficiāt. Multa qdem in li
bris Regnorū, & in Paralipomenon, & Es
dræ, & ꝓphetarū, & alijs sacræ scripturæ,
de regibus Assyriorū, Persarū & Medorū
& alijs qbusdam regibus scripta sunt: qm̄
hi populum Israheliticū/ aut afflixerūt, aut
gratia & libertate honorauerunt. Ab hinc
itaq; describunt, reges quatuor regnorum
quæ post Alexandrū præfatū orta sunt: q solus
monarchiā mūdi præter Italiā in. xij. an
nis subiugauerat, sicut in historia ipsius ple
ne describit. Ponunt itaq; primū ī descripti
one reges & tpa ipsorū: & gesta quædā for
te breuiter annotant, postmodum subiectis
historijs eorūdem. Secundo post hæc sub-
ijcitur historia Romana, eo ordine quo ha
ctenus est descripta, in quantū competit hu
ic breuitati, scd'm tempora regū præscripto
rum. His interponit historia Iudæorū ex
hoc tpe, q̄ in sacris scripturis nō est exp̄ssa.

Historia Alexādri Magni alibi scribet.

Historia Romanorum.

ANno ab vrbe Roma condita quadrin-
gentesimo vicesimo secundo, qui est
Alexandri Magni quintus, Alexander rex
Epirotarū huius Magni Alexādri auuncu-
lus traiectis in Italiā copijs, cū bellum Ro-
manis inferre pararet, a Samnitibus qui Lu
canis suffragabantur, maximo bello in Lu-
cania victꝰ & occisus est. Post hæc Roma
ni iā potentes esse cœperunt: bellūq; in cen
tesimo & octogesimo fere miliario ab vrbe
cū Samnitibus Papyrio dictatore gesserūt.
Vbi Fabius Maximus magister equitū ab-
sente Papyrio fœlicissime dimicauit: & vi-
ginti milia Samnitū deleuit. Postea Samni
tes circumspectiori cura instructo exercitu
apud Caudinas furculas angustijs locorū
armisq; conclusos Romanos, Tito Vetu-
rio, & Spurio posthumio cōsulibꝰ ingen
ti dedecore vicerunt: quorū dux Pontius ꝓ
magna securitate victoriæ, Herennium pa
trem suum consuluit, vtrum clausos occi-
deret, an parceret victis. Viuos tamen serua
re dedecori elegit. Vniuersum quippe Ro
manum exercitum turpiter captum, armis
vestimentisq; nudatū, vilioribus vestimen-
tis tantum ob verecundiam corporū tegen-

dam concessis, longū ordinē victoriæ agere præcæpit: sexcentisq; Romanis equitib⁹ in obsidatum acceptis, consules ignominia oneratos remisit, sub tali conditione pacis qualis Samnitibus placuit. Sed si fidem fœderis Romani seruassent, aut hodie non essent, aut Samnitibus subiacuissent. Posteriori siqdem anno, iubente senatu, fidem soluunt: eosq; Papyrio consule in bellum cogunt. Nec ante cædi, vel cædere desierunt, q̄ victis Samnitibus, captoq; duce eorum cū septem milibus, iugū eis reposuerūt. Eo tempore Appius Claudi⁹ Censor, aquam Claudiā Vrbi induxit: & viam Appiā strauit. Post hæc Sānites, reparato bello, Quintum Fabiū Maximū vicerunt: tribus milib⁹ hoīm occisis. Postea cum pater eius Fabius Maximus legatus datus fuisset, & Samnites vicit, & plurima ipsorum oppida cæpit. Deīde Publi⁹ Cornelius Rufinus, & Marcus Curius Dentatus ambo consules, contra Samnites missi, ingentibus prælijs eos confecere: ita ruinas ipsas vrbiū diruentes, vt hodie Samniū, in ipso Samnio requiratē: nec facile inueniatē. Tunc bellum cū Samnitibus per quadragīta nouem annos actum, sublatū est: neq; vllus hostis fuit intra Italiam, q Romanā virtutē magis fatigauerit. ¶ Nec longum post tanta tamq; intolerabilis pestilentia, per trienniū Romanam corrupit ciuitatē: vt ꝓpter eam quacunq; ratione sedandam, libros Sibyllinos consulnerint. Quib⁹ videbaē, vt ab Epidauro Aesculapius exhiberetē. Missi sunt legati ad Græcam vrbem. Quos Epidaurij libenter atq; humaniter suscæperūt. Ibidem se legatis serpens ostendit: raro ab incolis nisi fœliciter visus. Cumq; per triduū familiariter apparuisset, & cunctis spectantibus subijt in triremem Romanā, & in tabernaculo legati Quintij Virginij collectus quieuit. Legatis Romam redeūtibus, anguis in naui sem per apparuit. Antium ventū est. Descendit serpens ad limen templi Aesculapij, & triduo iter Myrtos latuit: nec ad solitos cibos ꝓcessit. Dehinc ad nauem rediijt. Cūq; ventum esset ad Tyberim, enatauit in insulam, in qua illi templum constitutū est: & mox sanitas Romanis est data.

Historia Iudæorum.

ALexander translato regno Persarū ad se, captis Tyro & Gaça, & Hierusalē iratus festinans, Iaddum & cæteros sacerdotes eum honorifice suscipientes, veneratus est. Quibus post sacrificiū, lecto Daniele, tributum. vij. annis dimisit. Quod Iudæis concessit, Samaritanis negauit. x. tribus oratione sua inclusit. Cui veneno obeunti, iiij. hic annotati successerunt in regno.

Alexādriæ | Asiæ

i Ptolemæ⁹ Lagi fili⁹ xl

i Antigon⁹ xviij

POst Alexandrū, Ptolemæus Lagi filius, regnauit Alexandriæ primus, annis, xl. a restauratione templi anno centesimo nonagesimo octauo. Iste fuit vir prudentissimus, ditissimus q̄q; & fortissimus: tantæq; potentiæ, vt Pyrrhum regem Epirotarum regno depulsum, regno restitueret: Cyprūq; ac Phœnicen, multasq; vrbes, & insulas, ac regiones obtineret: & victo Demetrio, filio Antigoni, Seleuco partē regni sui, q̄ ab Antigono fuerat ablata, restitueret. Hic Hierosolyma & Iudæis dolo subactis, multos iterū ex eis in Aegyptū transtulit: quos tñ postea benigne tractauit. Huius tempore princeps sacerdotum, Hierosolymis Onias Iaddi filius fuit: quo mortuo, filius eius Simon, cognomento iu-

ij Demetrius xvij Decst.

Al

Macedoniæ | Syriæ

i Philippus q & Aride⁹ vij

i Seleucus Nicanor xxxij

PHilippus qui & Aridæus, frater Alexandri, regnauit Macedoniæ annis septem: a restauratione templi, anno centesimo nonagesimo octauo.

ij Cassander xix

Cassander regnauit Macedoniæ annis, xix.

iij Antigon⁹ Alex. iiij

Antigonus & Alexander, filij Cassandri, regnauerunt in Macedonia annis. iiij.

iiij Demetri⁹ vi

Demetrius regnauit in Macedonia annis. vi.

Regnum Syriæ & Babyloniæ & superiorū locorū nascitē. xiij. anno Ptolemæi re-

Ma

Sy

ftus principatũ obtinuit.
Post Alexandrum in Asia primus regnauit
Antigonus annis.xviij.
Coepit autem regnare.vij.anno Ptolemæi
regis Alexandriæ siue Aegypti.
Post hunc Demetrius filius Antigoni, re-
gnauit in Asia decem & septem annis.
Hic Demetrius semetipsum Seleuco tradi
dit:q destructo regno Asiæ. ex vtroq; vnũ
fecit imperium:& in his duobus terminatũ
est regnum Asiæ minoris: & sic deinceps
erunt ĩm̃ tria regna.

Post descriptionẽ istorum regũ qui præ-
notati sunt, sequitur historia eorundem.



IGitur post mortẽ Alexãdri, cũ
multi sibi succederent, obtinu-
it Ptolemæ⁹ Aegyptũ: Philip
pus qui & Aridæ⁹ frater Ale-
xandri Macedoniã, Seleucus
qui & Nicanor Syriã & Babyloniã, & re-
gna oriẽtis, Antigonus Asiã: cæteri q̃ppe
loca sibi distributa. Sed diuersas sortiti ꝓ-
uincias, mutuis se bellis cõsumpserũt: & ꝑ
totũ Macedoniæ regnũ, hoc est per vniuer
sam Asiã, & plurimã Europæ ꝑtẽ, vel ma-
ximã Libyæ, horrendi subito bellorũ globi
confluxerũt. Causa vero & origo bellorũ,
epistola fuit Alexãdri regis, qua præcæpit
oẽs exules patriæ libertatiq; restitui. Poten
tes aũt ciuitatũ Græciæ timentes, ne exules
recepta libertate, vltionẽ meditarentur, a re
gno Macedonũ defecerũt: primũq; Athe-
nienses contracto triginta miliũ exercitu, &
ducentis nauib⁹, bellum cũ Antipatro, cui
Græcia obuenerat sorte, gesserũt. Post hec
bellum inter Antigonũ & Perdicã, oritur
grauissimũ: multisq; ꝓuincijs & insulis, ob
auxilia vel negata vel prestita dilaceratis, di
u deliberatũ est vtrũ in Macedoniã bellum
transferretẽ, an in Asia gereretur: nouissime
Perdica Aegyptũ cũ exercitu ingenti pe-
tijt. Sic Macedonia in duas partes, discurrẽ
tibus ducib⁹ in sua viscera armat̃. Ptolemæ
us Aegypti viribus & Cyrenensibus copijs
instruct⁹, occurrere Perdicæ bello parat.
Perdica vero cũ Ptolemæo acerbissime cõ-
gressus, amissis copijs ipse q̃q; interfectus
est. Olympias vero Alexandri mater, post
plurimas principũ cædes, per Cassandrum
iterfecta ẽ. Hercules Alexãdri fili⁹, cũ ma-

gis Aegyti, sexto vero anno Cassandri re-
gis Macedonũ, septimo vero anno Antigo
ni regis Asiæ: vbi primus post Alexandrũ
regnauit Seleucus Nicanor, annis. xxxij.
Ex hoc tpe, id ẽ ab initio regni Seleuci sup-
tatur regnũ Græcorũ iuxta Hebræã histo-
riã Machabæorũ. Hic capto Demetrio An
tigoni filio, regnũ Asiæ destruxit: & ex du
obus, id est Asiæ & Syriæ, vnũ fecit impe-
riũ. Vñ & filius eius Antiochus, qui & So
ther, post eũ regnauit ĩ Syria & Asia: post
quẽ regnauit itẽ Antioch⁹ q̃ dicebat̃ The-
os. Has vrbes cõdidit Seleuc⁹. Antiochiã,
Laodiciã, Seleuciã, Apamiã, Edissam, Be
roeã, Pellam. Quarũ Antio-
chiã. xij. anno regni sui cõdi
dit: & metropolim publicæ
rei suæ constituit.

v
Pyrrhus
mensibus
vij

Pyrrhus rex Epiri corrupto
exercitu Demetrij, ipsoq; fu
gato, regnauit Macedonib⁹
mensibus vij.

vi
Lysimach⁹
an. vi

Post quem regnauit Lysima
chus in Macedonia annis. vi

tre Roxani, in custodia posit⁹, cũ iam qua
tuordecim ãnorũ esset, ab eodẽ Cassandro
interfectus est. Antigonus aũt cũ filio De-
metrio cõgressus cõtra Ptolemæũ, & Cas-
sandrum, atq; Lysimachũ, qui Seleuci soci
etate fulti erãt, prælio victus est. Ptolemæ⁹
iterũ cũ Demetrio nauali prælio cõflixit: &
cũ omnẽ pene classem, atq; exercitũ perdi-
disset, vict⁹ in Aegiptũ refugit. Hac victo
ria elatus Antigon⁹, regẽ se vna cũ Deme-
trio filio suo appellari iussit: cũ iã apud Ale
xandriã & Macedoniã. vij. annus regnorũ
esset. Quod exemplũ omnes secuti, regiũ
sibi nomen, dignitatẽq; sumpserũt. Igitur
Ptolemæus & Cassander, cæteriq; alterius
factiõis duces, cũ decipi se ab Antigono sin
gillatim viderẽt, per epl̃as se inuicẽ confir-
mantes, coeundi in vnũ, tẽpus locũq; cõdi
cunt: & bellum aduersus Antigonũ cõib⁹
viribus instruũt. Cassander finitimorũ bel-
lis implicitus, Lysimachũ clarissimũ inter
oẽs duces, cũ ingenti manu, pro se socijs in
auxiliũ misit. Seleucus q̃q; ex Asia maiore
discedens, nou⁹ Antigono hostis accessit.
Hic itaq; Seleucus, plurima per orientẽ in
ter socios, regni Macedonici bella gessit:
principio Babyloniã expugnauit: Bactria-

nos nouis motibus assurgẽtes perdomuit:
trãsitũ deinde in Indiã fecit: quæ post mor
tem Alexãdri velut detracto, excussoq̧ cer
uicibus iugo, præfectos eiꝰ occiderat. Adu
natis itaq̧ Ptolemæi, sociorũq̧ illiꝰ copijs,
pugna committit̃: cuius quãto potentior ap
paratus, tãto ruina grauior fuit. Nam in ea
tũc totius pene Macedonici regni vires cõ
ciderunt. In ipso bello Antigonus occisus
est. Sed finis huius belli initiũ fuit alterius.
Nam cũ victoribus de præda non cõueni-
ret, iterũ in duas factiones deducunt̃. Seleu
cus Demetrio, Ptolemæꝰ Lysimacho iun
gitur. Cassandro defuncto, filius eius Phi-
lippus succedit: sicq̧ quasi ex integro noua
Macedoniæ bella nascunt̃. Antigoni filius
Demetrius augmẽto Græciæ & totiꝰ Ma-
cedoniæ elatus, in Asiam transire disponit.
Ptolemæus aũt & Seleucus, & Lysimachꝰ
experti priori certamine, quãtæ vires essent
concordiæ, iterũ societate pacta, adunatisq̧
exercitibus, bellũ in Europã transferunt ad
uersus Demetriũ. His se comitẽ & belli so
cium, Pyrrhus rex Epiri iungit: sperãs De
metriũ Macedonia posse depelli. Næc spes
frustra fuit: quippe corrupto eius exercitu,
ipsoq̧ ĩ fugã acto, regnũ Macedoniæ Pyr
rhus inuasit. Lysimachus aũt q̄ Hellespon
tũ regebat, post interfectionẽ generis sui,
& necẽ filij, assiduis parricidijs cruentatus,
a militibus ꝓprijs deserit̃: qui ad Seleucum
transeuntes, hortati sunt eũ, vt Lysimacho
bellum inferret. Res namq̧ fœdissimi spe-
ctaculi erat. Duos q̄ppe reges, quorũ Lysi
machus, annorũ erat septuaginta quatuor:
Seleucus aũt. lxxvij. de eripiendis alterutrũ
regnis, concurrere, in acie stare, arma gere
re. Vltimũ quidem hoc bellum Alexandri
cõmilitonũ fuit: quod ad exẽplũ humanæ
miseriæ, fuerat reseruatũ. Quippe cũ orbẽ
terrarũ, extinctis iã. xxxiiij. Alexãdri ducibꝰ
soli possiderent, & angustissimos senectu-
tis, ac vitæ suæ terminos nõ aspicientes, an
gustos esse imperio suo totius mundi termi
nos arbitrarent̃. Seleucꝰ quippe capto iam
antea Demetrio in Cilicia, regnũ Asiæ de-
struxit: & ex duobus vnũ fecit. In hoc autẽ
bello, Lysimachus amissis vel interfectis,
prius q̄ndecim liberis ante hanc pugnã, po
stremus occisus est. Sicq̧ Lysimachus solu
tio pugnæ Macedoniæ fuit. Sed nec Seleu
cus quidem de tanta victoria impune læta-
tus est. Nam neq̧ ipse post septuaginta se-
ptem annos, quietẽ naturalis mortis inue-
nit: sed extortã sibi ĩfœliciter vitã, velut im-
matura morte finiuit. Insistente q̄ppe Pto-
lemæo, cuius sororẽ Lysimachus in matri-
monio habebat, insidijs circũuentus, occi-
sus est. Hæc sunt inter parentes, filios, fra-
tres, ac socios, consanguinitatis societatisq̧
cõmercia, q̄bus orbem ab Alexandro celeri
ter ac fortiter acq̄sitũ, annis quatuordecim
dilaniauerunt: & veluti optimã prædam, a
magno leone ꝓstratã, auidi catuli discerpse
runt: secq̧ ipsos inuicẽ irritãtes, in rixã præ
dæ æmulatione consumpserũt.

Historia Romanorũ.

ANno ab vrbe condita, quadrin
gentesimo sexagesimo quarto
q̄ est Ptolemæi, tricesimus q̄n
tus: Tarẽtini qui in vltima Ita
lia sunt, Romanã classem forte
prætereuntẽ: hostiliter ĩuaserũt, præfectos
nauiũ occiderũt, omnesq̧ vtiles bello: reli-
quos vendiderunt precio: vñ grande bellũ
inter eos ortũ est. Tarentũ vero a Lacedæ-
monijs conditũ, Calabriæ quondã & Apu
liæ, totiusq̧ Lucaniæ caput erat: diuitijs
magnitudine muris portu ipsoq̧ situ mira-
bile. Romanus itaq̧ exercitus, cũ Aemilio
consule irruẽs in vniuersos Tarentinorũ fi
nes: ignéq̧, ferroq̧ vastat oĩa: plurima ex-
pugnat oppida: iniuriã insolenter acceptã,
crudeliter vindicat. Tarentini vero cũ pluri
mis finitimorũ præsidijs fulcirent̃, etiã Pyr
rhꝰ rex Epirotarũ, q̄ ex genere Achillis ori
ginẽ duxit: quasi cognatã Græciæ ciuitatẽ
vindicaturus, totas vires Epiri, Thessaliæ,
ac Macedoniæ, elephantos etiam vsq̧ ad id
tẽpus Romanis inuisos, numero viginti in
Italiã aduexit. Qui cũ Delphici Apollinis
consuluisset oraculum, ambiguum dedit re
sponsum.

Aio te Aeacida Romanos vincere posse.

Tunc primũ Romani cũ transmarino ho-
ste dimicauerũt. Missus est contra eũ cõsul
Publius Valerius Leuinus. Qui cũ explo-
ratores Pyrrhi cæpisset, eos iussit per castra
duci: omnẽq̧ exercitũ ostendi: sicq̧ dimitti
vt renunciarẽt Pyrrho quæ viderint. Com
missa itaq̧ pugna, consumpta est dies gra-
uissimo certamine: omnibus vtrinq̧ mori
paratis, fugere nescijs. Introductos aũt in-
ter currentia agmina elephantos forma tru-
ces, odore graues, mole terribiles, vt vide-
runt Romani, nouo pugnandi genere cir-

conuenti & territi: maximeq; pauitantibus equis diffugerūt. Minutius vero quartæ legionis centurio, ꝓrentā in se vnius beluæ ꝓmuscidem gladio desecuit. Qua vulneris dolore turbata, & auerti cōpulsa, eius immoderato discursu permisceri cœperūt: finis etiā pugnæ de noctis beneficio imposit⁹ est. Leuinus tñ per noctem fugit. Romanos victos fuisse, turpis fuga ꝓdidit. Ex q̄bus tunc cecidisse referunt xi. milia peditū & nongenti. lxxx. capti trecenti. x. Equites aūt cæsi. ccxlv. capti octingenti duo. Signa. xxij. amissa. Pyrrhus aūt Romanos q̄s cæpit, summo honore tractauit: occisos sepeliuit. Quos cū aduerso vulnere, & truci vultu, etiā mortuos iacere vidisset, tulit manus ad cælum, dicens se totius orbis dñm esse potuisse/ si tales milites sibi contigisset habere. Cuius victoriæ titulum Pyrrh⁹ affigēs templo Tarentini Iouis, ita scripsit in eo.

Qui inuicti ante viros fuerant pater optime Olympi,
Hos egomet pugna vici: sum victus ab iisdem.

Quem cū sui increparent, cur se victum diceret, q̄ vinceret: respondisse fert. Si iterū eodem modo vicero, sine vllo milite reuertar Epirū. Cūq; legati mitterent ad eum pro redimendis captiuis, iussit Liconū & Molossum eis obuiā ire: ipse quoq; cū equitibus ꝓcedens ad portam ciuitatis, honorifice suscæpit eos, captiuos sine precio remisit. Vnum aūt ex legatis Fabriciū cum pauperē vidisset, promisit ei quartā partem regni sui, vt se transferret ad eū: sed contēptus ab eo, admiratus est illum. Pro hac admiratione, misit ad Romanos legatū præcipuū virum Cyneā nomine, qui pacē æquis conditionib⁹ peteret: scilicet vt Pyrrhus partem Italiæ, quā armis occupauit, teneret. Sed pax quam offerebat, eis displicuit. Remandatūq; est ei a senatu, illum cū Romanis pacē habere nō posse, nisi ab Italia recessisset. Iusserāt aūt omnes quos Pyrrhus reddiderat, infames haberi, eo q̄ capi potuissent armati: nec ante eos ad statū pristinū reuerti, q̄ sibi notorū hostium occisorū spolia retulissent. Ita legatus Pyrrhi reuersus est. A quo dū quæreret Pyrrhus, qualem Romam cōperisset, Cyneas dixit, regū se patriam vidisse: scilicet tales illic fere oēs esse, qualis vnus Pyrrhus apud Epirū & reliquam Græciā putaret. Secunda pugna inter Romanos, & Pyrrhū, facta est in Apuliæ finibus, Publio Sulpicio & Decio consulibus: in qua pugna Pyrrhus brachio trāsfixo saucius, prior e bello secessit. Elephāti capti, viginti milia hostiū cæsa sunt: & ex Romanis quatuor milia. Fabricius q̄q; legatus vulneratus est. Anno interiecto, idem Fabricius contra eū missus est. Cūq; vicina haberent castra, medicus Pyrrhi nocte venit ad Fabriciū, ꝓmittens se veneno Pyrrhū occisurū, si sibi aliq̄d polliceret. Quē ille vinctum remittens ad Pyrrhū, iussit ei dici quæ ille spopondit. Tunc rex admiratus eū, dixisse fert. Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate/ q̄ sol a cursu suo auerti potest. Tūc rex ad Siciliā ꝓfect⁹ est: Fabricius victis Lucanis & Samnitibus triūphauit. Deinde Curius Dentatus, & Cornelius Lentulus, contra eū missi consules, de exercitu eius viginti tria milia cædebāt: trecentos capiebant. Ipse Tarentū fugatus est: castra eius capta sunt: Curius in consulatu triūphauit: primusq; Romā quatuor elephantos duxit. Quintodecimo anno postq̄ in Italiā venit Pyrrhus, victus aufugit: & post multa bella quæ fecit in Græcia, apud Argos Achaiæ vrbem, Spartani regni auiditate seductus, ictu saxi occubuit. Cuius pollex e dextro pede (si credendū est) remedio fuisse dicit, si cuius renes tumentes eo tangerent. Cūq; ab Antigono victore idem Pyrrhus iussus esset exuri, sic arsit/ vt idem pollex inueniret intactus. Qui digitus aureo loculo est inclusus: & in antiquissimo templo Dodonei Iouis conditus.
Hoc tpe apud Romanos Sextilia virgo vestalis, conuicta damnataq; incesti, ad portā Collinā viua defossa est.

ij
philadelph⁹
xxxviij

Ptolemæus Philadelphus regnauit Alexandriæ annis triginta octo.

Ceraunus, qui & Ptolemæus, regnauit Macedoniæ menses nouē.

Meleagrus regnauit Macedoniæ menses duos.

vij
Ceraunus
Men. ix.

viij
Meleagrus
Men. ij

Antiochus qui & Sother, fili⁹ Seleuci, regnauit in Syria & Asia annis decem & nouem.

ij
Antiochus
Sother
xix

Antiochus qui vocabat Theos, id est deus filius Antiochi Sotheris, regnauit in Syria & Asia annis. xv Iste aduersus Ptolemæū Philadelphū gessit bella q̄plurima: & totis Babylonis atq; orientis viribus di-

iij
Antiochus
Theos
xv

Antipater regnauit Macedoniæ dieb⁹ quadraginta quinq;.
Sostenes regnauit Macedoniæ an.ij.
Antigonus regnauit Macedoniæ annis triginta sex. Hic Lacedæmoniã obtinuit: Pyrrhumq; superauit.
Parthis a Macedonũ imperio recedentibus, primus regnauit Arsaces: vnde & Arsacidæ dicti sunt.

Historia Regũ, & Iudæorũ.

Elezarus

Manasses.

Iudæorũ pontificatũ post Oniã Eleazar⁹ accæpit. Post hunc Manasses.

ix
Antipater
Dies.xlv

x
Sostenes
Annis.ij

xi
Antigon⁹
xxxvi

micauit. Volẽs aũt Ptolemæ⁹ molestũ finire certamen, cũ ipse tñ haberet copias, filiam suã Beronicen Antiocho dedit vxorẽ: qui de priore vxore Laodice duos habebat filios. Seleucũ qui cognominabať Callinicus: & alterũ Antiochũ. Antiochus aũt dicens Beronicen se velle habere regni cõsortem: & Laodicen in loco cõcubinæ. Post multum tpis supatus amore, Laodicen cũ liberis suis reduxit in regnũ. Quæ metuens ambiguũ viri animũ ne Beronicen reduceret, virũ per ministros veneno interfecit: Beronicen vero cum filio quẽ ex Antiocho genuit Icadioni & Genneo principibus regis occidend ĩ tradidit: ipsaq; cũ maiore filio Seleuco Callinico regnauit.

PTolemæus Philadelphus filius Ptolemæi superioris, regnauit Alexandriæ annis trigĩta octo: a restauratione templi, anno ducentesimo tricesimo octauo. Huius tpe pontifex iudæorũ Eleazarus fuit frater Simonis cognomẽto iusti filius Oniæ filij Iaddi, qui sacerdotiũ ꝑ tali suscæpit causa. Defuncto principe sacerdotũ Onia, fili⁹ eius Simon iustus successor extitit. Quo moriente, filiũ paruulũ noĩe Oniã relinquente, frater eius Eleazarus principatũ sacerdotij accæpit: quẽ Ptolemæus, liberaliter muneribus tali occasione honorauit. Demetrius Phalare⁹ apud Græcos orator, & philosophus super bibliothecã regis, cuius magnũ habuit studiũ, constitut⁹ erat. Qui dum studeret, oĩa per vniuersam terrã inuenta congregare volumina, & acquirere si quid dignũ audiret industria, vel voluntate regis, interrogatus ab eo quot milia librorũ haberet, respondit, viginti milia: sed cito ad qnquaginta milia posse venire: dicensq; nunciatũ sibi esse, apud Iudæos multa haberi bibliotheca regali digna, psuasit regi annitẽte Aristeo qdam, regis amico necessario, vt Ad Eleazarũ pontificẽ Hierosolymã mitteret: rogans vt sibi viros legẽ sciẽtes destinaret, qui eã ad Græcã linguã transferrẽt. Qui ex oĩbus septuaginta viros in lege doctissimos elegit: eosq; regi trãsmisit. Illi vero Alexandriã ducti, & a rege benigne suscepti, Demetrio sunt cõmẽdati. Qui duxit eos in domũ secretã, & huic negocio aptã, secus litt⁹ maris positã, vbi ꝑ septuaginta duos dies, omnẽ legẽ disertissime trãstulerũt: quotidie huic negocio curã vsq; ad horã nonã impendẽtes. Quibus dieb⁹ transactis, cõgregauit oẽs Iudæos Demetrius ad locũ in q translatæ fuerãt leges, & præsentibus interpretibus legit eas. Cũq; multitudo cõplexa legẽ, vel seniores eius interpretes, Demetriũ eo ꝙ magnarũ rerũ esset inuẽtor/laudasset: rogauit vt etiã præsidibus suis dareť legẽda: gauisus vero rex voluntatẽ suã esse perfectam: & relictis legibus, sensum & sapientiã earum obstupescens, dixit ad Demetriũ, admirari se/ ꝙ nemo historiographus, nec poeta Græcus eiusdẽ legis meminisset, cũ tam mira existeret. Cui Demetrius respondit, neminẽ ausum fuisse conscriptionem eius tangere; eo ꝙ diuina esset: addens ꝙ Theopompus volens in historia aliqd de his conscribere, mente sit turbatus/ plus qз.xxx.diebus, donec inde sibi clæmentiã factam esse suspicatus: & in somnis qq; admonitus, ꝙ hoc ei ideo accidisset, quia diuinas leges scrutatus esset: & ad impuros hoĩes eas ferre voluisset, cũ humilitate a deo veniã supplicaret. Cũq; scribere qeuisset, recæpit sensum. Referebat etiã de Theocteto tragœdiarũ poeta: quia cũ visus fuisset in aliquo dramate eorũ meminisse, quæ diuino cõtineně volumine, obscuratis oculis/ recognouit cãm suæ cæcitatis: & ita liberatus est a passione/ deo veniã largiente. Ptolemæ⁹ aũt remisit eosdẽ seniores cũ honore: donans vnicuiq; stolas optimas, & auri talenta duo, & calicẽ vni⁹ talenti, totiusq; cõuiuij thorũ. Principi aũt sacerdotũ Eleazaro destiãuit ꝑ eos lectos.x.cũ argẽteis pedib⁹, & cõuenientẽ eis supellectilẽ, & calicẽ talẽtorũ.xxx, & stolas.x, & purpurã, & coro

nam decorã, & lineas de bysso centũ. Præte
rea & pateras, & trullam, & libatoria, &
crateras aureos duos deo vouendos, oẽsqꝫ
Iudæos quos ĩ Aegypto captiuos inuenit,
liberos esse permisit. Abeuntes aũt interpre
tes, & a regibus Asiæ honorati sunt. Nã Se
leucus Nicanor, in ciuitatibus quas per Asi
am ædificauerat, & in inferiore Syria, & in
ipsa metropoli Antiochia, republica sua di-
gnos eos fecit: & æquũ eis honorẽ cũ habi
tatoribꝰ Macedonibꝰ & Græcis deputauit

Historia Romana.

ANno ab vrbe condita, quadringẽtesi-
mo. lxxvi. qui est Philadelphi primꝰ,
ortũ est punicũ bellum primũ. Nam Tarẽ
tini Pyrrhi morte cõperta, iterũ noua aduer
sum Romanos arma sollicitãtes, Carthagi
nensiũ auxiliũ per legatos poscunt, atqꝫ ac-
cipiunt. Consertoqꝫ prælio, Carthaginen
ses victi sunt. Proximo dehinc anno obscœ
na & dira ꝓdigia vel visa Romæ, vel nunci
ata sunt. Aedes salutis ĩctu fulminis disso-
luta est. Lupi tres ante lucẽ ingressi vrbem,
semesum cadauer ĩtulerũt: sparsumqꝫ mem
bratim in foro, ipsi strepitu hoĩm exterriti,
reliquerũt. Apud Formiã multis ĩctibꝰ ful
minũ, vndiqꝫ mœnia ambusta & dissoluta
sunt. Post hæc. iij. anno inter cætera ꝓdigia
sanguis ex terra manare, & e plurimis fon-
tibus scaturire visus est: & lac manare e cæ-
lo. Hiqꝫ diri vt ipsis visum est, terrã imbres
irrigauerũt. Anno ab vrbe cõdita. cccclxxxi
tam ingens pestilentia apud Romã confla-
grauit, ꝙ eius atrocitatẽ verbis explicare nõ
possum. Supra quã Sibyllini testes libri: q
eam cælesti ira impositã responderunt. Sed
ne quenqꝫ quasi pro cauillatione offendat,
ꝙ Sibylla iratos deos dixerit, nos irã cæle-
stem dixisse videamur, audiat & intelligat:
quia hæc etsi plærũqꝫ per aereas potestates
fiant, tñ sine arbitrio oĩpotentis dei nõ fiũt.
Eodem tpe Caparonia virgo vestalis, ince-
sti rea suspẽdio perijt: & corruptor eius, cõ
scijqꝫ serui oẽs supplicio affecti sunt. Post
hæc Romani consules, Appius Claudius,
Marcus Valerius, Agrigentũ Siciliæ ciui-
tatẽ, vbi præsidia Pœnorũ collocata erant,
operibꝰ valloqꝫ cinxerũt. Cũqꝫ inclusus ex
obsidione, senior Hannibal dux Pœnorũ,
ad summã egestatẽ redactus esset, Hanno
dux nouus Carthaginensiũ, cum equitibus
mille. d. & . xxx. milibꝰ peditũ. xxx. etiã ele
phãtis ex improuiso aduenit, ad liberãdum
Hannibalẽ & ciuitatẽ: sed ciuitas cõtinuo a
Romanis capta est: & Pœni maxĩo bello vi
cti, & ꝓfligati sunt. xl. elephanti in potesta
tem Romanorũ redacti, Agrigẽtini sub co
rona consulari, oẽs venditi sunt. Sicqꝫ Ro-
mani secũdo de Carthaginensibus triũpha
uerũt. Hannibal senior, facta cũ paucis eru-
ptione, aufugit. Deinde. v. anno punici bel
li, idem Hannibal nauale bellũ præparauit
contra Romanos, apud Liparã insulã. Sed
cõmisso nauali prælio, iterũ Hãnibal amis
sa naui qua vehebat̃, scapha subductus au-
fugit. xxx. & vna naues eius captæ referunt̃
Tria milia hoĩm occisa. vij. milia capta refe
runt̃. Neqꝫ vlla victoria Romanis charior
fuit, ꝙ inuicti terra, iam etiã mari plurimũ
possent. Postea Carthaginẽses Gaio Aqui
lio Floro, Lucio Cornelio Scipione consu
libus, Hannonẽ in locũ Hannibalis subro
gatũ, nauali prælio præfecerũt. Qui a Sci-
pione consule victus, amisso exercitu, con
fertissimis hostibus se immiscuit: ibiqꝫ inter
fectus est. Hannibal senior supra bis victꝰ
& fugitiuus, a Carthaginẽsibus iterũ classi
præpositus, iterũ infœliciter cũ Romanis
nauali prælio cõgressus & victus, ab exer-
citu suo, seditione orta lapidibus coopertꝰ
interijt. Lucio Mãlio Vulscone, Marco At
tilio Regulo cõsulibus, Romani cum. cccc
xxx. nauibꝰ Siciliã petiuerunt. Quibꝰ Ha
milchar Pœnorum dux, & Hãno alter clas
si præfectus occurrit. Conserto prælio na
uali, Carthaginenses in fugã versi. lxiiij. na
ues perdiderunt. Romani. xxij. amiserunt.
Victores cõsules in Africã transuecti sunt:
primãqꝫ oĩm Clipeam vrbẽ in deditionem
accæperunt. Inde Carthaginẽ petẽtes. ccc.
aut eo amplius castella depopulati sunt: de-
hinc infesta signa ipsi Carthagini circũtule
runt. Manliꝰ cõsul Africa cum victrici clas
se decedens. xxvij. milia captiuorũ cum in-
gentibus spolijs Romã reuexit. Atiliꝰ Re
gulus autẽ consul in Africa remãsit: bellum
Carthaginẽsibus instruxit. Cõtra tres Car
thaginẽsium duces, id est Hasdrubales du-
os, & accitum ex Sicilia Hamilcharẽ, atro
cissimũ bellum cũ eis gessit. In q̃ cæsa sunt
Carthaginensiũ. xvij. milia: capta. v. milia.
xviij. elephantos cæpit. lxxx. & duas ciuita
tes in deditionẽ accæpit. Deinde facto ex-
ercitu, haud ꝓcul a flumĩe Bagrada, castra
cõstituit. Vbi cum plurimos Romanorum
militum, adaquandi necessitate ad flumen

descendentes, serpens miræ magnitudinis deuoraret, Regulus ad expugnandam bestiã ꝓfectus est: sed iaculis telorũq; ictibus nihil in dorso eius ꝓficientib⁹, ꝓpter squamarũ eius horrendam cratẽ: sed quasi p obliquã scutorũ testudinẽ labentibus: tandem balistas deferri imperauit: per quas telis earum tunc demũ facile oppressa est. Igiť Carthaginenses fracti bellis, & cladibus exinaniti, pacẽ a Regulo poscebãt. Sed cũ intolerabiles & duras cõditiones pacis audissent, potius rati sese armatos mori/ q̃ miseros viuere: precio nõ solum Hispanorũ vel Gallorũ auxilia quæ iam dudum plurima habebant, sed etiã Græcorũ comparanda duxerunt. Itaq; Xantippũ Lacedæmoniorũ regem, cũ auxilijs copiosis accitũ, ducem bello præfecerunt. Xantippus inspectis Poenorũ copijs, atq; in campũ deductis, longe in melius mutato apparatu, pugnã cũ Romanis conseruit. Ingens ibi clades Romanorũ fiebat. Nam. xxx. milia Romanorum militũ in illa congressione ꝓstrata sunt. Regul⁹ ille dux nobilis cũ. d. viris capt⁹, & in cathenas coniectus. Decimo demum anno punici belli, nobilem triumphũ Carthaginensibus præbuit. Xantippus tam audacis facti conscius, rerũ instabilium mutationẽ timẽs, ilico ex Africa migrauit in Græciã. Igitur Marco Aemilio Paulo, Seruio Fuluio nobiliore consulibus, audita captiuitate Reguli, & clade exercitus Romani, ambo consules Romani transire in Africam cum classe ducentarũ nauiũ iussi, Clipeã petũt. Eo etiã mox Carthaginenses cũ pari classe venerũt, cõmissum est naualeprælιũ. Aemilius consul. c. & .iiij. naues Carthaginensiũ dimersit. xxx. cũ pugnatoribus cæpit. Præterea. xxxv. milia hostiũ aut occidit/ aut cæpit: & militem suũ ingenti præda ditauit. Romanorum aũt. ix. nauibus depræhẽsis, mille centum perierunt milites. Consules apud Clipeã castra posuerunt. Duo Hannones Poenorũ duces, eo rursus cũ magno exercitu conuenerunt. Prælioq; commisso, ix. milia militum perdiderunt. Et subacta Africa tunc esset, nisi q tanta fames erat, vt diutius exercitus in ea expectare nõ posset.


¶ Hoc tempore numus argenteus primo in vrbe figuratus est. Post hæc tertio anno Lucio Cæcilio Metello, Gaio Furio consulibus, Hasdrubal nouus dux Carthaginensium, cum elephantis. cxxx. & equitũ peditũq; amplius. xx. milibus Lilybeũ venit ex Africa: & continuo cũ Metello consule, apud Panormũ pugnam conseruit. xx milia Carthaginensium in eo prælio cæsa sunt: elephanti. xxvi. interfecti. c. & .iiij. capti, maximũ Italicis gentibus spectaculum præbuerunt: Hasdrubal cũ paucis Lilybeũ victus profugit: atq; absens a Poenis capite damnatus est. Post hæc fessi tot malis Carthaginenses, petendã esse a Romanis pacẽ, & captiuorũ permutationẽ decreuerũt. Ad quã rem Attiliũ Regulum antea ducẽ Romanum, quẽ iam per. v. annos captiuum tenebant, inter cæteros legatos, sub sacramẽto præcipue mitendum putauerũt. Ille Romam cũ venisset, inductus in senatũ, nihil quasi Roman⁹ egit. Dixitq; ex illa die qua in potestatem Poenorũ venisset, se Romanum esse desisse. Itaq; & vxorẽ a complexu suo remouit: ac senatui suasit ne pax cũ Poenis fieret. Illos enim ait fractos tot casibus spem nullam habere: seq; tanti non esse/ vt tot milia captiuorũ ꝓpter se vnũ & paucos qui ex Romanis capti fuerant/ redderẽtur. Itaq; obtinuit. Nam Afros pacem petẽtes, nullus admisit. Ipse vero Regulus Carthaginem redijt. Precãtibusq; Romanis vt eũ Romæ tenerent, negauit se in ea vrbe mansurũ: in qua postq; Afris seruierat, dignitatem honesti ciuis habere nõ posset. Regressum igitur ad Africã Regulum, Carthaginenses resectis ei palpebris, vt vsq; ad mortem cruciatu intolerabili ac dolore vigilaret atq; vt staret semper radios solis intuens alligatum in machina necauerunt. ¶ Anno consequenti Hanno dux Poenorũ cum Luctatio duce Romanorũ, naualι ꝑlio apud Aegades insulas, contra Lilybeum ciuitatem Siciliæ cõcurrit: sed victus nauẽ auertit: & dux fugæ primus fuit. Sexaginta & tres naues punicæ captæ sunt, cxxv. dimersæ. xxx. & .ij. capta: cæsa. xiiij. milia fuerũt. Nunq; in mari tantis copijs pugnatum est. Infinitæ auri & argenti prædæ in potestatẽ Romanorũ redactæ sunt. Ex classe Romana. xij. naues mersæ sunt. Pugnatũ est. vij. Id. Mar. Tunc Carthaginenses præcipiti festinatione ad Luctatium consulem, ac deinde Romam mittunt: pacem orant & impetrant. Captiui Romanorum qui tenebantur a Carthaginensibus, redditi sunt. Carthaginenses petunt vt redimi captiuos liceret eorum, qitos ex Afris romani tenebant.

Senatus iussit sine precio eos reddi, qui in publica custodia essent. Qui aūt a priuatis tenerentur, vt precio dominis reddito, Carthaginē redirent: atq; id precium ex fisco magis q̄ a Carthaginensibus soluerent. Carthaginenses sane sub hac conditione cū Romanis pacē fecerunt, vt Sicilia decederent: & ipsi Carthaginenses per cōtinuos .xx. annos Romanis persoluerent puri argenti tria milia talentorū. Sicq; finitū est primum punicū bellum: quod p xxiij. annos tractatum est. Hoc anno porta Iani gemini clausa est: quia nusq̄ eodem anno bellum erat: quod sub Numa Pompilio rege solo pueneat. ¶ Anno ab vrbe cōdita .dxvij Hamilchar dux Carthaginensiū, ab Hispanis in bello cū aliud bellum aduersus Romanos iam pararet, occisus est. Experimento depræhensum est / q virtus Gallorū sicut primo impetu maior q̄ virorū est: ita sequens minor q̄ fœminarū. Causa aūt hæc est, q alpina corpora humenti cælo educata, habent quoddam simile niuibus suis: cū calore primæ pugnæ statim in sudorē eunt: & leui motu quasi sole laxant̄. ¶ Anno qui huic pximus erat, dira vrbē terruere pdigia. Namq; in Piceno flumine sanguis effluxit: apud Tuscos cælum visum est ardere: & Arimini nocte multa lucem clarā effulsisse; ac tres lunas distantibus cæli regionibus exortas apparuisse: & Romæ Gnei Domitij bos locutus est / dicens. Caue tibi Roma. Carnes etiā e cælo lapsæ sunt. Quarū pars ab auibus intercepta est: pars incorrupta diu iacuit. Tunc q̄q; magno terræmotu Caria & Rhodos insulæ adeo concussæ sunt, vt labentibus vulgo tectis, ingens q̄q; ille Colossus rueret. His tpibus Aratus astrologus claruit: & Quintus Ennius poeta Tarenti nascit̄: qui post Romæ deguit: cōtentus vnius ancillæ ministerio. Quo etiā tpe defuncto Eleaçaro, principatū sacerdotij suscæpit patruus eius Manasses, frater Iaddi. Quo mortuo, successit ei Onias filius Simonis iusti: quem vt supra diximus paruulum reliquit. Hist.

iij Ptolemæus Euergetes xxvi

PTolemæus Euergetes filius Ptolemæi Philadelphi regnauit Alexandriæ annis viginti sex: a restauratiōe templi anno .cclxxvi. Sub hoc Iesus filius Syrach librum suū cōscripsit. Sic ergo Ptolemæus post mortē patris sui Philadelphi, pro vltione patris & occisæ sororis, cū magno exercitu intrauit puinciā regis Aquilonis, id est Seleuci Callinici, qui cū matre Laodice regnauit in Syria: & cæpit Syriā & Ciliciā: & superiores partes trans Eufraten: & omnē pene Asiā. Cumq; audisset in Aegypto seditionē moueri, diripiēs regnū Seleuci .xl. milia talentorū argenti tulit: vasaq; preciosa, & simulacra deorū duo milia quingenta: in quibus erāt & illa quæ Cambises capta Aegypto in Persas portauerat. Gens vero Aegyptia, idolatriæ multū dedita erat. Et quia post multos ānos deos eorū Ptolemæus attulerat, Euergetem eū appellabant. Et Syriā qdem ipse obtinuit: Ciliciā vero amico suo Antiocho gubernandā tradidit: & Xantippo alteri duci prouincias trans Eufraten. Historia.

ANno ab vrbe condita, quingentesimo octauo, qui est primus Euergetis, repentina subuersio ipsius Romæ præuenit triūphū Romanorū. Siqdem Quinto Luctatio Catulo, & Aulo Manlio cōsulibus diuersæ ignīū aquarūq; clades pene absumpsere vrbem. Nam Tyberis insolitis auctus imbribus, & vltra opinionē redundans, oīa Romæ ædificia in plano cōstituta deleuit. Diuersæ q̄litates locorū ad vnā conuenere pniciē: quoniā quæ sæuior inūdatio tenuit, madefacta dissoluit: & quæ cursus torrētis inuenit, impulsa deiecit. Aquarū vero grauissimā cladē, grauior ignis vastatio est secuta. Qui ignis, incertū vnde surrexerit, plurimas ciuitatis partes peruagatus, hoīm domorūq; stragē miserabilem fecit. Dehīc cū oīa in circuitu foris deuastaret, ædē Vestæ corripuit: vñ Metellus cū arsuros deos eripuit, brachio semi vstulato, vix aufugit. Tito Sempronio Gracco & Gaio Valerio Falcone consulibus bellū Romani Faliscis intulerūt: quæ ciuitas Italiæ opulēta quondam fuit. Quod bellum ambo consules intra sex dies transegerunt: quindecim milibus hostiū cæsis. ¶ Eodem anno etiam Galli Cisalpini noui extitere hostes: aduersum q̄s varia sorte bellatū est. Nam in primo conflictu Valerio consule tria milia ex Romanis cecidere: in secūdo .xiiij. milia Gallorū cæsa sunt: duo milia capta. Sed ob priorē cladē triumphus consuli denegatus est. Anno ab vrbe cōdita, qngētesimo .xvij. qui est Euergetis decimus, dux Pœnorū Hamilchar ab Hispanis in bello interfectus est: cū iā aliud bellum aduersum Romanos clam pararet.



Historia.

PTolemæus Philopator filius Euergetis regnauit Alexādriæ annis .xvij. a restauratiōe templi anno .cccij. Post fugam & mortē Seleuci Callinici filij Antiochi, quem interfecit Euergetes pater huius Philopatoris: duo filij Seleuci eiusdem/ videlicet Seleucus cognomento Ceraunus, & Antiochus qui appellatus est Magnus: prouocati spe victoriæ, & in vltionem patris exercitu magno congregato aduersus Ptolemæum Philopatorem arma corripiūnt. Cumq; Seleucus maior frater tertio īperij sui anno occisus esset in Frygia per dolum Nicanoris, exercit⁹ qui erat in Syria, fratrem eius Antiochum cognomento Magnum, de Babylone vocauit ad regnū Syriæ, quæ eo tempore tenebatur a Ptolemæo Philopatore. Cūq; Seleucus pugnasset aduersus duces eius, immo ꝓditione Theodoti cuiusdam obtinuisset Syriam, in tantam venit audaciam/ vt vltro Aegyptijs bellum inferret. Philopator autem amissa Syria proditione Theodoti, congregauit multitudinem plurimā aduersus Antiochum: initoq; certamine iuxta oppidum Raphae quod est in finibus Aegypti, Antiochus omnem amisit exercitum: & per deserta fugiens, pene captus est. Cumq; decessisset Syria, ad extremum fœdere & pactionibus conditionis cuiusdam pugna finita est.

Demetrius regnauit Macedoniæ annis .x.

Antigonus regnauit Macedoniæ annis .xiij.

Seleucus Callinicus Antiochi maior filius, regnauit Syriæ & Asiæ cū matre Laodice annis viginti.

Seleucus Ceraunus Seleuci Callinici filius regnauit Syriæ an. iij.

Antiochus qui dictus est Magn⁹, frater Seleuci Cerauni regnauit Syriæ annis .xxxvi.

❡ Sub hoc tempore iudæi multa mala tolerabant, dum terra eorum diuersis calamitatibus subiacebat. Nam cum Antiochus pugnasset contra Ptolemæum Philopatorem, & filium eius Epiphanen, iudæi in medio positi, vtrisq; vincentibus laborabant, vt pares existerent naui turbatæ & tempestatibus fluctuanti.

FInito igitur primo punico bello, quod per viginti tres annos tractum est, iam Romani clarissima gloria noti facti sunt: & per anni spatium sine bellicis conflictionibus quieuerūt. Eodemq; anno Iani portæ clausæ sunt: quod ab vrbis conditione sub Numa Pompilio Romuli successore tantū cōtigit: postea vero per annos quadringentos quinquaginta non euenit. Eo tempore potentissimus Siciliæ rex Hiero, ad ludos Romam venit, & ducēta milia modiorum tritici populo dono dedit.

ANno ab vrbe condita .dxxxiiij. qui est primus Ptolemæi Philopatoris, bellum punicum secūdum, Romanis illatum est per Hānibalem ducem Pœnorū filium Hamilcaris, qui ab Hispanis occisus est. Hic itaq; Hannibal dum adhuc nouem esset annorum, Hamilcari patri ad aras iurauerat: vt cum primū posset, contra Romanos pugnaret. Cumq; viginti esset annorū Saguntū florentissimam Hispaniæ vrbem Romanis amicā oppugnare aggressus est. Ad quē Romani legatos miserunt, vt a bello abstineret: quos a se iniuriose abiecit. Miserūt pro eadem re Fabium Carthaginem: sed ille etiam ibi cum dura responsa percæpisset, quæ inquit mora est. In hoc ergo sinu pacem bellumq; porto, vtrum eligitis? Illis succlamātibus bellum, igitur inquit accipite: & excusso in media curia togæ sinu, quasi plane sinu bellum ferret/ effudit.

INterea Saguntini fame victi sunt: & octauo demū mense capti, vltimis ab Hannibale pœnis afficiunẽ. Tunc publius Cornelius Scipio consul, cū exercitu mittiẽ in Hispaniā: Tyberius Sempronius in Siciliam. Hānibal vero relicto ī Hispania frē suo Hasdrubale, Pyreneos transiuit mōtes: & inter ferocissimas gallorū gētes ferro viā aperuit & nono demū die a Pyreneo ad alpes peruenit. Vbi dum mōtanos gallos ab ascensu eū repellere obnitētes bello superat, atq; inuias rupes igni & aceto ferroq; rescindit: quatriduum cōmoratus, quinto die cū maximo labore ad plana peruenit. Traditur autē ad

Italiam duxisse centū milia peditū, viginti milia equitū, triginta septē elephantos. Interea multi Ligures & Galli iunxerunt se Hannibali. Sempronius Tyberius Gracc⁹ cognito Hannibalis aduentu, exercitum ex Sicilia traiecit Ariminū. Publius Corneli⁹ Scipio Hannibali apud Ticinū primus occurrit: cōmissoq; prælio, fugatis suis & pene omnibus victis, ipse a filio Scipione admodum prætextato, & vix a pueritia egresso qui postea dictus est Africanus, ab ipsa morte liberatus, saucius tñ in castra rediit. Pugnatū deinde est ab eodem cōsule apud Trebiam fluuiū, iterūq; Romani superati sunt. Sempronius cōsul & ipse conflixit cū Hannibale: & amisso exercitu, pene solus euasit. In eo tñ bello etiā Hannibal sauciatus est. Qui postea cum in Hetruriā primo vere transiret, in summo Apennino tempestate correptus, biduo continuo immobiliter stetit: niuibus cū exercitu conclusus: vbi magnus hominū numerus, iumenta q̄plurima, elephanti pene omnes frigore perierunt. Deinde in Tusciā veniens, iuxta Sarnum fluuiū, nebulis ꝓspectum impedientibus, magnam partē sociorū ac iumētorum perdidit: ipse aūt vni elephanto qui superfuerat solus supersidens, vix difficultatē itineris euasit: sed oculum quo iā dudū æger erat, violentia frigoris & vigiliarū ac laboris amisit. Anno ab vrbe condita quingentesimo quadragesimo, qui est septim⁹ Philopatoris, Aemilius Paulus & Terentius Varro consules cōtra Hannibalē missi, per impatientiā Varronis, altero consule contradicente, apud Cannas Apuliæ vicū oēs pene Romanæ spei vires perierunt. Nullo enim punico bello grauius afflicti sunt. Periit quippe in eo Aemilius Paulus consul: qui dum saucius in quodam saxo resedisset Lentulo sibi equū offerente quo fugiēs cladi superesset, noluit: atq; ibi persedit donec ab hostibus interemptus est. Perierunt ibi consulares atq; prætorij viri viginti: senatores aut capti aut occisi triginta: nobiliores viri trecenti: pedestrium militū .xl. milia: equitum tria milia quingenti. Varro cōsul cum quinquaginta equitibus Venusium fugit. Nec dubium est illum diem vltimū Romani status futurū fuisse, si Hānibal mox post victoriam ad vrbem contēdisset. Hannibal ī testimoniū victoriæ suæ tres modios anulorum aureorū Carthaginē misit: quos ex manibus interfectorum Romanorū equitum senatorumq; detraxit. De exercitu suo cæsa sunt tria milia: multiq; sauciati.

INterea Varro rediit Romā: eiq; gratiæ referunt a senatu q̄ publicā rem non desperasset. Ipse aūt non vitæ cupiditate, sed amore publicæ rei se superesse reliquo ætatis suæ tempore ꝓbauit. Nam barbam capillumq; summisit: & postea nunq̄ recubans cibum cœpit. Honores quoq; cū ei deferrentur a populo, recusauit: dicens fœlicioribus magistratibus reipublicæ opus esse. Vsq; adeo aūt vltima desperatio reipublicæ apud residuos Romanos fuit, vt de relinquenda Italia, sedibusq; quærendis consilium ineundum putarent. Quod etiā auctore Cæcilio Metello confirmatum esset, nisi Cornelius Scipio tūc tribunus militū, qui postea dictus est African⁹ cos districto gladio deterruisset, singulis minitans: ac potius pro patriæ defensione in sua verba iurare coegisset. Sub hoc tēpore quatuor locis pugnabatur a Romanis. In Italia cōtra Hannibalem: in Hispania cōtra fratrē eius Hasdrubalem: in Macedonia cōtra Philippum: in Sardinia cōtra Sardos, & alterum Hasdrubalem Carthaginēsem: quē Titus Manlius in Sardiniā missus, viuum cæpit: Romamq; portauit. Philippus quoq; in Macedonia a Leuino vincitur: & in Hispania Hasdrubal: & Mago tertius frater Hannibalis a duobus fratribus Scipionibus superantur: qui tamen ambo fratres in Hispania a fratre Hasdrubalis postea occisi sunt. Vnde omnibus pauore cunctantibus, Scipio postea Africanus dictus, natus tunc annos .xxiiij. vltro se obtulit: & proconsulare imperiū in Hispania sortitus, vltionem patris & patrui præcipue intendens, Pyreneū transgressus, primo impetu Carthaginem nouam Hispaniæ cæpit: vbi copiæ auri argentiq; magnæ, Pœnorū & nobilissimi obsides, quos ab Hispanis acceperant cū magnis præsidijs erant. Ibi etiā Magonem fratrem Hannibalis captū cum alijs Romam misit. Romæ ingēs lætitia oritur. Cumq; vniuersam Hispaniam a Pyreneo vsq; ad occeanum Scipio subegisset, reuocatus a Romanis cum ingēti gloria Romā venit: & .xiiij. anno postq̄ Hannibal in Italiā venerat: qui est .xv. Philopatoris: cū Licinio Crasso cōsul creat⁹, & in Africā missus est.

Scipio Africã aggressus, hiberna Pœnorũ, & mapalia Numidarũ, quæ haud lõge aberant ab Vtica, nocte fecit incẽdi. Pœni trepidi cũ casu accidisse ignẽ putarẽt, inermes ad extinguendum cucurrerũt: qua de re facile ab armatis oppressi sunt. In vtrisq castris xl. milia hominum igni ferroq consumpta sunt: quinq milia capta: duces ipsi miserabiliter ambusti / ægre diffugerunt: Hasdrubal dux Carthaginẽ ꝓfugus venit. Mox Siphax & Hasdrubal plurimũ reparantes exercitũ, iterum cũ Scipione cõgressi sunt: victiq fugerunt. Siphacem fugientẽ Lelius & Masinissa cæperunt: cætera multitudo Cirtam confugit: quã Masinissa oppugnatam in deditionẽ accæpit: Siphacem ad Scipionẽ cathenis vinctum adduxit: quẽ Scipio cũ ingentibus spolijs, plurimisq captiuis perducẽdum Romã Lelio tradidit. Qui cũ in custodia Tiburti defecisset, sumptu publico iussit senatus eũ honorifice sepeliri. Qua re audita, omnis fere Italia Hannibalem dereliquit. Ipse aũt Hannibal a Carthaginensibus redire iussus / vt subueniret patriæ quã Scipio vastabat: flens dicitur Italiam reliquisse. Ita anno .xvij. qui est primus Ptolemæi Epiphanis, liberata est Italia ab Hannibale. Legati aũt Carthaginensiũ pacẽ a Scipione petẽtes / ad senatũ missi sunt: & ex arbitrio Scipionis pacem accæperũt. Sed veniẽte Hãnibale Carthaginẽ, pax turbata est: multaq hostilia ab Afris facta sunt. ¶ Post hæc Hannibal frequẽtibus prælijs victus a Scipione, petijt & ipse pacẽ / & colloquiũ Scipionis. Vbi cũ se attoniti diu admiratione mutua duo clarissimi duces conspexissent, ĩfecto pacis negocio discesserũt. Hannibal tres exploratores ad castra Scipionis misit: quos captos Scipio circũduci ꝑ castra iussit, eisq ostendi totum exercitum, nihil de hostibus percunctatus: prandium quoq iussit eis dari: refectosq abire permisit. Deinde præliũ ab vtroq duce commissum est: quod diu magnis ducũ artibus dispositum, magnis copiarũ molibus gestum est, quale vix vlla memoria fuit, quippe cũ peritissimi viri copias suas ad bellum educerẽt, Scipio tñ victor extitit, pene capto Hannibale. Octoginta elephãti ibi aut capti, aut occisi sunt. Carthaginensiũ militum viginti milia quingenti interfecti sunt. Hannibal omnia & ante præliũ & in prælio expert⁹: primum cũ multis equitibus, deinde cũ viginti, postremo vix cum quatuor inter tumultũ elapsus, Adrumetũ cõfugit: postea Carthaginẽ post .xxxvi. annos ex quo inde paruus cũ patre exierat, venit: consultantiq senatui Pœnorũ, nullã spem esse nisi in petenda pace persuasit. Gaio Cornelio Lentulo, Publio Aelio Peto consulibus, pax ꝑ Scipionẽ voluntate senatus populiq Carthaginẽsibus concessa est: naues tamen plus q̃ quingentæ in altũ productæ, in conspectu ciuitatis summersæ sunt. Scipio iã tunc cognomẽto Africanus, cũ omni gloria triumphans in vrbem ingressus est. Quẽ Terentius qui postea erat comicus, ex nobilibus Carthaginensiũ captiuus, triũphantem post currũ secutus est pileatus, q indultæ sibi libertatis fuit insigne. ¶ Anno igitur ab vrbe condita quingentesimo .xlvi. qui est secundus Ptolemæi Epiphanis, bellum punicum secũdum finitũ est, post annum .xvij. quam cæpit. ¶ Iactet scilicet Roma victorijs Hannibalem deuicisse, tamen in Campaniæ luxurijs commorantẽ prouincia deliciosa superauit, dũ aquis innatat, dum piscibus atq ostreis passim inficit, dum olet, potat, dormit, aquarũ resolutio molliuit punicam feritatẽ, & quem alia durauerant, eũ Seplasia oppidum Campaniæ vnguentis odoratis labefactauit & vicit.

Ptolemeus Epiphanes xxiiij

Ptolemæ⁹ Epiphanes reg. Alex. an. xxiiij. Huius tpe Scipio African⁹ ab ĩgrata sibi vrbe Romana diu exulãs, apud Amiternũ oppidum morbo perijt. Sepulchro suo ĩscribi iussit. Ingrata patria, ne ossa quidem mea habes.

Philippus xlij

Philippus regnauit Macedoniæ annis quadraginta duobus. Hic cũ rebellare pararet Romanis, primum per Leuinũ consulem, deinde per Titum Quintũ superatus est.

HISTORIA.


Tolemæus Epiphanes filius Ptolemæi Philopatoris, regnauit Alexãdriæ annis .xxiiij. a restauratione templi anno trecentesimo .xix. Huius patre Philopatore defuncto, Antiochus Magnus rupto fœdere & pacto quod cũ patre fecerat, exercitum de superioribus Babyloniæ partibus congregauit. Factaq pace

cum Philippo Macedonũ rege, contra hũc Epiphanen qui tunc quatuor erat annorũ, exercitũ mouit. Pugnãtibus aũt inter se Antiocho & ducibus Ptolemæi pueri, Iudæa in medio posita, multaq; mala perpessa, in contraria studia scindebat / sicut & sub Ptolemæo Philopatore patre eius: alijs Antiocho, alijs Ptolemæo fauentibus. Cũq; Antiochus teneret Iudæã, missus Scopas dux partiũ Epiphanis Ptolemæi, aduersus Antiochum fortiter dimicauit: cæpitq; Iudæã. Sed post modicũ tempus Antiochus Scopam vicit, confligens cũ eo iuxta fontẽ Iordanis: multosq; de exercitu eius ꝓsternens. Postea vero Antiocho capiẽte Samariã, & ciuitates Syriæ quas Scopas tenuerat, gẽs Iudæorũ sponte ad eũ veniẽs, omnem eius exercitũ in ciuitatẽ suscæpit: & prono animo auxilium præbuit. Vñ & ipse multa eis beneficia contulit: quæ Iosephus describit. ¶ Volens aũt Antiochus non solum Syriã & Ciliciã, & Liciã, & alias prouincias quæ erãt partiũ Ptolemæi possidere, sed in Aegyptũ quoq; regnũ suum extendere. Facta pace cũ Ptolemæo per Eubolem Rhodiũ, Cleopatrã filiam suã septimo anno adolescentis despondit ei: & .xiij. anno tradidit: data ei dotis noĩe omni Cœlesyria & Iudæa. Nec tamen obtinere potuit Aegyptũ: quia Ptolemæus Epiphanes & duces eius sentientes dolum, cautius se egerunt: & Cleopatra magis viri ꝙ parentis fouit partes. Hic Antiochꝰ Magnus duos habuit filios, fratres Cleopatræ quam dedit Ptolemæo, Seleucum qui cognominatus est Sother: quiq; regnauit post eũ, & Antiochũ qui dictus est Epiphanes: & a patre Romanis datus est obses: mortuoq; fratre regnauit in loco eius: & hic est Antiochꝰ, qui dicitˀ illustris & nobilis in libro Machabæorũ q.cxxxvij. regni Græcorum anno regnare cæpit: multaq; mala Iudæis intulit.

Historia Iudæorum.

EO tpe pontifex Iudæorũ fuit Onias filius Simonis iusti, fratris Eleazari. Is aũt Onias partiulus mente, & auarus pecuniæ, vectigal quod patres eius pro populo dabant, scilicet viginti talenta, nõ reddidit: vñ regem Ptolemæũ ad irã ꝓuocauit. Qui mittens legatũ nomine Athenionem in Hierusalem, culpabat Oniã: & minatus est ꝙ terram metiretˀ ad iugera: & mitteret qui habitarẽt in ea. Audientes Iudæi mandata regis / turbabãtur: Oniã vero nihil horũ flectebat / propter auaritiam suã. Quod audiens Iosephus adolescens sororis eius filius de patre Tobia, vir sagacissimus, & inter suos nobilis, increpauit auunculum Oniã. Quo nõ attendente, nec ad regem ire volẽte, vltro se legatũ ad regem obtulit pro necessitate populi, si per eũ liceret sibi. Illo aũt concedente, & populo gratias agente, suscæpit legatũ regis in domum suam, & per multos dies magnifice tractans, muneribus honoratũ remisit ad regem: dicens se continuo secuturũ. Athenio aũt rediens ad regem, cũ ei omnia indicaret, aduenientem postea Iosephũ rex & regina Cleopatra benigne suscæperũt: inuenitq; tantam gratiam corã rege, vt nõ solum populum liberaret / sed etiam dux Iudææ atq; humilis Syriæ, & finitimarũ regionum ab eo constitueretˀ. Is igitˀ viginti duobus annis tributa Syriæ & Phœnicis atq; Samariæ dispensauit: populumq; Iudæorũ a paupertate & debilitate ad clarissimas rerũ causas perduxit. Habuit aũt septẽ filios de vxore sua, & de filia fratris sui Solini vnũ nomine Hyrcanum. Qui cũ tredecim esset annorũ, naturalem fortitudinem & prudentiã in se demonstrauit: vt etiã acerbam æmulationem fratribus excitaret. Iosephus vero cupiens scire quis de filijs suis virtute melior existeret, vnumquẽq; ad doctorũ studia destinauit: sed desidia disciplinarum indocti redierunt. Post illos aũt adolescentulum Hyrcanum transmisit viam duorũ dierum ad solitudinẽ seminare, dans ei trecenta iuga boũ: sed abscõdens lora quibus ligarentˀ. Cũq; ad locum veniret, & lora non haberet, suadentibus aratoribus vt ꝓ his afferendis domũ transmitteret, ille nolens tempus deperdere, occidit decem iugorũ boues: & carnes quidem operarijs dedit: pelles vero incidens / retinacula fecit: sicq; seminata terra, ad patrẽ redijt. Pro qua mentis argutia pater eũ benigne suscipiens, nimiũ dilexit: qdˀ ei apud fratres inuidiam suscitauit. ¶ Post hæc nunciatũ est Iosepho, filiũ Ptolemæo regi genitũ esse: omnesq; principes prouinciarũ / ad celebrandum pueri diẽ natalem cũ apparatu maximo Alexandriã ire. Cumq; ipse ire senio prohiberetˀ, interrogauit filios suos quis eorũ vellet ire ad regẽ. Maioribus recusantibus, & Hyrcanũ hoc facere

posse dicentibus, cõsuluit ipsum. Qui cum
se ꝓmisisset iturũ, si tñ misisset epistolam
Arioni dispensatori pecuniarũ, quam regi
offerre deberet vt daret ei pecuniam necessa
riam, data epistola dimisit eum: fratres autẽ
eius scribebant omnibus amicis regis / vt eũ
interficerent. Qui cum venisset Alexandri-
am, porrexit Arioni epistolam: acceptisq;
ab eo mille talentis, latenter accessit ad nego
ciatores, & comparauit ab eis centum pue
ros scientes literas, vnumquẽq; talento vno:
& centũ virgines, singulas eodem precio.
Susceptus aũt benigne a rege, & ad conui-
uium eius inuitatus: discumbens cum prio
ribus prouinciarũ, vltimus omnium sedit:
tanq; puer ab omnibus despectui habitus.
Cũq; omnes ossa ciborũ ante illum in men
sa proijcerent ipso tacente, Triphon qdam
qui ad conuiuarũ risus aptus erat, roganti-
bus conuiuis, iuxta mensam regis assistens
ait regi. Vides domine anteposita ossa Hyr
cano. Ex hoc cõijce / q; & pater eius sic om
nem Syriã denudauit, sicut hæc ossa iste a
carnibus expoliauit. Ridente autẽ rege ad
verba Triphonis, & interrogãte Hyrcanũ
cur tanta ossa ante eum iacerent, apte inquit
domine, nam canes semper ossa cũ carnib⁹
deuorant, sicut isti fecerunt ante quos ossa
minime iacent: homines vero comedũt car
nes, ossa autem iactant: quod & ego tanq;
homo nunc feci. Rex autẽ miratus eius re-
sponsum tam sapienter dictum, iussit omẽs
plaudere, verbum eius laudantes. Postera
vero die Hyrcan⁹ ad vnũmquẽq; regis ami
cum pergens, & ad potẽtes aulæ, salutauit
eos. Instante vero natali die filij regis, prin-
cipes regis offerebant munera: qui multũ,
non plus q; viginti talenta. Hyrcanus itaq;
assumens pueros & virgines quos compa-
rauerat, dedit vnicuiq; talentum portare: &
pueros quidem obtulit regi, puellas autem
Cleopatræ reginæ. Omnibus igitur muni
ficentiã eius admirantibus, rex honorans eũ
liberaliter & donationes copiosas præstãs,
patri & fratribus, & omnibus magistrati-
bus scripta pro eo transmisit. Audientes au-
tem fratres eius talia eũ a rege meruisse, &
cũ magno reuerti honore; in occursum ei⁹
egredi se simulantes, interficere illum om-
nimodo decreuerunt, etiam patre sciente: q
propter pecunias quas regi obtulerat, ira-
scebatur: sed regẽ timens / irã celabat. Com
mittentibus aũt aduersus eum fratribus pu

gnam, multos eorum qui sequebãtur occi-
dit, cum duobus fratribus suis: cæteri autẽ
ad patrem Hierosolymã confugerũt. Qui
postq; ad ciuitatem venit, nullo se suscipi-
ente, discessit trans Iordanem fluuiũ: ibiq;
remoratus, vectigalia exigebat a Barbaris.
Per idem aũt tempus regnabat in Asia Se-
leucus qui dicebatur Sother, filius Antio-
chi Magni.

Historia Iudæorum.

DEfunctus est aũt Onias pontifex fili-
us Simõis Iusti fratris Eleazari, auun
culus Iosephi patris Hyrcani, principatum
sacerdotij derelinquens filio Simoni. Mor
tuus est autẽ & Iosephus: eiusq; morte con
tigit seditionẽ pati populum propter filios
eius. Nã maioribus bellum gerentibus con
tra Hyrcanũ, dissensit ab inuicem multitu-
do: & plures quidem maioribus fratribus
auxilium ferebãt cum principe sacerdotum
Simone, qui cognatus eorum, & affinis eo
rum erat. Hyrcanus aũt discedens ab Hie-
rosolyma trans Iordanem: ibi turrim ædifi
cauit firmissimã ex lapide albo: & totã vsq;
ad terram sculpens diuersis animalibus: re-
liquis etiam ædificijs locum muniuit: quẽ
Tirum nuncupauit. Præfuit autẽ illis par-
tibus per annos duodecim oñi tẽpore quo
Seleucus filius Antiochi Magni Syriæ re-
gnauit. Quo mortuo, frater eius Antioch⁹
Epiphanes regnum obtinuit. Quem metu
ens Hyrcanus ne ab eo tormentis afficeret
pro his quæ cõtra Arabas egerat, vitam ꝓ-
pria manu finiuit. Cuius substantiam An-
tiochus sibi applicuit. Mortuus est autem
& Simon Pontifex filius Oniæ, relinquẽs
tres filios Oniam, Iesum, Oniã siue Ana-
niam: sed patri Onias in sacerdotij honore
successit. Et hic est ad quem Arius rex Spar
tarum id est Lacedæmoniorũ epistolas mi
sit, dicẽs Iudæos & Lacedæmones ex vno
genere Abrahæ descendisse.

Historia Romanorum.

ANno ab vrbe condita quingentesimo
quinquagesimo primo: q Ptolemæi
Epiphanis computatur etiã primus. Titus
Quintus Flaminius contra Philippũ Ma-
cedoniæ regẽ missus est: & post pl'ia mul-
ta quibus Macedones vicit, pacem Philip-
po dedit: sub conditione etiã Demetrium fi
lium suum obsidem dedit. ¶ Lacedæmo-
nijs quoq; bellum Titus idem intulit: du-

cemq; illorū Nauidem vicit: & quibus vo luit conditionibus in fidem accæpit: gloria ingenti triumphauit: ducens ante currū suū nobilissimos obsides, Demetrium Philippi filium, & Armenen nauidis. Transacto bello Macedonico/ secutum est Syriacum. Antiochus itaq; magnus rex Syriæ, cum regnū generi sui Ptolemæi Epiphanis obtinere non posset, vertit se ad Asiam, & nauali certamine obtinuit Rhodum & Samum, & alias insulas multas: deinde contra Romanos struēs bellum, ex Asia transit in Europam. Tunc etiam Hannibal exhiberi Romam iussus a senatu, clam ex Africa profectus ne Romanis traderet/ ad Antiochū migrauit: eiq; se coniunxit. Quem cū apud Ephesum inuenisset cunctantē, mox ad bellum impulit: sed occurrit eis Scipio Nasica, cum fratre suo Scipione Africano, isdemq; Africanus familiare colloquiū cum Hannibale habuit: sed infecto negocio/ ab Antiocho discessit. Sequēti anno idē Scipio Africanus Hannibalem qui tunc Antiochi classi præerat/ nauali prælio vicit & fugauit: frater quoq; eius Lucius Cornelius Scipio Nasica consul habens in auxilio Eumenen Attali regis fratrē, ingēti prælio Antiochū vicit. Qui pacē rogans, eo iure obtinuit/ vt annis singulis mille talenta persolueret: atq; ex Asia & Europa recedēs/ intra Taurum montem se contineret: & Hannibalem concitatorem belli dederet. Qui fugiens ad Prusiam regem Bithyniæ/ cum a Romanis reposceretur, iam tradendus venenum bibit. Antiochus vero filiū Africani, quem vtrū explorantem/ an bello cæpisset incertū est, vltro remisit: filiū quoq; suum Antiochum obsidem dedit. Scipio Nasica Romam rediens, ingenti gloria triumphauit: nomen & ipse ad imitationē fratris Asianus quia Asiam vicit/ accæpit. Philippo autem Macedonum regi quia contra Antiochum Romanis auxilio fuit, filius Demetrius redditus est. Plautus ex Vmbria Arpinas Romæ moritur hoc tempore, qui ppter Annonæ difficultatem ad molas manuarias pistori se locauerat: vbi quotiēs ab opere vacasset, fabulas scribere ac vendere solitus erat. Titus Liuius tragœdiarū scriptor clarus habetur eo tempore; qui ob ingenij meritū a Liuio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donatus est.

Ptolemeus philometor xxxv

Ptolemæus Philometor. ij. filius Epiphanis regnauit Alexandriæ annis xxxv. a restauratione templi anno trecentesimo quadragesimo tertio. Perseus filius Philippi regnauit Macedoniæ annis decem.

Perseus decem

Seleucus xi

Seleucus qui & Socher filius Antiochi Magni regnauit Syriæ ānis. xi Hic instinctu cuiusdā Simonis qui erat præpositus templi Hierosolymitani, misit Heliodorū ad auferendas pecunias: qui correptus est a deo, vt in Machabæorum legitur libro.

Antiochus Epipha. xij

Antiochus Epiphanes regnauit in Syria annis. xij.

Historia Aegyptiorum.

Antiochus Epiphanes id est illustris, frater Seleuci, filius scilicet Antiochi Magni, post mortem fratris sui Seleuci, regnauit in Syria annis. xij. Huius sororē Cleopatram habuit vxorem Ptolemæus qui & ipse dicebatur Epiphanes: de qua duos filios accæpit: quos moriens adhuc paruulos reliquit. Quorum maior, qui & pro eo regnauit Philometor, alter Phiscon dicebatur. Antiochus autem suo regno non contentus, exercitū ducere deliberauit in Aegyptū tractus desiderio eius: & contemnens filios sororis suæ quasi debiles: ac tanta negocia regere non præualentes. Perueniens igitur ad Pelusiū cum magna virtute, doloq; circumueniens Philometorem consanguineū suum, occupauit Aegyptum. Et cum adisset loca Memphiticæ ciuitatis/ cæpit eam. Idem contra Alexandriā vt obsideret Ptolemæum, cuius erat auunculus, tetendit: sed per duces Ptolemæi pulsus est, non solum ab Alexandria, verum etiā tota Aegypto. Inde reuersus, ad Hierosolymā ciuitatem duxit exercitū. Quo perueniēs, cæpit eam sine conflictatione alicuius, aperientibus ei portas his/ qui voluntatis eius erant cōscij: ingressusq; ciuitatem, multos interfecit sibi contraria sentientes: sed & eos ipsos qui ei ciuitatem aperuerunt, ppter diuitias templi occidit: feciēsq; omnia mala illa quæ in Machabæorū historia scripta sunt. Multis de tēplo ablatis/ reuersus est Antiochiā. Post bienniū vero rursus contra Ptolemæū cons

gregauit exercitum & venit Alexandriam.
Cūq; duo fratres Ptolemæi & Cleopatræ
filij, quorū auunculus erat Antiochus obsi
derentur Alexandriæ, Romā miserunt le-
gatos. Cum aūt Romanorum legati venis-
sent Alexandriā, quorū vnus erat Marcus
Pompilius Lenas, & inuenissent eum stan
tem in littore, senatus consultū dederunt ei
q̄ iubebat̄ ab amicis populi Romani disce-
dere: & suo imperio contentus esse. Qui cū
responsionem ad amicorū consilium distu
lisset, orbem fecisse ferunt in arena cū bacu-
lo quem tenebat manu, & conscripsisse le-
gatū atq; dixisse. Senatus & populus Ro-
manus præcipiūt, vt in isto loco responde-
as quid cōsilij geras. Quibus dictis ipse ꝑ-
territus ait. Si hoc placet senatui & populo
Romano, recedendū est. Et statim recessit.

Historia Iudæorum.

PEr idem tēpus vt Iosephus scri
bit, defunctus est Onias filius
Simonis princeps sacerdotū,
relinquēs filiū paruulum Oni
am. Vnde Antiochus fratri eius
Iesu principatū sacerdotij contulit: quē po
stea iratus abstulit: & iuniori eorum fratri
Oniæ siue Ananiæ dedit. Habuit enim Si
mon, vt prædiximus, tres filios ad quos sa
cerdotij principatus ordine dicto peruenit.
Iesus aūt Iasonem se nominauit: Onias ve
ro siue Ananias Menelaus est nuncupatus:
vt Iosephus dicit. Deinde subiūgit idem Io
sephus Iesum, id est Iasonē prius sacerdo-
tem contra Menelaū seditionē concitasse:
eundemq; Menelaū cum suis fautoribus re
licta religione paterna se ad Antiochū con
tulisse: illumq; contra Iudæos incitasse: &
post ab Antiocho iuniore persuasu Lysiæ
occisum esse. In quibus verbis videt̄ Iose-
phus ab historia libri Machabæorū discre-
pare: in qua refert̄/ ꝙ Menelaus frater fue-
rit cuiusdam Simonis de tribu Beniamin:
qui fuit præpositus templi: quiq; adhuc vi-
uente Seleuco fratre Antiochi ꝓpter odiū
Oniæ sacerdotis sibi resistentis ne aliquid
mali machinaret̄ in ciuitate, effecit vt Heli
odorus a Seleuco mitteret̄ Hierosolymā,
ad auferendas pecunias de templo. Qui cū
territus rediret/ Simon non cessauit male lo
qui de Onia: & instigauit Apolloniū ducē
contra eum. Quibus ille cedens, contulit se
ad regem vt eius defensione tutus viueret.
Post mortem vero Seleuci, cū regnaret fra-
ter eius Antiochus, hoc quod de Onia Me
nelao Iosephus testat̄, in hac historia de Ia
sone fratre Oniæ narrat̄. Hic enim Iason q
& Iesus collectis impijs / Antiochū adijt:
eiectoq; per pecuniā fratre Onia/ sacerdoti
um accæpit: & accepta licētia vt gymnasiū
Hierosolymis ædificaret, ad ritus gentium
relicta religione se transtulit. Post trienniū
misit Iason Menelaū fratrem Simonis su-
pradicti, portantē pecuniam regi pro sacer
dotio ꝓmissam, scilicet quingenta nonagin
ta talenta: sed ipse Menelaus, ꝓmittens ad-
huc trecentas libras regi Iasonē supplanta-
tauit. Sic Iason qui fratrem Oniā expulit,
ipse post expulsus de patria scd'm ꝙ dign9
erat/ exul perijt. Menelaus aūt cum nō per-
solueret ꝓmissas pecunias, rex abstulit ei sa
cerdotiū, & dedit illud fratri suo Lysima-
cho. Metuens vero Menelaus ne Onias re
ciperet sacerdotiū, egit cū Andronico re-
gis amico, quē rex abiēs præfecit negocijs
vt Oniā interficeret: quod & fecit. Lysima
cho q̄q; a Iudæis ꝓpter sacrilegia sua occi-
so, Menelaus sacerdotiū recæpit. Quo ab
Antiocho Eupatore filio Antiochi suaden
te Lysia occiso, Alchimus quidam alieni-
gena impius successit sacerdotio. Et hoc di-
uinitus percusso, deficiētibus hæreditarijs
successoribus, omniū voluntate Iudas Ma
chabæus suscæpit sacerdotiū. Onias quip-
pe filius Oniæ quem moriente patre paruu
lum relictum supra diximus, videns mala
quæ fiebant/ fugit ad Ptolemæum regem
Aegypti, & benigne ab eo acceptus, impe-
trauit ab eo regionē quæ Helipoleos voca
catur: vbi concedente rege construxit tem-
plum ad formā templi Hierosolymitani,
quod per annos permansit vsq; ad tempus
Vespasiani. Ipsa aūt vrbs q̄ vocabat̄ Oniæ
dimicantibus postea Iudæis aduersum Ro
manos, ad solum vsq; diruta est: & neq; vr
bis/ neq; templi vllum restat vestigiū. Sub
occasione igitur Oniæ, infinita Iudæorū
examina Aegyptū confugerunt. Asserebat
enim Onias in se impletum esse vaticinium
Esaiæ scribētis. Erit altare domini in Aegy
pto: & titulus domini in terminis eius: &
quod Ezras ante sexcentos annos prædixe
rat, ꝙ oporteret in Aegypto templum ædi
ficari deo per virū Iudæum. Antiocho au
tem Iudæos affligēte, & ad gentilitatē per
seipsum/ & per missos suos cogente, Ma-
tathias cū quinq; filijs suis aduersus eos ar-

ma corripuit: & patrias leges viriliter defendit. Quo post annū moriente, scilicet anno centesimo.xlvi.regni Græcorū, q est.xiij. Philometoris, decimus vero Antiochi, filius eius Iudas Machabæus successit patri: & cōgregato exercitu vindictā in male agentes exercuit. Is templum ab Antiocho destructum nobiliter renouauit: & a sordibus idolorū quibus per trienniū pollutū fuerat emūdauit: anno centesimo quinquagesimo secundo. Audiens etiam Romanorū virtutem, amicitias fœderauit cum eis & societatem. Post multa demū prælia fœliciter gesta, pugnans cōtra Bacchidē Demetrij principem, multos interfecit: & ipse occidit anno quinquagesimo/ cū regeret populū annos quinq;. Cui succedens frater eius Ionathas, regebat populum p annos.xvij. Quo a Triphone occiso/ Simon frater eorum tenuit principatū annis octo: quē accæpit anno cētesimo septuagesimo regni Græcorū

Historia Romanorū.

PHilippo rege Macedonū mortuo, qui & aduersus Romanos bellū gesserat, postea Romanis cōtra Antiochum auxiliū tulerat, filius eius Perseus regnū eius tenēs rebellauit: adiutores eius habens Cotim regem Thraciæ, & regē Illyrici Gentiū nomine. Romanis aūt auxilio erāt/ Eumenes rex Asiæ frater Attali, Ariaratus rex Cappadociæ, Antiochus rex Syriæ, Ptolemæus Aegypti. Masinissa Numidiæ. Brusias aūt rex Bithyniæ licet Persei sororem haberet, vtrisq; se æquū præbuit. Contra Perseum missus Publius Licinius/ ab eo victus est: nec tamen Romani regi pacē petenti/ præstare voluerunt, nisi se & suos senatui subdidisset. Mox contra eū missus consul Lucius Aemilius Paulus, cōsul vicit eum: & cum ingenti pompa Romā redijt in naui eiusdē Persei: quæ inusitatæ magnitudinis screbatur fuisse, adeo vt sedecim ordines remorū dicatur habuisse. Triumphauit aūt Paulus in curru aureo, duobus filijs suis vtroq; latere astātibus. Ducti aūt sunt ante currū eius duo filij regis, & ipse Perseus annis quadraginta quinq; natus: qui post apud Albam, in custodia defecit: filius vero eius iunior fabricam ærariā ob tolerandam inopiam Romæ didicit: ibiq; defunctus est.

Historia Romanorū.

ANno autē ab vrbe condita sexcentesimo, qui vicesimus sextus Philometoris inscribit, cum omnes Romanos Celtiberorū ingens metus inuasisset, nec esset ex omnibus qui vel miles vel legatus ire in Hispaniā auderet, Publius Scipio Africani nepos, qui & ipse post Africanus est dictus, vltro se militaturū in Hispania obtulit: cū tamen in Macedoniā contra Philippum deputatus esset. Profectus itaq; in Hispaniā, stragem magnā dedit: sæpius etiā militis q ducis officio vsus: nam & Barbarū prouocantem singulariter congressus occidit.

Historia Romanorū.



EOdem tēpore Messala censor primus theatrū lapideū in vrbe construi iussit: quod ne tūc fieret/ Scipio Nasica grauissima dehortatione obstitit, dicēs inimicissimū fore populo bellatori hoc/ ad nutriēdam desidiā, lasciuiæq; commentū: adeoq; cōmouit senatum, vt nō solum oīa theatro comparata vendi iusserit/ sed etiam subsellia in ludis poni phibuerit: & vt neq; vrbani/ neq; qui a foris mille passib; adessent/ sedentes ludos spectarent, ne fortitudo illorum mollesceret. Illo quoq; tempore Tuccia virgo vestalis arguebat incesti. At illa purgare se argumentis dedignata mortalibus, ad Tyberim detulit cribrū: idq; submergens in aquā, prece addita, inquit. O Vesta si pia sum, si virgo sum/ hanc e Tyberi aquā ad templum tuū deferam. Et pertulit. Anno sexcentesimo secūdo, tertium punicū bellum exortū est. Igitur cū senatus abolendam Carthaginē decreuisset, profecti consules Lucius Manlius Censorinus, & Marcus Manlius, & Scipio tunc tribunus militū, prope Vticā castra maioris Africani tenuerunt. Ibi Carthaginensibus euocatis iussisq; vt arma & naues traderēt: nec moratis, tanta vis armorū repēte tradita est, vt facile tota ex his Africa potuisset armari. Sed postq; arma tradiderūt, & derelicta vrbe, recedere pcul a mari decem milibus passuū iussi sunt, dolorē ad desperationē contulerūt: aut defensuri ciuitatē, aut cum ipsa per ipsam sepeliendi: moxq; sibi duos Hasdrubales duces creant, armaq; facere aggressi, postq; æs ferrumq; defecit, aurea argenteaq; fecerunt. Consules Romani vrbē aggressi, cum aliquātam muri partem machinis diruissent, a Carthaginēsibus victi sunt atq; repulsi. Quos fugientes Scipio defendit, hoste intra muros repulso. Is apud om

nes ingenti metu & reuerentia erat: nam & paratissimus ad dimicandum/ & promptissimus erat ad consulendum: nec quicꝗ magis duces Pœnorũ vitabant/ ꝗ contra eam partem Romanorum committere, vbi Scipio dimicabat. Per idem tempus Masinissa rex Numidarũ per annos fere sexaginta amicus populi Romani, mortuus est anno vitæ suæ nonagesimo septimo, valentissimo semper corpore perseuerãs. Hic est vir qui nunꝗ in imbre vel maximo/ caput suũ texit aut frigore: & tam diu in vno stetit vestigio, vt prius iuuenes lassitudine cederent ꝗ ille de loco ĩ quo steterat moueret̃. Si stetisset/ ne membrum quidem tota die mouebat: si iter ingressus est eques/ non descendebat: si pedes/ nõ ascẽdebat: solebatq; equitans in exercitu nocti diem sæpissime coniungere: & sui custodiã tutelamq; sæuissimis canibus committebat. Post octogesimum sextum annũ genuit filiũ, cui nomen fuit Methuma: nihilq; quod iuuenis fecit, æuo vltimo prætermisit. Moriens igit̃ quadraginta quatuor filios reliquit: inter quos diuisorem esse Scipionẽ iussit. Qui postꝗ inter eos Numidiæ regnum diuisit, Carthaginem reuersus est. ¶ Anno a Roma condita sexcentesimo sexto, qui est Philometoris .xxxij. cum clarum esset nomen Scipionis, iuuenis adhuc consul factus est: & delere Carthaginẽ suprema sorte molitꝰ, Cothonẽ ingressus est. Vbi cũ sex diebus continuis noctibusq; pugnaretur, vltima desperatio Carthaginenses ad deditionem traxit/ petentes, vt quos belli clades reliquos fecit saltem seruire liceret: ac primũ agmen mulierum satis miserabile/ post virorũ magis deforme descẽdit. Nam fuisse mulierũ .xxv. milia, virorũ .xxx. milia, memoriæ tradit̃. Rex Hasdrubal se vltro dedit: suiq; tñ salutem obtinuit. Transfugæ volũtario præcipitio dati/ cõsumpti sunt igni: quosquos autẽ transfugas Romanos Scipio obtinere potuit, crucibus affixit: Latinos securi percussit. Vxor Hasdrubalis vbi ardentẽ Carthaginẽ aspexit, viro suo cũ duobꝰ filijs suis occurrit: eiq; dixit. Viue tu qui superstes Carthagini esse potes: nam pro nobis frustra rogasses. Et volentibus filijs, virili dolore/ fœmineo furore, in medium se coniecit incendium: eodem modo exitum mortis faciens extrema regina, quẽ quondam fecerat prima. Ipsa vero ciuitas decem & septẽ diebus continuis arsit: miserumq; spectaculum de varietate cõditionis humanæ victoribus suis præbuit: dirutaq; est/ omni murali lapide in puluerem converso. Cuius situs, huiusmodi fuisse dicit̃. Per viginti duo milia passuũ muro amplexa, tota pene mari cingebatur, absq; faucibus quæ tribus milibus passuũ aperiebantur. Is locus murum triginta pedibus latũ habuit/ saxo quadrato in altitudine cubitorum .xl. Arx cui nomen Byrsæ fuit, paulo amplius ꝗ duo milia passuum tenebat. Ex vna parte murus communis vrbi & Byrsæ erat/ imminens mari: qđ mare Stagnum dicitur. ¶ Igitur Carthago septingẽtesimo anno postꝗ condita est, deleta est: multitudo omnis captiuorũ, exceptis paucis principibus, vendita est. Ita quarto postꝗ cœptum est anno/ tertiũ punicũ bellum est terminatũ. Scipio nomen quod auus eius accæperat/ meruit: scilicet vt propter virtutẽ etiam ipse Africanus iunior vocaretur. ¶ Eodem anno Corinthus nobilissima Græciæ ciuitas subuersa est incendio a Mummio consule. Vbi cum propter multitudinem & varietatẽ statuarum simulacrorumq; in illo tantæ ciuitatis incendio, permixta in vnũ auri/ argenti/ atq; æris metalla fuissent, nouum genus metalli factum est. Vnde vsq; hodie ex ipso siue ex imitatione eius æs Corinthiũ dicit̃, & vasa Corinthia. ¶ Hoc tempore tres celeberrimi triumphi simul Romæ fuerunt: Africani ex Africa, ante cuius currũ ductus est Hasdrubal: Metelli ex Macedonia, cuius currũ præcessit Andariscus, qui & Pseudophilippꝰ rex Macedonum: Mummij ex Corintho, ante quem signa ænea/ & pictæ tabulæ, & alia vrbis clarissimæ ornamenta prælata sunt. ¶ Interfecto autem Pseudophilippo qui sibi Macedoniã vsurpauit, itẽq; Pseudoperseo qui se Persei filium iactauit, Macedones gentium dominos Romani tributarios fecerunt: regnumq; Macedonum defecit. ¶ Statius Cæcilius Comœdiarũ scriptor clarus habetur his diebus: qui natione Gallus, siue vt alij dicunt Mediolanus, primũ Ennij cõtubernalis sequẽti anno post mortẽ eius mortuus est. Enniꝰ vero poeta .lxx. ætatis suæ anno articulari morbo perijt: sepultusq; est ĩ monumẽto Scipiõis, via Appia, intra primum ab vrbe miliarium. Tũc etiam Lucilius poeta nascitur.

Ptolemeus Euergetes xxix

Ptolemæus Euergetes secundus regnauit Alexādriæ annis.xxix. a restauratione tēpli anno.cccLxxxviij. Simō frater Iudæ & Ionathæ post mortem eorum rexit populum Iudæorum annis.viij.

His temporibus Romæ puer ex ancilla natus est quadrupes, quadrimanus, oculis quatuor, auribus totidem: naturam virilem duplicem habens. In Bononiensi agro fruges in arboribus natæ sunt.

Historia Iudæorū.

Iohannes qui & Hyrcanus filius Simonis, interfecto patre cū duobus filijs in cōuiuio per insidias generi sui Ptolemæi qui erat dux circa Iericho, tenuit principatū Iudæorū annis.xxx.& vno. Hic cōtra Hyrcanū bellum gerēs, Hyrcanus appellatus est. Hic vir plane beatissimus / tria maxime præcipua solus habebat: quia dux & pontifex erat & propheta: cum quo deus ita colloquebatur / vt futurorū nihil penitus ignorante. Hic prælia multa peregit. Primum contra Ptolemæū sororis suæ virū: deinde Samariā obsidione captā solo coæquauit: quā postea Herodes instaurans, Sebasten in honorē Augusti appellauit. Antiochus quoqꝫ quē quidam Sedetē, quidam vero Spōdium vocant, frater Demetrij, pridem Simoni infensus, secundo Hyrcani anno adducto exercitu / Hierosolymis obsedit Hyrcanū. At ille patefacto sepulchro Dauid plus ꝙ tria milia talentorū inde abstulit: datisqꝫ trecentis Antiocho, vt a ciuitate recederet persuasit. Et vt facti leniret inuidiā, fertur ex hac pecunia instituisse xenodochia, quibus susciperet pauperes & peregrinos. Cumqꝫ fortunatissime viueret per annos.xxx.& vnū optime rebus administratis morit, quinqꝫ filijs relictis. Quorum maximus natu Aristobolus, translato in regnū principatu / primus apud Iudæos diadema sibi imposuit, trecentis nonaginta octo annis ac trib⁹ mēsibus exactis, postqꝫ popul⁹ de Babylonica redijt captiuitate, fratrem Antigonū a se secundum natu / quem diligere videbatur, in honore pari producebat: alios vero vinctos custodiæ tradidit: matremqꝫ ausam aliquid de potestate contendere, itidem colligauit, fameqꝫ necauit:

Iudas Machab. v

Deficiente regno Macedonū, cœpit regnum Iudæorū: vbi primus eo tēpore principatū tenebat Iudas Machabæus annis.v.ab anno.cxlvij.regni Græcorum: qui est quartus decimus Philometoris: vndecimus vero Antiochi illustris.

Ionathas xvij

Ionathas frater Iudæ Machabæi post mortem eius suscæpit principatū: & per annos.xvij.strenue rexit populum.

Simon viij

His tēpibus Aristobolus equidem philosoph⁹ cōmentarios scripsit in libros Moysi: & obtulit Ptolemæo regi.

Antioch⁹ Eupator ij

Antiochus Eupator filius Antiochi illustris, reg. in Syria duob⁹ annis.

Demetrius xi

Demetrius Seleuci filius, fratris Antiochi illustris, occiso Antiocho Eupatore filio patrui sui, reg. in Syria annis.xi.

Alexander iiij

Alexander item filius Antiochi illustris frater Eupatoris, occiso Demetrio patrui sui Seleuci filio, regnauit annis.iiij. Hic ducens Cleopatrā Ptolemæi regis filiā, genuit ex ea Antiochum.

Antiochus iiij

Antiochus Alexādri filius, imposito sibi diademate a Triphone, regnauit contra Demetriū annis.iiij. sed quarto anno ab eodē Triphone per dolū occisus est.

Demetri⁹ v

Demetri⁹ fili⁹ Demetrij quē Alexāder occidit, regnū eo viuēte inuasit: cui Ptolemæ⁹ Philometor Cleopatrā filiā suā Alexādro ablatā coniūxit: occisoqꝫ Alexandro, regnauit Demetri⁹ annis.v. sed quinto captus est ab Arsace Parthorum rege. Regnante autē adhuc Demetrio, Triphon qdam partiū Alexandri tulit Antiochum filiū eiusdem Alexādri: & licet adhuc paruulo diadema imposuit vt regnaret: sed quarto imperij eius anno dolo occidit eum: ipseqꝫ regnauit. Sed & hoc tertio sui regni anno interfecto, Antiochus frater Demetrij regnauit: cui Cleopatra fratris vxor nupsit: de qua filiū suscæpit nomine Antiochum, qui dictus est Cizicenus, a ciuitate Cizico in qua nutritus est. Demetrius quoqꝫ frater Antiochi ex eadem Cleopatra filiū habuit eiusdem nominis Antiochum qui dictus est Griph⁹. Hi duo fratres Antiochi dicti, postea de regno contenderunt.

Triphon iij

Triphon occiso Antiocho regnauit annis tribus: sed anno tertio etiam ipse occisus est.

ſed & Antigonū fratrem poſtea peremit.
Póſt necem vero matris & Antigoni fratris
ipſe digniſſimo atq; crudeliſſimo viſcerum
dolore tortus/deteſtabiliter morit̄ ;cum nō
plus vno anno regnaret. Vxor autē eius fra
trum vinculis diſſolutis, regem conſtituit
Alexādrum fratrem eius: qui ætate maior
erat;& modeſtia præſtare videbatur.

Hiſtoria Romanorum.

ANno ab vrbe condita ſexcente
ſimo viceſimo, qui eſt vndeci-
mus Ptolemæi Euergetis ſe-
cundi, Scipio Africanus iuni-
or conſenſu omnium, ſecūdo
cōſul eſt creatus:atq; ad oppugnandā Nu-
mantiam Hiſpaniæ ciuitatem cum exercitu
miſſus. Hæc per annos .xiiij. cum ſolis qua
tuor milibus ſuorū .xl. milia Romanorum
non ſolum ſuſtinuit, ſed etiam vicit: puden
diſq; fœderibus affecit. Scipio itaq; ingreſ-
ſus Hiſpaniā, nō ſtatim aggreſſus eſt Nu-
mātinos quaſi incautos, quos nouerat ſem
per eſſe paratos:ſed aliquando militem ſu-
um vitioſum & ignauū pro culpa ducum
priorū exercendo magis q̄ puniendo ſine
aliqua acerbitate in caſtris velut in ſcholis
exercuit; deinde omnia quæ voluptatis cau
ſa haberentur in caſtris, ſeuero ſummoueri
iuſſit edicto. Deniq; ſcortorū duo milia cū
lixis e procinctus eius loco eiecta ſunt: tan
tumq; ſubito ſub diſtricto iudice profecit
exercitus, vt Numantiā diu pernicioſiſſimā
Romanis/breui exæquaret ſolo. Igitur cū
partem æſtatis, totamq; hyemem ne atten-
tata quidem pugna tranſegiſſet, parum pro
pemodum hac profecit induſtria. Nam vbi
copia pugnandi facta eſt, exercitus Roma-
nus impetu Numantinorū oppreſſus/ſicut
ſolebat terga vertit:ſed increpatione & mi-
nis obiectantis ſe conſulis, manuq; retinen
tis, tandem indignatus in hoſtem rediit: &
quem fugiebat, fugere compulit. Diffici-
lis tunc in relatu fides, Numantinos effuga
uere:& fugiētes videre Romani. Vnde q̄-
uis Scipio, quia præter ſpem acciderat, læ-
tus eſſet:tamen bello vltra aduerſum eos au
dendum non eſſe/ ꝓfeſſus eſt. Itaq; vrbem
obſidione concluſit:foſſa circū dedit: cuius
latitudo pedibus decem, altitudo viginti fu
it;ipſumq; deinde aggerē ſudibus præſtru

Antiochus qui & Sedites eſt appella-
tus, frater Demetrij, poſtq̄ captus eſt
frater eius a rege Parthorū, ipſe regna-
uit annis quindecim:fratrem a captiui-
tate liberauit;qui poſt ipſum regnauit.

Antiochus xv

Demetrius frater Antiochi per fratrē a
captiuitate liberat⁹, regnauit poſt mor-
tem fratris annis duodecim.

Demetri⁹ xij

ctum, crebris turribus cōmunivit. Ad hoc
bellum Micipſa rex Numidarū in auxilium
Scipioni Iugurthā miſit: qui fortiter agens
gloriā acqſiuit:& gratiā corā Scipione in-
uenit. ¶ Igitur Numantini diu concluſi,
& fame trucidati, cum facultatē pugnæ ſæ-
pe depoſcerent, vt eis mori tanq̄ viris lice-
ret, nec impetraſſent, nouiſſime duabus ſu-
bito portis eruperunt, larga prius potione
vſi:non vini, cui ferax is locus non eſt, ſed
ſucco tritici per artem confecto: quem ſuc-
cum a calefaciendo celiam vocant. Hac igi-
tur potione poſt longam famem recaleſcen
tes, bello ſe obtulerunt:ſubitoq; ſuper Ro-
manos irruerūt. Atrox diu certamen, & vſ-
q; ad periculum Romanorū fuit. Iterumq;
ſe Romani aduerſum Numantinos pugna
re fugiendo probauiſſent, niſi ſub Scipione
pugnaſſent. Numantini interfectis ſuorum
fortiſſimis, bello cedunt:compoſitis tamen
ordinibus/nec ſicut fugientes in vrbem re-
uertuntur. Corpora interfectorū ad ſepul-
turam oblata accipere noluerūt, nouiſſima
ſpe deſperationis omnes in mortem deſtina
ti, clauſam vrbem ipſi introrſum ſuccende-
rūt:cūctiq; pariter ferro, veneno, atq; igne
conſumpti ſunt. Romani nihil ex his victis
penitus habuere, niſi ſecuritatē ſuam: nec
enim euerſa Numantia, viciſſe ſe magis/ q̄
euaſiſſe dixerūt. Vnū Numantinū victoris
cathena nō tetigit, vnde triumphū dederit;
quicquid ſupellectilis fuit/ignis abſumpſit
Tunc Scipio Tireſiū quēdam Celticū prin
cipem interrogauit, qua de cauſa Numātia
pri⁹ inuicta duraſſet, & poſt euerſa fuiſſet.
Reſpōdit Tireſi⁹. Cōcordia victoriā, diſ-
cordia excidium præbuit. Quod Romani

tanq̃ sibi/ac de se dictum exēpli loco acceperunt: quippe quibus iam de seditionibus discordantis totius vrbis nunciabatur.

¶ Ea namq̃ tempestate qua hæc gerebantur apud Numantiā, Gracchorū seditiones agitabantur apud Romā. Carthagine quippe Numātiaq̃ deletis, oritur apud Romanos vtilis de prouisione collatio: sed infamis de ambitione contentio. Gracchus itaq̃ tribunus plæbis iratus nobilitati, cur eū inter autores Numantini fœderis quod per Mancinum consulē turpiter factum est/ notaret: agrū a se priuatim eatenus obsessum populo diuidi statuit: Octauo tribuno obsistenti, ademit imperium: eiq̃ successorem dedit Minutiū. His causis senatū ira, populū superbia inuasit. ¶ Inter hæc quoq̃ Attalus rex Asiæ frater Eumenis morit: populum Romanum scripto hæredem reliquit: & ita Romano imperio/regnū Asiæ per testamentū accessit. Gracchus populi gratiā p̄cio appetens/legem tulit, vt pecunia quæ Attali fuisset/ populo distribueretur. Obsistente Scipione Nasica, etiā Pompeius spopōdit se Gracchū cum primū magistratu abiret, accusaturū. Gracchus autem annitebat, vt ipse tribunus plæbis sequenti anno permaneret. Et cum comitiorū die seditiones populi accenderet, autore Nasica nobilitas inflammata, fragmentis subselliorū plæbem fugauit. Gracchus per gradus qui sunt super Calphurnij fornicem detracto adminiculo fugiens, ictus fragmento subsellij corruit: rursusq̃ assurgens, alio ictu clauæ cerebro impactæ exanimatus est. Ducēti præterea in ea seditione interfecti: eorūq̃ corpora ī Tyberim proiecta sunt: ipsiusq̃ Gracchi cadauer inhumatū contabuit.

Historia Romanorū.

ANno dehinc secundo, Publium Scipionē pridie in contione de periculo salutis suæ contestatū quod sibi pro patria laboranti/ab improbis & ingratis denunciari cognouisset, alio mane exanimem repperere rūt: idq̃ inter maxima Romanorum mala censuerunt, præsertim cum tantū in vrbe illa Africani vigor & modestia valeret: vt facile illo viuo, neq̃ sociale/ neq̃ ciuile bellū existere posse crederet. Hunc quidem necatum ferunt dolo vxoris suæ Semproniæ, quæ soror erat Gracchorū: ne scelerata vt credo familia, ad perniciem patriæ suæ inter impias seditiones virorum, non etiā scelerib9 mulierū esset immanior. Causa vero interitus eius hæc fuit. Gaius Carbo tribunus plæbis cupiens necē vindicare Gracchanam, & excitare seditionē sopitam, Publium Scipionē Africanum eruta Numantia reuertētē interrogauit, quid de Gracchi morte sentiret. Cui Africanus ait, iure occisum sibi videri. ¶ Post hæc Gaius Gracch9 Gracchi illius qui iam in seditione occisus fuerat frater, tribunus plæbis per tumultū creatus, magna reipublicæ pernicies fuit. Nam cum sæpe populum Romanū largitionibus promissisq̃ nimijs in acerbissimas seditiōes excitasset, tādem a tribunatu Minutio successore decessit. Qui Minutius cū decessoris sui Gracchi statuta conuulsisset, legesq̃ abrogasset, Gaius Gracchus cum Fuluio Flacco ingenti stipatus agmine, capitolium vbi contio agitabat/ascendit: ibiq̃ cū eo duobus filijs suis armatis maximū tumultum excitauit: econtra Decius Brutus vir consularis a cliuo publico cū ingenti certamīe insistit. Ibi Flacc9 diutissime pugnauit: Gracchus vero in templum Mineruæ secedens/gladio incumbere voluit: sed interuentu lictoris retentus est. Cumq̃ diu anceps bellum ageret, tandem sagittarij ab Opimio missi, consertam multitudinē disturbauerunt. Duo Flacci, pater & filius, cū per ædem Lunæ in priuatam domum desiluissent, foresq̃ obiecissent, resciso craticio pariete confossi sunt. Gracchus pro se diu pugnantibus amicis/ac pereuntibus, ægre ad pontem Sublicium peruenit: ibiq̃ ne viuus caperetur, ceruicem seruo suo præbuit. Cuius caput abscisum consuli allatum est: corpus ad Corneliam matrem Missenū oppidum deuectum est. Hæc autem Cornelia Maioris Africani filia fuit: quæ post prioris filij Gracchi mortē Missenū secessit. Bona Gracchi publicata sunt: Flacc9 adolescens in robore necatus est. Ex factione Gracchi ducenti quinquaginta in Auentino monte cæsi fuisse referuntur. Opimius aūt consul, sicut in bello fortis/ ita in quæstione fuit crudelis. Nam amplius q̃ tria milia hominum supplicijs necati sunt: ex quibus plurimi, ne dicta quidem causa, innocentes occisi sunt. Hæc Gracchorum seditio, hic finis fuit.

HISTORIA ROMANORVM.



Nno ab vrbe condita sexcentesimo.xxxv.qui est.xxviij.Ptolemæi Euergetis secundi, Publio Scipione Nasica, & Lucio Calphurnio Bestia consulibus, Iugurthæ Numidarũ regnũ inuadenti, consensu Romani populi bellum senat⁹ indixit: de quo Salustius Crispus plenissime scribit. ¶ His tpibus/ Ptolemæo Euergeti secundo, misera vita/ miserabiliorẽ vitæ exitũ dedit. Is.n.託 sororẽ suã stupro cognitã, ac deinde in matrimonio receptã, nouissime turpius q̃ duxit/ abiecit: priuignam suã, hoc est filiã sororis & coniugis, coniugem asciuit: filiũ quẽ ex sorore suscæperat, necnõ & filiũ fratris occidit. Quãobrẽ tantis incestis parricidijsq; execrabilis, anno regni sui.xxix.ab Alexandrinis regno pulsus est. ¶ His tpibus Cicero Arpini nascit̃, matre Heluia noĩe, ex regio Voscorũ genere: patre vero eq̃stris ordinis. Marcus q̃q; Furius Poeta cognomento Bibaculus/ Cremonæ nascit̃. Defecit regnũ Syriæ.

Ptolemæ⁹ xvij Ptolemæus q & Fiscon vel Sother regnauit Alexandriæ annis.xvij.a restauratiõe tẽpli anno.ccccvij. Hic postea per matrem Cleopatrã de regno pulsus/ Cyprũ secessit: iterũq; post annos aliq̃t in regnũ redijt.

Ptolemæ⁹ ix Ptolemæus qui & Alexãder, pulso de regno Ptolemæo Fiscone p matrẽ Cleopatrã, regnauit Alexãdriæ annis.ix.a restauratione templi anno quadringẽtesimo.xxiiij.

Iohannes xxxi Iohãnes qui & Hyrcanus filius Simonis, tenuit prĩcipatũ Iudæorũ.an.xxxi.

Aristobolus i.an. Aristobolus filius Iohannis Hyrcani, principatũ Iudæorũ post patrẽ suscæpit: primusq; ĩposita sibi corona vno an.re.

Antiochus xix Antioch⁹ qui & Griphus fili⁹ Demetrij, regnauit Syriæ: sed frater eius Antioch⁹ Cizicenus fili⁹ Antiochi fratris Demetrij ex eadẽ muliere Cleopatra, eiecto fratre/ regnauit ipse: rursusq; frater hoc depulso, regnũ recæpit. Sicq; contendebant inter se per annos.xix.& ex hoc regnũ illud per se nõ habuit: sed in Romanorum ditionem cessit.

Alexander xxvij Alexander qui & Iannecus frater Aristoboli, post mortẽ fratris pontificatũ Iudæorũ pariter cũ regno suscæpit: & p.xxvij.ãnos ĩ ciues suos crudelissime regnauit. Non.n.min⁹ quinquaginta milia de ꝓpria gente debellando per sex annos interfecit: proprios q̃q; fratres alterũ occidit, alterũ reb⁹ oĩbus nudatũ: contẽptibili vita secũ habuit. Qui.xxvij.anno moriẽs coniugi suæ Alexãdræ, quæ & Salina vocabat̃, regni gubernacula cum duobus filijs paruulis reliquit. Cuius actus qui latius scire voluerit, tertiũdecimũ Iosephi librũ antiquitatis historiæ legere curet.

Historia Romanorũ.

ANno sexcentesimo qnquagesimo nono, qui est quartus Ptolemæi Alexandri, cũ ꝓpe omnia bella extranea cessassent, sopato in Numidia per Metellum/ primũ, deinde p Mariũ & Syllam Iugurtha, post hæc Cimbris & Teutonibus per Mariũ & Quintũ Catulum, grauissimũ in Italia bellum/ Picẽtes & Marsi, Pelignicq; mouerũt: qui annis numerosis iam Romanis subiacuerũt. Contra quos a Romanis bene pugnatum est a Gaio Mario, qui iam sexies consul fuerat, & a Gneo Pompeio: maxime tamen a Lucio Cornelio Sylla: qui inter alia egregia/ Cluentiũ ducem hostiũ ita cũ magnis copijs fudit, vt ex suis non vnũ amitteret. Hoc bellum quadriennio cum graui calamitate tractum, quinto demũ anno finem accæpit, per Luciũ Corneliũ Syllã tũ cõsulem: cum antea in eodem bello multa strenue prætor egisset. ¶ Ipso in tempore dira prodigia visa sunt. Nam sub ortu solis/ globus ignis a septentrione cum maximo cæli fragore emicuit. Apud Aretinos in conuiuio e panibus cruor quasi e vulneribus corporũ fluxit. Per septem continuos dies grando lapidum, immixtis etiam testarum fragmentis, terram latissime verberauit. In Samniæ partibus, e vastissimo terræ hiatu flamma prorupit: & vsq; ad cælum extendi visa est. Tunc etiam omnium generum animalia quæ inter homines viuere solent, relictis stabulis pascuisq;, cũ balatu/ hinnitu/ gemituq; miserabili ad siluas montesq; fugerunt. Canes quorum natura est extra homines esse non posse, lacrimosis vlulatibus vagi luporum ritu oberrauerunt. Nec mora post hæc tam grauia prodigia, ciuilia bella secuta sunt.

alij. Iuuẽtium.

¶ Anno quippe vrbis conditæ.dclxij. sociali bello multis repugnantibus per totã Italiam suscitato/intestinũ bellum adiunctum est: multiplicesq́; calamitates pturbauerunt populum Romanum: q̃uis iam Romani multarũ domini vocarenť gentiũ. Causam vero ciuilis belli Marius iam sexies consul dedit. Nam cũ Sylla consul gesturus bellũ contra Mitridatem, qui Asiam & Achaiam inuaserat, mittereť, sed exercitũ adhuc paulisper in Campania teneret: vt belli socialis quod (vt supra diximus) in Italia gestũ est/ reliquiæ tollerenť: Marius affectauit/ vt se ptimo consulatu sibi cõmisso/ ipse ad bellũ Mitridaticũ mittereť. Qua re Sylla cõmotus, cũ exercitu ad vrbem venit: & ante vrbem legatũ Marij quasi primã victimã belli ciuilis occidit: mox vrbem irrupit: & contra Mariũ ac Sulpiciũ dimicãs, Sulpicium occidit: Mariũ fugauit: atq́; ita ordinatis in futurum annũ consulibus Gneo Octauio, & Cornelio Cinna, ad Asiã profectus est. Marius vero cũ permouere nobilitatẽ, inflammare plæbem, perarmare ordinẽ equestrem aduersus Syllam frustra tentasset, tandem in capitoliũ cessit: sed a partibus Syllanis grauiter cõtrit⁹/ ab eo diffugit: & persequentũ instantia circũ septus, in Minturnensiũ paludibus sese abdidit: e quib⁹ infœliciter luto oblitus, ignominioseq́; protractus, turpi q̃q́; spectaculo Minturnas deductus, contrususq́; in carcerem, percussoremq́; missum solo visu conterruit. Deinde lapsus e vinculis, in Africã transfugit: sollicitatoq́; ex Vtica filio suo Mario, vbi is custodia obseruabať, continuo Romã ingressus est: Cinnæq́; consuli societate scelerum coniunctus est. Sicq́; collecto exercitu Romam ingressi, nobilissimos e senatu & consulares viros interfecerunt: multos proscripserunt. Ipsius Syllæ domo euersa, vxorẽ eius & filios ad fugam cõpulerunt: vniuersus reliquus senatus ex vrbe fugiẽs, ad Syllam in Græciã venit, orans vt patriæ subueniret. Qui statim in Italiam traiecit. Mari⁹ aũt cum septimũ consulatũ inuasisset, Cinna iam tertio consule, in exordio consulat⁹ septimi sera tandẽ morte prærept⁹ est. Cinna vero ab exercitu suo interfectus est. Reuertẽs aũt Sylla cũ iã Romæ cõsules mutati essent, & Marius Marij filius, ac Papyrius Carbo consulatũ accæpissent, cõtra Marium iuniorẽ dimicans.xv.milia occidit: de suis.cccc.amisit. Mox etiã vrbẽ ingressus, tria milia hoĩm contra datam fidẽ inermes peremit. Cumq́; magna crudelitate contra sontes insontesq́; sæuiret, Quint⁹ Catulus palam Syllæ dixit. Cum quibus tandem victuri sumus, si in bello armatos, in pace inermes occidimus? Sylla itaq́; Mariũ Marij filiũ Preneste persecut⁹ obsedit, & ad mortem cõpulit: post hæc de Mitridate ingenti gloria triũphauit. ¶ Gneus aũt Pompeius quod nulli Romanorũ tributũ erat, vicesimum quartũ annum ætatis agens, de Africa triũphauit. Sylla itaq́; post multa flagicia/ dictator creatus est: vt dominationis & crudelitatis libido honesti nominis reuerentia velareť. Nouissime tamen potestate priuatus moriť. Tandemq́; conclusa sunt duo bella funestissima, sociale Italicum, & ciuile Syllanũ: quæ per annos decẽ ptracta, plus q̃ centũ quinquaginta milia Romanorum consumpserunt. ¶ His temporibus Terentius Varro tricesimũ quintum annũ ætatis agens, literas summo studio didicit. ¶ Cicero defenso contra Chrysogonũ Roscio, Athenas secedit: deinde post triennium Romam regressus.xxvi.ætatis suæ anno etiam Quintium defendit. Quo in tempore, Plotius Gallus Romæ latinã rhetoricã primus docuit: cuius etiam Cicero meminit. Lucius Pomponius Bononiensis Attellanarum scriptor tunc claruit. Lucretius etiã poeta nasciť: qui amatorio poculo hausto, in amentiã versus, aliquos libros per interualla vesaniæ scripsit: quos Cicero postea emendauit. Crispus quoq́; Salustius historiographus nascitur.

Ptolemæus viij — Ptolemæus Phiscon qui eiectus fuerat a matre, regressus de fuga, regnũ recæpit: quoniam Alexandrũ qui eo pulso regnauit ob interfectionẽ matris eius, ciues expulerunt. Regnauit aũt hic postea annis octo: a restauratione templi anno quadringentesimo tricesimo tertio.

ptolemæus.xxx — Ptolemæus Dionysius frater Cleopatræ, regnauit Alexandriæ annis.xxx. a restauratione templi anno quadringentesimo.xli. Virgilius Maro in pago qui Andes diciť, haud procul a Mantua nascitur. Portius Cato Stoicus philosophus cognosciť. ¶ His temporibus Apollodorus Pergamenus Græcus orator, præceptor Callidij & Augusti clarus habeť.

¶ Horatius Flaccus libertino patre Venusij nascitur: Satyricus postea & Lyricus poeta. Virgilius Cremonæ studijs erudit, Dehinc sumpta toga/Mediolanum transgreditur: & post breue tempus Romam pergit.

Historia Iudæorum.

MOrtuo Alexandro Iudæorum principe, vxor eius Alexandra quæ & Salina dicta est, regnum Iudæorū per annos nouē obtinuit. Quæ cū duos filios ab Alexandro generatos haberet, Hyrcanū natu maiorem ꝓpter ætatem declarauit pontificē: & ꝓpter modestiam regem post se cōstituit: minorē aūt Aristobolum priuatū viuere voluit: quia feruentioris erat ingenij. Alexandra vero dum regnum nouem annis administraret, morbo laborauit. Tunc minor filius eius Aristobolus cū seruis suis quos multos habebat, omnesq; pro ætatis feruore fidissimos, vniuersa castella obtinuit: & cōductis auxilijs pecunia quā ibi repperit, regē se declarauit. Ob hæc miserata querelas Hyrcani mater, coniugem Aristoboli cū filijs includit in castello quodam: ante tamen moritē q̄ iniurias Hyrcani ad plenum vlcisceret.

Historia Iudæorum.

HYrcanus Alexādri Iannei/ & Alexandræ Salinæ filius, post obitū matris suscæpit regnū Iudæorū, a matre sibi commissum: sed frater eius Aristobolus zelo duct⁹, impugnauit & expulit illū. Qua dissensione actū est/ vt Romani ductores Iudæā intrarēt: sicq; annuente Pompeio Hyrcanus principatum recæpit. Quem cū per triginta annos administraret, consilio Antigoni filij fratris sui, a Parthis captus est: & ita regnum & sacerdotiū Iudæorum defecit. Nam idem Antigonus a Parthis principatum accipiēs, a Romanis interfectus est: & principatus ad alienigenas translat⁹ est.

Historia Romanorū.

ANno ab vrbe condita sexcētesimo lxxx. qui est nonus Ptolemæi Dionysij, duó tm̄ grauia bella in imperio erant Romano: Mitridaticū & Macedonicū. Hæc duo Luculli agebant. Lucius Lucullus Mitridaticū, & consobrinus eius Marcus Lucullus Macedonicū. At Lucius Lucullus transgressus Eufraten & Tygrin, cū Mitridate cōgressus est: & cū parua suorū manu. xxx. milia hostiū occidit: Mitridates vix centū. l. comitantibus aufugit: diadema te & tiara ne agnosceret/ abiectis: castra ei⁹ direpta sunt: Armenia quoq; minor quā tenuit/ ei ablata est. Qui fugiens, suscept⁹ est a Tigrane rege Armeniæ: q̄ tum cū ingenti gloria imperabat. Lucullus vero repetēs hostem fugatū, etiam Tigranis ingressus est regnum: ipsumq; rebellantem ita deuicit/ vt magnam partem Armeniæ deleuerit. Alter autē Lucullus qui Macedoniā administrabat, Bessis primus Romanorū intulit bellum: hisq; cū pluribus alijs gentibus superatis/ Macedoniā totam deuicit: & victor rediit. ¶ Eodem tempore Cretam insulam Metellus per biennium debellans, in potestatem Romanorū redegit: legesq; Minoas Romanis legibus ꝑmutauit: vnde & Creticus dictus est a Creta. ¶ Quo tempore Libya quoq; per testamentū Appionis, qui tunc rex ei⁹ fuit, Romano imperio accedebat, in qua inclytæ vrbes erant, Beronice, Ptolemais, Cyrene. Cum hæc agunt, piratæ per omnia sparsi maria, non solum nauiū commeatus intercipiebant/ sed etiā insulas ꝓuincias q; vastabant. Quos Gneus Pompeius commisso sibi bello/ intra paucos mēses ingenti fœlicitate/ miraq; celeritate cōpressit. Postea successor Luculli factus, Mitridatem impugnatione frequenti væhemēter afflixit. Eo tempore Castor Mitridatis præfectus qui Panagorio præerat, interfectis amicis regis arcem cæpit: & quatuor filios Mitridatis ad præsidia Romana transmisit. Mitridates accensus ira/ exarsit in scelera: nam plures amicos suos interficiens, Exipodrum filiū suum interfecit: cū iam ante alium filiū Homocharē trucidasset. Pharnaces aūt filius eius exemplo fratrum territus, exercitū ad se persequēdum a patre missum/ sibi conciliauit: statimq; aduersus patrē duxit iusto iudicio: quia & ille aduersus patrem suū de regno concertauit. Interea Mitridates diu ex altissimo muro filiū frustra deprecatus, vbi eum inexorabilem vidit, moriturus exclamasse fert. Quoniam Pharnaces inquit mori iubet, vos si estis dij patrij precor, vt quandoq; & ipse hanc vocem a liberis suis audiat. Statimq; descēdēs ad vxores & pelices ac filias suas, venenū omnibus dedit. Quod cū ipse omniū nouissimus hausisset, nec tamē propter remedia quibus vitalia sua aduersus noxios succos sæpe obstruxerat/ veneno cōfici posset: frustraq; spatiaret, si quo tandem modo infusa pestis per venas vegetatiōe corporis acta discurreret, Gallū quendam militem iam fracto muro discurrentē inuitauit: eiq; iugulum præbuit. Hunc exitū vitæ Mitridates habuit: homo, vt fertur, omniū superstitiosissimus: qui viginti duarū gentiū linguis quas sub regno suo habuit ita locutus est vt nunq̄ legationes sub interpretibus audiret. Perijt aūt apud Bosphorū ingentis consilij & industriæ. Regnauit annis. xl. vixit. lxxij. semp

habens secũ philosophos, oĩmqꝫ artiũ peritissi
mos. Contra Romanos habuit bellũ annis. xl.
siue vt alij dicũt. xxx. Pompeius vero Mitrida
tis occisi nũcio accepto, Tigrani bellum intu-
lit: sed ille ei se dedidit/ac diadema suũ cũ ꝓcu
buisset ad genua Pompeij in manu eius collo-
cauit: quod ei Pompeiꝰ reposuit: honorificeqꝫ
eũ habuit: regni tñ sublata parte/grandi eũ pe
cunia multauit, quia bellum sine causa Roma
nis intulit. Inter hæc aũt Scaurum legatũ in Sy
riam misit, eiqꝫ omnia negocia ibi agenda cõ-
misit. Qui cũ ad Damascũ veniret, audiens ꝙ̃
inter Hyrcanũ & Aristobolũ fratres gerebant
illuc tetendit. Ad quem cũ vtriusqꝫ fratris lega
ti venirent, acceptisqꝫ ab Aristobolo trecentis
talentis/parti eius fauit, iusticia pecuniæ post-
habita. Interea Pompeiꝰ Armenia superata, &
oĩbus partibus illis/cunctisqꝫ pro voto ordina
tis, in Syriam diuertit: deinde Damascũ venit.
Antipater aũt qdam genere Idumæus, diuitijs
& aliarũ rerum copia gẽtis suæ princeps, iam
dudum inuisus Aristobolo, hortabaĩ Hyrca-
num vt se conferret ad Pompeiũ. Ad quẽ veni
ens, magnis ei datis muneribus/sibi eũ cõcilia
uit. Qui tendens Hierosolymã, cum sibi a pti
bus Aristoboli resisteretur, oppugnationẽ in
tendit: vixqꝫ tertio mense illã expugnans. xiij.
milia Iudæorũ occidit: cætera multitudo in fi
dem venit: muros ciuitatis euerti, soloqꝫ æqua
ri præcæpit: cuius circuitꝰ. iiij. milia passuũ fu
isse diciĩ. Pompeius cũ suis comitibus templũ
ingressus: ꝓ quo tñ Iudæi maxime doluerũt:
oĩa quæ intrinsecus erant perspexit: vasa sacra
& candelabra/& congestã molem pigmento-
rũ & pecuniæ sacræ ꝓpe ad duo milia talento-
rum: nec tñ vel hæc/vel aliud quicqꝫ de sacris
attigerat, sed postera die post excidiũ iussit ædi
tuos templũ curare/ne quid sordiũ haberet: &
vt solennia sacra celebrarẽt. Ipse aũt eos q ma-
xime belli causa fuerant/securi percussit: eos ve
ro qui secũ fortiter egerant/præclaris præmijs
donauit: & Hyrcanũ pontificem declarãs, cæ
teris Iudæis tributũ indixit. Post hæc Scauro
cõmittens oĩa negocia a flumine Eufrate vsqꝫ
ad fines Aegypti, Romam ipse contendit: du-
cens secũ Aristobolum captiuũ cum duabus fi
liabus/totidemqꝫ filijs: quorũ vnus Alexãder
ex itinere fugit: minor aũt Antigonus cũ soro
ribus & patre Romã perductus est. Alexãder
itaqꝫ cõgregata manu ad decẽ milia peditũ, &
mille qngentos equites, Hyrcano grauius im
minebat: Iudæãqꝫ populabaĩ. Interea Gabiniꝰ
ĩ Syriã missus successor Scauro, aduersus Ale
xandrum cũ valida manu dimicauit: quo præ-
lio Alexander sex milibus amissis/in Alexan-
driũ castellum confugit. Vbi obsidione cinctꝰ
veniã rogare coactus est: & castellum tradere.
Gabinius vero castellis oĩbus dirutis, consilio
matris Alexandri Hyrcanũ Hierosolymã per
ducit, eiqꝫ templi curã permisit: cæteris reipu-
blicæ partibus optimates præfecit: omnemqꝫ
Iudæorũ gentẽ in quinqꝫ conuẽtꝰ diuisit: vnũ
Hierosolymis, aliũ Gadaris, tertiũ apud Ama
thunta, quartũ Iericho, quintũ Fessoris Gali-
leæ ciuitate disposuit. Singulari aũt vnius dña
tione Iudæi liberati, libenter ab optimatibꝰ re
gebanĩ. ¶ Anno ab vrbe condita sexcẽtesimo
lxxxix. qui est Ptolemæi Dionysij. xvij. Mar-
co Tullio Cicerõe oratore, & Gaio Antonio
cõsulibus, ea quæ de Catilina & socijs eius Sa
lustius Crispus scribit/acta sunt. ¶ Anno se-
quenti qui est vrbis conditæ. dc. nonagesimꝰ,
Decio Iunio Syllano, & Lucio Murena con-
sulibus, Metellus triũphauit de Creta, Pom-
peius de bello piratico & mitridatico. Nunqꝫ
vlla pompa triũphi similis fuit. Ducti sunt an
te currũ Pompeij filij Mitridatis, & filius Ti-
granis, & Aristobolus ex Iudæa: prælata est
ingens pecunia auri atqꝫ argenti infinita. Hoc
tpe nullum graue bellum erat. ¶ Anno ab vr-
be condita. dcxciiij. Gaius Iulius Cæsar qui
postea imperauit cũ Lucio Bibulo cõsul factꝰ
est. Data est ei Gallia Transalpina & Cisalpi-
na & Illyricũ/cum legionibus denis in quin-
quenniũ datis, Galliã Comatã postea senatus
adiecit. Cæsar itaqꝫ in Galliã profectus, multa
prælia cũ Gallis/Germanisqꝫ cõmisit: sæpeqꝫ
victꝰ, sæpiusqꝫ vincẽs, Galliã totã & Sueuos
gentem ferocissimã quorum centũ pagos esse
multi ꝓdiderũt, omnẽqꝫ Germaniã Romano
subdidit imperio. Domuit aũt nouẽ annis om
nẽ fere Galliã quæ inter Alpes & flumẽ Rho
danum Rhenũqꝫ & oceanũ est: & circuitu pa
tet ab his tricies centena milia passuũ. Inde ad
marinas venit: vnde in Britanniã ꝓximus &
breuissimus transitus est: Britannisqꝫ bellũ in-
tulit: quibus ante ne nomen quidem Romanũ
cognitũ fuit. Ibi acerba primũ pugna fatigatꝰ,
non sine magno suorũ discrimine tandem eos
vicit, anno ante dominicã incarnationẽ, vt Be-
da scribit, quinquagesimo. Hanc historiã Sue
tonius Trangllus explicuit plenissime. ¶ An
no ab vrbe condita. dcxcvij. qui est Ptolemæi
Dionysij. xxv. Marcus Licinius Crassus col-
lega Gnei Pempeij Magni in consulatu secun
do, ꝓuinciã sortitus in Parthos, homo inexple
bilis cupiditatis, audita templi Hierosolymita
ni opulentia quã Pompeius intactam relique-
rat, in Palestinam diuertit, Hierosolymã adit,
templũ peruadit, opes diripit. Inde per Meso-

potamiā tendens in Parthiā. Quacumq iter ha
buit/socijs ciuitatib⁹ auxilia indixit: precis exe
git. Moxq vt Eufraten transiit, Abegesem le-
gatū ab Hyrode rege Parthorū ad se missum
obuiā habuit: a quo væhemēter increpatus est
cur contra foedus Luculli & Pompeij auaritia
inductus/Eufraten trāsierit: quāobrem futurū
sine mora, vt ꝓ auro parthico/ ferro oneraret̄
serico. Itaq cū ꝓpe Charras ventū esset, Par-
thi subito irruentes cū Surena & Sylacea præ
fectis, oppressere Romanos sagittis. Cecide-
runt ibi plurimi senatores: aliquot etiā consula
res & prætorij viri: Crassus q̄q fili⁹ Crassi ele
ctissimus iuuenis in acie occisus est: præterea
quatuor cohortes cū Vargūteio legato medijs
depræhēsæ campis/interfectæ sunt. Surenas
rapto equitatu Crassum persequi intēdit: eūq
circūuentū, ac frustra collogū eius petentē in-
terfecit: q̄uis viuū auferre maluisset: pauci bñ-
ficio noctis liberati/Charras confugerūt. Aua
ritia. n. vnius ad tantū nefas exoleuit, vt duode
cim legiones Romanorū aut captæ paucis ela
psis, aut cæsæ cū ducibus fuissent. Caput vero
Crassi cū dextera ad regem delatū, spectantib⁹
fuit ludibriū. Rex itaq aurū in oris ei⁹ rictum
iussit infundere/dicens. Vrat te parthicū/quod
te viuū vrebat aurū. Eo successu Parthi elatio-
res effecti, transire in Syriā censuerūt. Quos
strenue insidijs excæpit Cassius, & cōmissæ si
bi ꝓuinciæ reppulit finibus: deinde in Iudæā
irruit, & Iaracheis deletis. xxx. milia Iudæorū
i seruitutē vendidit. ¶ Antipater aūt de quo su
pra dixi ꝙ Hyrcano faueret, accæpit vxorē cui
nomen Cypris/splendidissimo inter Arabiæ
foeminas loco natā, ex qua suscæpit filios qua
tuor. Faselū, Herodem, Iosephū, Feroram, &
filiam noīe Salomoni. Qui cum Gabinij fauo
rem muneribus atq obsequijs ꝓmeruisset, etiā
Cassij familiaritatē adeptus est. Causa quippe
tantorū filiorū vir egregius est factus, ad pro-
merendam muneribus societatē potentiū. Sic
Iosephus de eo testaẗ. Africanus vero historio
graphus præcipuus aiunt inquit qui de eo di-
ligentius explorarunt Antipatrū quendam pa
trem fuisse Herodis Ascalonitæ: q̄ & ipse fue-
rit Herodis cuiusdam filius, templi Apollinis
ædituí. Hic Antipater ab Idumæis latronibus
captus admodum puer, permansit cū prædoni
bus pro eo ꝙ pater eius rei familiaris inopia fi-
liū redimere nō posset. Verū puer latronū vita
& moribus institutus, Hyrcano cuidā Iudæo
rum pontifici familiaris efficiẗ. Ex quo natus
est Herodes hic q saluatoris tꝑibus fuit. Hæc
Africanus. ¶ Anno ab vrbe cōdita. dcc. qui est
Ptolemæi Dionysij, xxviij. incertū vnde cōcre
tus plurimā vrbis partē ignis inuasit: nec vnq
antea tanto incendio correptā ac vastatam ciui
tatē ferunt. Nam quatuordecim vicos eius con
sumptos dicūt. Hinc iam bellum ciuile succes-
sit execrādum ac lamentabile: quod magnis iā
dudum dissensionibus ac molitionibus paraba
tur: quo præter calamitates quæ in bellis acci-
derūt, etiā fortuna populi Romani mutata est.
Nam rediens Cæsar victor ex Gallia/ decerni
sibi absenti iterum consulatū poposcit: sed con
tradictum est ei a Marcello consule, annitente
Pompeio & Catone: iussitq est Cæsar dimis
sis exercitibus Romā venire: & ex Marcelli cō
sulis autoritate ad legiones quæ apud Nuceriā
erant, Gneus Pompei⁹ cū imperio missus est.
Propter quam iniuriā Cæsar se cōtulit Rauen
nam. Marcus Antonius & Publius Cassi⁹ tri
buni plæbis pro Cæsare intercedentes, a Len-
tulo consule curia foroq ꝓhibiti, ad Cæsarē
ꝓfecti sunt: Curione simul Cælioq comitāti
bus. Cæsar cū militibus quos habebat/ contra
patriā venit: & Rubicone flumine trāsmeato,
mox vt Ariminū venit/ quinq cohortes quas
tunc solas habebat, cū quibus (vt Liuius ait)
orbem terrarū adortus est, quid facto opus es-
set/edocuit, deplorās iniurias suas: causam bel
li ciuilis pro restituendis in patriā tribunis esse
testatus est. Inde per Antonium septem cohor
tes quæ apud Salonē morabanẗ/a Lucretio ac
cæpit: tres legiones quæ cum Domitio apud
Corfiniū morabātur/ ad suas partes trāsmisit.
Consules vero cū Gneo Pompeio, senatusq
omnis, atq vniuersa nobilitas ex vrbe fugien-
tes, & in Græciā transeūtes, apud Dyrrachiū
bellum cōtra Cæsarē parabant: quo multi ori
entis reges cū auxilijs conueniebant. Cæsar va
cuam vrbē ingressus, dictatorem se fecit: nega
tamq sibi ex ærario pecuniā, fractis forib⁹ in-
uasit: ꝓtulit ex eo auri pondo. iiij. milia. cxxxv.
argenti pondo ꝓpe nongēta milia. Inde venit
Massiliā: ad quā oppugnādam Treboniū cū
tribus legiōibus relinquēs, ad Hispanias con
tendit: quas Lucius Afranius & Marcus Pe-
treius, & Marcus Varro pompeiani duces ob
tinebant: ibiq multis prælijs Petreiū & Afrani
um superatos: cōposita pactione dimisit: in vl-
teriore vero Hispania duas legiones a Marco
Varrone suscæpit. Similiter & duces eius, Cu
rio Catonem Sicilia expulit: Valerius Cottam
Sardinia, Varrus Tuberonē Africa eiecit. Cæ
sar cōpositis rebus suis/Dyrrachium venit, &
Pompeiū frustra obsidione cinxit: cū illi maria
paterent. Pompeius castellum quoddam mari
ꝓpinquū vbi præsidia Cæsaris erant/ euertit:
& milites occidit. Cæsar aūt omissa obsidione

ad Pompeiũ conuertit: Torquat⁹ vero ꝓrum pens auersum e vestigio insecutus est. Ita Cæsaris milites ancipiti periculo territi, ipso Cæsare frustra obsistēte fugerunt: euasit tñ Cæsar, qa nocte interueniēte/ Pompei⁹ sequi noluit. Dixit aũt cæsar, nec Pōpeiũ scire vincere: & illa tñ die se vinci potuisse. Cæsa sunt in eo prælio.xxiiij.milia militum cæsaris: Centuriones xxxij.equites Romani cōplures. Cæsus est ibi Sceua cæsaris miles fortissimus: cuius scutum centū viginti ictibus petitū fuisse dicit̄. Inde citato agmine, cæsar per Epirū in Thessaliā perrexit: Pompeius vero cū maximis copijs secut⁹ est: bellūq̧ cōmissum est. Videre ibi & gemere erat, contractas Romanorum vires in campis pharsalicis ad occisionem mutuam constitisse, quas si cōcordia rexisset, nulli populi/ nulli reges finire potuissent. Fuerūt.n.ex parte Pompeij octoginta octo cohortes: peditū pl⁹ q̄.xl milia: equites in sinistro cornu.dc.in dextro.d. reges & senatores, & Romani equites plurimi: ex parte aũt cæsaris minus q̄.xl.milia peditum, equites mille. Cumq̧ diu vtrinq̧ sub dubia sorte cæderent̄, atq̧ ex alia parte Pompei⁹ diceret, parce ciuibus/nec tamē faceret, ex alia vero cæsar hoc faceret/ q̧ vrgeret dicens, miles faciē feri, tandem vniuersus Pompeij fugit exercitus: castraq̧ direpta sunt. Cæsa sunt in eo ꝓlio pompeianorū.xv.milia.centuriones.xxxiij Pompeius fugiens in ostio Penei amnis onerariam nauim nact⁹, in Asiā trāsijt: inde per Cyprum Alexandriā petijt, vt a rege Aegypti cui tutor ipse a senatu datus fuerat ꝓpter iuuenilē eius ætatē, acciperet auxilia. Qui fortunā magis q̄ amicitiā secutus, occidit Pompeium: caputq̧ eius & anulum cæsari misit. Quib⁹ conspectis cesar etiā lacrimas fudisse dicit̄: tanti viri intuens caput generi sui quondam: & inundatū odorib⁹ impauit cremari. Pompeij vxor, filijq̧ fugerunt: cætera pompeiana classis direpta est, omnibus qui in ea erant/ crudelissime trucidatis. Ibi & Pompei⁹ Bithynicus occisus est. Lentulus vero vir consularis apud Pelusiū interfectus est. Cæsar cōpositis apud Thessaliam rebus/ Alexādriā venit: vbi Achillas dux regius semel imbutus Pompeij sanguine, cæsaris q̧q̧ necem meditabat̄. Nam iussus exercitū cui præerat dimittere ꝓpe.xx.milia armatorū, non modo spreuit, verū etiam aciē direxit. In ipso prælio regia classis ad terrā subducta, iubetur incendi. Ea flamma cū partem q̧q̧ vrbis inuasisset.cccc.milia librorū ꝓximis forte ædibus condita exussit: singulare profecto monimentū studij curæq̧ maiorū, qui tot tantaq̧ illustrium ingeniorū opera congesserāt. Postea cæsar insulam vbi Pharus est/ cæpit: eo Achillas cū Gabianis militibus venit: ingens pugna cōmissa est: magna ibi cæsarianorū militū multitudo cecidit: omnes etiam interfectores Pompeij interfecti sunt. Cæsar q̧q̧ vi insistentium hostiū pressus, scaphā ascendit. Qua mox ponderi subsequentiū grauata ac mersa, per ducentos pass⁹ ad nauim vna manu eleuata qua chartas tenebat natando peruenit. Mox naualí certamine pulsat⁹, magna fœlicitate classem regiā aut depressit, aut cæpit. Alexandrinis petētib⁹ regem reddidit, monitū vt magis amicitiā Romanā/ q̄ arma experiri studeret. Qui tamen illico vt liber fuit, bellum intulit: sed continuo cū toto exercitu suo & ipse delet⁹ est. Nam &.xx milia hoim in eo bello referunt̄ cæsa.xij.milia cum.lxx.longis nauibus dedita. Quingenti ex victorib⁹ cecidisse dicūtur. Rex ipse adolescēs scapha exceptus vt fugeret/ multis insilientib⁹ mersus necatusq̧ est: corpus eius ad lit⁹ deuolutum indicio loricæ aureæ cognitū fuit. Qua cæsar Alexandriā præmissa, omnes alexandrinos ad deditionē desperatiōe cōpulit: regnūq̧ Aegypti Cleopatræ Ptolemæi sorori dedit: cū qua stupri cōsuetudinē habuit: quæ postea regio comitatu vrbē ingressa est. Quingēti alij.v.naues

Historia.

CLeopatra itaq̧ soror Ptolemæi regnauit Alexandriæ annis viginti duobus, vt Iordanis episcopus dicit. Sed Tertullianus scribit q̧ regnarit annis tñ.xx.dicens eā conregnasse Augusto annis.xiij.ipsumq̧ postea regnasse annis alijs.xliij.qui sunt.lvi.anni Augusti. Regni aũt Cleopatræ, licet tot anni fuisse dicant̄, in ordine tū regum nō plus q̄ duo computantur: qa tertio eius anno Gaius Iulius cæsar Romanū arripuit imperiū. Hanc siquidem Cleopatram postea Romanus ductor Antonius suscipiens, suoq̧ lateri spreta sorore Octauiani consociās, cōtra ciues ꝓprios dimicauit. Quē Octauianus Augustus certamine superans in actiaco littore, vtrosq̧ iugales coegit vt seipos perimerent: sicq̧ regnū eorum in Romanorū imperiū deuenit: vbi & vsq̧ hactenus, & vsq̧ in finē mundi scd'm ꝓphetiam Danielis regni debetur successio.

Historia Romanorū.

CAius Iuli⁹ Cæsar a quo Romani principes cæsares appellant̄, primus apud Romanos singulare arripuit imperiū: regnauitq̧ annis quinq̧ ab vrbe cōdita.dccv. Hic itaq̧ reuersus ab Alexandria per Syriā, Pharnacē Mitridatis magni filiū vicit: Romāq̧ igressus, tertio se dictatorē & consulem fecit, cum Marco Aemilio Lepido, qui magister militū/ ei causa

dictaturæ ante annū fuerat. Deinde in Africā ꝓfect⁹ est: vbi & infinita Romanorū nobilitas cū Iuba rege Mauritaniæ apud Thapsum sibi bellum reparauerat. Duces aūt Romani erāt, Publius Cornelius scipio ex antiquissimo genere Scipionis Africani. qui etiā socer magni Pompeij fuerat, Marcus Petrei⁹ Varrus, Marcus Portius Cato, Lucius Cornelius Faustus Syllæ dictatoris fili⁹. Cōtra hos cōmisso ꝑlio post multas hoīm cædes victor extitit Cæsar: castra eorum direpta sunt: sexaginta elephanti capti. Cato sese apud Vticam veneno occidit. Iuba percussori iugulū dato precio ꝓbuit. Petreius gladio se perfodit. Scipio in naui qua ad Hispanias fugiens/vento coactus in Africā redijt: semetipsum iugulauit. In eadē naui etiam Torquat⁹ occisus est. Cæsar Pompeij magni nepotes, filiāq; Pompeiā, simulq; cū his Faustum Syllæ filiū, & Afraniū ac Petreiū filium iussit occidi. Post annū Romā cū quatuor triūphis ingressus, quarto dictator & consul creatus est: totiusq; regni monarchiā solus assumpsit: ex quo cōtinua Romanis nascunt̄ imperia. Disposito itaq; ac recuperato reipublicæ statu, continuo in Hispaniā contra Gneū Pompeium & Sextū Pompeiū filios Pompeij Magni ꝓfectus, multa bella sorte varia gessit. Vltimū bellum apud Mundam vrbē gestum est: vbi tantis viribus dimicatum est, tantaq; cædes acta, vt Cæsar ꝗq; veteranis etiam suis cedere nō erubescētibus/se voluerit occidere: ne post tantā rei militaris gloriā, in potestatē adolescētum natus annos. lxvi. veniret. Deniq; reparatis suis, tū subito in fugam versus est exercitus Pompeiorū. Titus Labienus & Actius Varrus in acie cæsi sunt. Gneus Pompeius cū centum equitibus fugit. Sextus Pompeius frater eius contracta celeriter non parua Lusitanorū manu, congressus cū Cesonio victus fugiēsq; interfect⁹ est. Hoc bellū eo die actum est: quo pater eorū Pompeius ab vrbe bellum gesturus antea aufugerat: quatuorq; annis hoc bellū ciuile orbe toto intonuit. Cæsar itaq; bellis ciuilibus toto orbe cōpositis/Romā rediens, agere insolentius cœpit, contra consuetudinē Romanæ libertatis. Cum ergo honores ex sua voluntate præstaret qui antea ferebant̄ a populo, nec senatui ad se venienti assurgeret, aliaq; regia & pene Tyrannica faceret, cōiuratū est in eum a ducentis &. lx. vel amplius senatoribus equitibusq; Romanis. Præcipui inter coniuratores fuerūt duo Bruti: ex genere illius Bruti q primus consul fuerat Romæ, regesq; ex pulerat: & Gaius Cassius, & Seruili⁹ Casca. Quadam igit̄ die senatu in curia congregato cū Cæsar aduenisset, viginti tribus cultris senatorijs cōfossus est: moxq; autores cædis strictis pugionibus in capitoliū secesserunt. Turbato populo, diu deliberatū est vtrū capitoliū cum autoribus cædis oporteret incendi. Corpus eius raptū, populus dolore stimulatus, in foro fragmētis tribunaliū ac subselliorū cremauit. Eadem vero nocte quæ cædem eius ꝓcessit, Calphurnia vxor eius vidit in somnis eum confossum vulneribus in sinu suo iacere: orauitq; eū ne mane abiret in senatū: sed ille auspiciorū verba sæpe negligēs/contēpsit somniū: rei autem ꝓbauit euētus. Ante paucos ꝗq; dies boue ex more mactato, cor in extis nō est repertū. Quod cū Spurinna aruspex ꝓnunciasset ei ad vitæ periculum pertinere, Cæsar memor constantiæ/ait. Miraris si bos cor nō habet: sed mox vitæ eius finis fuit. Idem Spurinna ante paucos fere annos eidem Cæsari dixerat, cauendas ei esse Id⁹ Martias. Quo die viso, ait Spurinnæ Cæsar. Idus Martij venerūt. Ille respōdit. Sed nōdum transierunt. Eodem die confossus est Cæsar vir quo nullus vnq; magis bellis enituit. Eius siquidem ductu, vndecies centū nonaginta duo milia hoīm cæsa sunt. Nam quantū bellis ciuilib⁹ fuderit, annotare noluit. Signis collatis quinquagies dimicauit. Marcū Marcellū solus supergressus, qui. xxxix. vicibus fuerat ꝑliatus. Ad hoc nullus celerius scripsit: nemo velocī⁹ legit: quaternas etiā epistolas simul dictauit. Tātæ fuit bonitatis, vt ꝗs armis subegerat clæmētia magis vicerit. Eodē tpe Romæ tres simul exorti soles, paulatim in eundem orbem coierunt. Inter cætera ꝗq; portēta quæ toto orbe facta sunt, bos ī suburbano Romæ ad arantem locutus est, frustra se vrgeri. Non. n. frumenta/sed homines breui defuturos.

Historia Romanorū.

Octauianus Cæsar, qui postea Augustus est appellatus, filius Actiæ sororis Iulij cæsaris: a quo & deinceps imperatores Romanorū Augusti dicti sunt. Regnauit post Iuliū annis. lvi. duodecim cum Antonio & Lepido: solus vero. xliiij. Hic Octauio patre senatore genitus, maternū genus ab Aenea per Iuliā familiā sortitus est, fili⁹ Actiæ sororis Iulij Cæsaris: quē ille adoptauit in filiū, cum nō haberet ꝓpriū: & testamento hæredem reliquit: nomenq; suū ferre iussit. Interfecto igit̄ Cæsare auunculo suo, cū primū rediens ab Apollonia vrbem ingrederet̄, hora circiter tertia, repente liquido ac puro sereno ad speciē cælestis arc⁹ orbem solis ambijt circulus. quasi eum potissimū in mūdo/solumq; clarissimū in orbe monstraret, cuius tpe nascitur⁹ esset, qui ipsum so

lem solus/mundumq̃ totũ fecisset & regeret.
¶ Anno itaq̃ ab vrbe condita.dccix.interfecto
Iulio Cæsare/ bella ciuilia reparata sunt.Per-
cussoribus.n.Cæsaris fauebat senatus. Anto-
nius aũt cõsul qui erat partiũ Cæsaris, ciuilibꝰ
bellis eos opprimere conabat̃. Ergo turbata re
publica, inter multa scelera quæ Antoniꝰ cõ-
misit, Decium Brutũ apud Mutinã obsidione
conclusit.Pro qua re a senatu hostis iudicatus
est:missiq̃ sunt ad expugnãdum eũ duo consu
les, Pansa & Hircius, & cũ his octauianꝰ ado
lescens, natus annos.x.&.vij. Ex qbus Pansa
primo veniẽs, pilo grauiter vulnerat̃:& inter-
positis diebus morit̃.Hircius vero collegæ au
xiliũ ferens, magnas Antonij copias vasta cæ-
de deleuit:Octauianꝰ Cæsar catenus castra cu
stodiuit. Secunda aduersus Antoniũ pugna,
magnæ vtrinq̃ strages factæ sunt.Hircius cõ
sul occidit̃.Cæsar victoria potit̃. Consulũ oc
cisorũ vterq̃ exercitus Octauiano Cæsari sub
ditur.Antonius fugatus, amisso exercitu con-
fugit ad Lepidum:qui tunc magister equitum
Cæsaris fuerat, & tum militũ copias grandes
habebat.A quo susceptus est:ipsoq̃ interueni-
ente/Cæsar recæpit eum in gratiã:atq̃ ob fi-
dem reconciliatæ gratiæ filiã eius in matrimo-
nium sortitus est:& vt vindicaturus patrẽ Cæ
sarem a quo per testamentũ hæres adoptatꝰ fu
erat, Romam cũ exercitu tendebat:& cũ Anto
nio ac Lepido rempublicã armis tenebat: & se
natum ꝓscripserat. Cũq̃ rumor de futura pro
scriptione in vrbe ortus esset, Gaius Thoranꝰ
vir prætorius nihil tale suspicans incursantibꝰ
militibus in domo sua interfectus est:alijq̃ cõ
plures nobiles trucidati sunt. Sed ne incircum
scripta cædes effrenatius agerer̃, centum.xxxij
senatorũ nomina ĩ tabula ꝓposita sunt.Primũ
Lepidi præcepto & nomine:deinde Antonij:
tertio Cæsaris.Ibi Antonius Tullium Cicero
nem inimicũ suum ꝓscripserat. Luciũ quoq̃
Cæsarẽ auunculum suũ, & quod exaggeran-
do sceleri accessit, viduã matrem ꝓscripsit. Ibi
Lepidus Luciũ Paulum fratrẽ, in eundem ꝓ-
scriptorũ gregẽ coniecit:adiectiq̃ sunt postea
triginta equites Romani. Multæ & variæ cla-
des diu actæ sunt, domus proscriptorũ dire-
ptis omnibus dirutæ sunt. ¶ Interea Brutus
& Cassius interfectores Gaij Cæsaris ingens
bellum mouerunt. Erant enim per Macedoni
am & orientem multi exercitus quos occupa-
uerant, Profecti igit̃ sunt contra eos Octauia-
nus Cæsar & Marcus Antonius/ Lepido ad
defendendam Italiã remanente, & apud Philip
pos Macedoniæ ciuitatẽ contra eos pugnãtes/
primo prælio victi sunt. Perijt tamen dux no-
bilitatis Cassius:secundo Brutũ & infinitã no
bilitatem victam interfecerunt. Ac sic inter eos
diuisa est respublica, vt Cæsar Hispaniam &
Gallias & Italiã teneret:Antonius Asiã/Pon-
tum/& Orientẽ. Sed in Italia bellũ ciuile mo-
uerat Lucius Antonius consul frater eius, qui
cũ Cæsare cõtra Brutum & Cassiũ dimicauit.
Is apud Perusiũ Tusciæ ciuitatẽ victus & ca-
ptꝰ est, sed nõ occisus. At Romæ Fuluia vxor
Antonij socrus Cæsaris dominatum vt mulier
exercebat:insolens etiã in eos per quos vt inso
lesceret agebat̃. Cæsarem quoq̃ cõtumelijs &
insidijs petijt:a quo ꝓpulsata ad Antonium in
Græciã concessit. Antonius vero etiã Octaui
am sororẽ Cæsaris duxit vxorem. ¶ Interim a
Sexto Põpeio Gnei Pompeij filio ingens bel
lum in Sicilia cõmotũ est:aduersus quẽ Octa
uianus cæsar/ & Marcus Antonius pugnaue
rũt:sed inter eos postremo pax conuenit. Quã
cum postea Pompeius rumperet, Agrippa ius
su cæsaris cũ eo conflixit/& vicit:centum sexa
ginta tres naues eiꝰ aut mersit/aut cæpit:Pom
peius cũ decem & septem vix lapsus euasit. Le
pidus quoq̃ magna viginti legionũ insolentia
tumens, cum Messanã militibus permissam di
ripuisset, ipsum cæsarem ad se venientẽ semel
atq̃ iterum spreuit, ac potius telis appeti iussit:
quæ ille collecta in leuum brachiũ lacerna re-
pellendo vitauit. Mox immisso equo ad suos
reuersus:instructoq̃ exercitu aduersus Lepi-
dum veniẽs, plurimas legiones eius paucis in-
terfectis/in suam partem transire coegit. Lepi
dus tandem intelligens quo sua vanitas tende-
ret, deposito paludamento, assumptaq̃ veste
pulla, supplex cæsari factus, vitã & bona impe
trauit:perpetuo quidem emẽdatus exilio. His
tẽporibus Agrippa in Aquitania rẽ ꝓspere egit:
& Lucius Ventidius Bassus, irrũpentes in Sy
riam Persas/tribus prælijs vicit. Parthorum re
gis Orodis filiũ ĩterfecit, eo ipso die quo olim
Orodes per ducem Surenã Crassum occidit.
Taurus q̃q̃ cæsaris præfectus, totã pene Sici
liam ferro pertentatã/in fidem recæpit. Qua-
draginta quatuor legiones sub vnius tunc im-
perio cæsaris erant:vñ milites multitudine fe-
roces, q̃sdam ꝓ accipiendis agris tumultꝰ ex-
citauerãt. Sed Cæsar animo ingẽs, viginti mi
lia militũ exauctorauit.xxx.milia seruorũ dñis
restituit.vi.milia quorũ domini nõ extabant/
in crucẽ egit, iam tũ præsignans/suo tpe nasci
turũ esse per quẽ superbientes reprimendi, &
omnes serui suo vero dño restituendi essent, q
tamen dñm suum recognoscerent:qui vero si-
ne domino inuenirent̃/mortis supplicio puni
rentur. ¶ Post hæc cæsar ouans vrbẽ ingres-

sus, vt in perpetuū tribunitiæ potestatis esset/ a senatus decreto accepit. ❡His diebus trans Tyberim e taberna meritoria fons olei de terra exūdauit: ac per totū diem largissimo riuo fluxit: significās sub perpetuo principatu nascituri eius tempore Christi toto die, id est oīni tempore Romani imperij de hospita largaq; ecclesia oleo sacri chrismatis vnctos indesinēter ꝓcessuros.

Historia Romanorū.

ANtonius autem qui Asiam & orientem tenebat, Artabanem Armeniæ regem ꝓditione & dolo cæpit: vinctumq; argētea cathena ad confessionem thesaurorū regiorū coegit: expugnatoq; oppido in quo erant thesauri, magnā abstulit copiam argenti & auri. Qui elatus pecunia, bellum cæsari indixit: atq; Octauiæ sorori cæsaris repudiū denunciauit: & Cleopatrā ex Alexandria sibi occurrere imperans/ vxorē duxit. Mox ingens bellum ciuile cōmouit, cogente Cleopatra, dum cupiditate muliebri cupit etiam in vrbe regnare. Profectus est igitur cæsar a Brundusio Calabriæ in Epirū aduersus Antoniū, qui iam omne actiacum littus classibus obsidebat. Naues Cæsaris erant ducentæ triginta rostratæ, & triginta sine rostris triremes, & octo legiones classi superpositæ absq; cohortibus prætorijs quinq;. Classis aūt Antonij centum septuaginta nauiū fuit: quantū numero cedens, tantū magnitudine præcellens: nam decem pedum altitudine a mari excellebant. Famosum hoc bellum fuit ab hora quinta vsq; septimā incerta vincendi spe: reliquum diei cum sequenti nocte in victoriā Cæsaris declinauit. Prior Cleopatra regina cū sexaginta velocissimis nauibus fugit. Antonius quoq; detracto insigni prætoriæ nauis, fugientem secutus est vxorem. Illucescente iam die/ victoriam cæsar consummauit. Antonius igit̄ gladio se transuerberauit, ac semianimis ad Cleopatram in Mausoleū regium in quo se illa moritura condiderat/ perlatus est. Cleopatra vero exornata diuersis ornamentis ad cæsarem venit: sperans eum vt cæteros sua specie ad libidinē illicere. Sed ille se intra pudicitiam coartans, eam spreuit & custodiri præcæpit. Quæ vbi se ad triumphū seruari intellexit, e custodia elapsa, in Mausoleum suum se recæpit: ibiq; maximos vt solebat induta cultus, in referto odoribus solio iuxta suum se collocauit Antoniū: admotisq; ad venas serpentibus, sic morte quasi somno soluta est: frustra Cæsare etiam Psyllos admouēte: qui venena serpentiū e vulneribus hoīm exugere solent. Sic cæsar Octauianus Alexandria vrbe opulentissima cū tota Aegypto potitus est: præpositiq; Aegypto Cornelium Gallum de quo Virgilius scribit. Hunc primū iudicem Romanum Aegyptus habuit.

Historia Romanorum.

ANno ab vrbe condita. dccxxv. Cæsar ab oriente victor rediens. viij. Idus Ianū. vrbem triplici triumpho ingressus est: ductis ante currū eius Cleopatræ liberis Sole & Luna: ac tū primum sopitis omnib⁹ ciuilibus bellis, Iani portas clausit. Hoc die Cæsar cōsalutatus est August⁹ primū, eo ꝙ publicā rem auxerit: atq; ex eadem die summa rerū ac potestatū penes vnū esse cœpit/ & mansit: quod Græci monarchiā dicunt. ❡Anno sequenti Cæsar Augustus parum in Hispania per ducētos annos actum intelligens, si Cantabros & Asturres duas ferocissimas gentes Hispaniæ suis vti legibus permisisset, iterū Iani portas aperuit: atq; in Hispanias ipse cū exercitu profectus est. Ibi eum apud Tarraconē citerioris Hispaniæ vrbē legati Indorum & Scytharū toto orbe transmisso tandē inuenerunt: refuderuntq; in Cæsarē Alexādri Magni gloriā. Quoniā sicut illum Hispanorum Gallorūq; legatio in medio oriente apud Babyloniā contemplatione pacis adit, ita hunc apud Hispaniā in occidentis vltimo supplex Indus & Scytha Boreus pro pace orauit. Cantabrico itaq; bello per quinq; annos confecto, totaq; Hispania in æterna pace cōposita, Cæsar Romā redijt: & cantabricæ victoriæ hunc honorē contulit, vt tunc ꝗq; portas claustris cohiberet. Ita tunc secundo per cæsarē, quarto post vrbem conditā clausus est Ianus. Non vllo aūt tempore ante eū Romana res magis floruit: qppe cui ipse & per se & per duces ac legatos suos plurimū bellis addidit. Ipse nanq; per se Romano adiecit imperio, Aegyptum, Cantabriā, Asturiā, Dalmatiā, Pannoniā, Aqtaniā: Drusus vero priuign⁹ eius Galliā/ Rhetiamq; sortitus, maximas fortissimasq; gentes armis subegit, Susperes, Thecteros, & Cattos perdomuit: & trans Albim fluuiū q in Barbarico longe vltra Rhenū est/ summouit. Marcomānos pene ad internicionē deleuit. Postea fortissimas natiōes, quibus & natura vires/ & cōsuetudo experientiā viriū dabat, pariter vno bello/ sed suis aspero superauit: id est Cheruscos, Sueuos, & Sicambros: quorū virt⁹ ac feritas ex eo considerari pōt/ ꝙ mulieres ꝗq; eorum si quando præuētu Romanorū inter plaustra sua concludebantur, deficientibus telis vel ꝗlibet re qua velut telo vti furor possit, paruulos filios collisos humi, in hostiū ora iaciebāt.

Tyberi⁹ aūt frater Drusi Pannonios nouo mo
tu ītumescētes, cruētissima cæde deleuit: ideq̃
continuo Germanos bello arripuit: e quib⁹. xl
milia captiuorū victor abduxit: qđ reuera bel
lum maximū & formidolosissimū quindecim
legionibus per trienniū gestū est: nec fere vllū
maius bellum, sicut Suetonius testaē, post pu⸗
nicū fuit. Sub eodem vero tpe Quintilius Va⸗
rus prætor cū tribus legionibus trās Rhenum
fluuiū, mira superbia atq̃ auaritia in subiectos
agens, a Germanis rebellātibus cū tribunis &
legionibus deler⁹ est. Quā rei publicæ cladem
Cæsar Augustus adeo grauiter tulit, vt veste
capilloq̃ ac reliqs lugentiū indicijs deformis,
& sæpe per vim doloris caput parieti collidēs
clamaret, Quintili Vare redde legiones. ¶ In
forte. Ma
fylos
Africa q̃q̃ Cossus dux cæsaris Musulanos &
Getulos latius vagantes, arctatis finibus coer⸗
cuit: atq̃ a Romanis limitibus abstinere metu
cōpulit. Piso etiā aduersus Vindelicos missus
est: quibus subactis, victor ad cæsarē Lugdu
num venit. Bosphoranos vero Marcus Agrip
pa superauit: & signis Romanis quæ illi quon
dam sub Mitridate sustulerant bello reparatis,
victos ad deditionem coegit. Armeniam a Par
this recæpit. Parthi quasi toto terrarum orbe
vel domito / vel pacato / omnium oculis nota⸗
rentur: atq̃ in se solos omnis vigor Roma⸗
ni imperij vertēdus esset. Quippe quos pristi⸗
na vlciscendæ crassianæ cædis conscientia mor
debat, vltro signa quæ Crasso interfecto abstu
lerant, ad cæsarē remiserunt: eiq̃ obsidibus da⸗
tis, firmū fœdus fideli supplicatiōe meruerūt.
Galatia q̃q̃ sub hoc ꝓuincia facta est, cū antea
regnū fuisset: primusq̃ eam Marcus Lolli⁹ ꝓ
prætore administrauit. Tanto autē amore etiā
apud Barbaros Cæsar Augustus habebaē, vt
reges Romanorū amici / in honorē eius ciuita
tes conderent: & ex eius nomine Cæsareas vo
carent. Multi quoq̃ reges ex regnis suis vene⸗
runt vt ei obsequerenē: & habitu Romano, sci
licet togati, ad vehiculum vel equū eius cucur⸗
rerunt. Ipse aūt adeo execratus est turbas, bel⸗
la, simultates, vt nisi iustis de causis nunq̃ gen
ti alicui bellum indixerit: iactātisq̃ esse ingenij
& leuissimi dicebat, ardore triumphandi & ob
lauream coronā, id est folia infructuosa, secu⸗
ritatem ciuiū in discrimen per incertos euētus
certaminum præcipitare: neq̃ imperatori bo⸗
no quicq̃ minus q̃ temeritatem congruere: sa
tis celeriter fieri / quicquid cū maturitate gere⸗
retur: armaq̃ nisi maioris emolumenti spe / ne
quaq̃ mouenda esse. De compendio tenui, ia⸗
ctura graui, petita victoria, similis fit hamo au
reo piscantibus: cui⁹ abrupti amissiq̃ detrimen
tum, nullo capturæ lucro pensari potest. Hic
itaq̃ in imperio positus, tribunitiā per se pote
statem exercuit. Deniq̃ erga ciues clæmentissi
mus, in amicos extitit fidissimus: quorū præci
pui erant Mecœnas ob taciturnitatē, Agrippa
ob modestiam laborisq̃ patientiam. Diligebat
præterea Virgiliū Flaccumq̃ poetas: liberali⸗
bus studijs intantū incūbens, vt nullus ne in ꝓ
cinctu quidem labereē dies, quin legeret / scri⸗
beret / dictaret. Leges alias nouas / alias ꝓtulit
suo nomine correctas. Auxit / ornauitq̃ Ro⸗
mam multis ædificijs, isto glorians dicto. Vr⸗
bem lateritiā repperi, marmoreā relinquo. Fu
it mitis & grauis, & ciuilis animi: toto corpo⸗
re pulcher: sed maxime oculis, quorū acies cla⸗
rissimorum syderū modo vibrabat. A cuius fa
cie dum quidam miles oculos auerteret, & in⸗
terrogaretur ab eo cur ita faceret, respondit.
Quia fulmen oculorū tuorum ferre non pos⸗
sum. Nec tamen hic tantus vir vitijs caruit. Fuit
enim paululum impatiens, leniter iracundus,
occulte inuidus, palam factiosus: dominandi
vero supra q̃ æstimari possit cupidus: aleæ lu
sor studiosus. Cumq̃ esset cibi ac vini multum
abstinens, aliquatenus vero somni, vsq̃ ad vul
garis tamen famæ probrum seruiebat libidini.
Nam inter duodecim catamitos totidēq̃ puel
las accubare solitus erat: abiecta quoq̃ vxore
sua Scribonia, amore coniugis alienæ posses⸗
sus, Liuiam quasi marito concedente sibi con⸗
iunxit: cuius iā erāt Liuiæ filij Drusus & Ty
berius. Cumq̃ esset luxuriæ seruiens, erat ta⸗
mē eiusdē vitij sæuerissimus vltor more homi
num quorundam qui in vlciscendis vitijs qui
bus ipsi væhementer indulgent / acres sunt. Nā
poetam Ouidiū, qui & Naso, pro eo q̃ tres li
bros artis amatoriæ scripserat irreuocabili dam
nauit exilio. Oblectabatur etiam omni genere
spectaculorū: præcipue ferarū incognita spe⸗
cie. ¶ Huius temporibus Romæ sapientes in
signes erant. Virgilius, Horatius Flaccus, Li⸗
uius, Salustius, Ouidius, Hortensius, Athe⸗
nodorus Tharseus, Socio Alexandrinus.

Anni Octauiani.

ANno igitur septingentesimo deci
mo a conditione vrbis, Octauia⸗
nus cæsar regnare cœpit: regna⸗
uitq̃ cum Antonio & Lepido an
nis duodecim: postea solus qua⸗
draginta quatuor, qui sunt quinquaginta sex.
Primo aūt anno iussu senatus bellū aduersum
Antonium mouit: eumq̃ deuicit. Eodem an⸗
no cum multi in vltionē Cæsaris occiderenē,
Cicero in phormiano suo ab Herennio & Po
pilio occisus est anno ætatis suæ. lxiiij. Eodē

quocꝫ anno Ouidius Naso nascit̃ in Pelignis.
ij ¶ Curtius Talassus in insula Arado cũ q̃tuor
cohortibus exustus est viuus, eo ꝙ tributa gra
iij uius exigeret. Octauianus interueniẽte senatu
iiij in amicitiã regredit̃ cũ Antonio. Cornificius
poeta desertus a militib⁹ interijt: q̃s sæpe fugi
entes/galeatos lepores appellauit. Hui⁹ soror
erat Cornificia, cuius insignia extãt epigrãma
v ta. Secũda secessio Cæsaris & Antonij. Cor-
vi nelius nepos scriptor historicus clarus habet̃.
vij Formius cũ filio Formio claruit: sed fili⁹ con
viij sularis ante patrẽ obijt. Brutus & Cassius ma-
gnis exercitibus cõparatis apud Athenas con-
uenerũt: totãqꝫ Græciã depopulati sũt. Quos
Cæsar & Antoni⁹ denuo recõciliati/in Mace
doniã ꝓsecuti sunt: & ad mortẽ cõpulerũt: nã
in desperationẽ adacti, imaturã sibi mortẽ añ
belli terminũ intulerũt. Inuitatis q̃ppe ꝑcusso
rib⁹, Cassius caput/latus Brutus ꝓbuit. Mar-
ix cus Baui⁹ poeta quẽ Virgilius ĩ Bucolicis no
tat, in Cappadocia morit̃. Indictio prima.
x HErodes alienigena filius Antipatri Idu-
mæi & Cypridis Arabitæ, suadẽte An-
tonio a senatu Romano rex Iudæorũ cõstitui
tur: regnauitqꝫ annis. xlvij. Qui vt se Iudæis
magis cõmẽdaret, vxorẽ suã quæ Dosis voca
bat̃, de qua filiũ noĩe Antipatrũ habuit/abiecit
& regio semini se cõiunxit, accipiẽs Mariãnẽ
filiã Alexãdri, filij Aristoboli, fratris Hyrcani
summi pontificis & regis, quã ꝓcreauerat idẽ
Alexander ex filia Hyrcani patrui sui. ¶ Ab
hoc igit̃ anno qui est. x. Octauiani cæsaris. &
dccxviij. a cõditiõe vrbis: ab origine vero mũ
di ter millesim⁹ nongẽtesimus. xxiij. regnũ &
sacerdotiũ Iudæorũ vsqꝫ in ꝑsens tꝑs defecit:
& Christ⁹. i. vnctus quẽ scriptura Danielis si
gnificat/finẽ accæpit. Nam vsqꝫ ad Hyrcanũ
Alexãdri Iannei filiũ iudices, sacerdotes, reges
ꝑ successiões populo Iudæorꝫ præfuerũt: sed
Hyrcanũ frater suus Aristobolus de regno ex
pulit: quẽ Põpei⁹ Romanorũ princeps fauẽte
Antipatro Herodis patre restituit: Aristobolũ
vero Romã captiuũ duxit. Hyrcano aũt ꝑ cõsi
liũ Antigoni filij fr̃is sui Aristoboli a Parthis
capto, eodẽqꝫ Antigono in loco patrui ab eis-
dẽ Parthis subrogato: sed mox eodẽ a Roma-
nis seu ab Herode capto & interfecto, Hero-
des regnũ accæpit: & exinde nequaq̃ꝫ ꝑ succes
sionẽ generis sacerdotalis pontifices cõstituti
sunt: sed ignobiles q̃qꝫ & alij alio tꝑe: nõnulli
vero ꝑ vni⁹ anni spatiũ/ vel modicũ ampli⁹ sa
cerdotium emerũt. Itaqꝫ Herodes Ananelum
quendã de Babylone accitũ, põtificẽ cõstituit
Post exiguũ vero tꝑis, Aristobolũ fratrẽ vxo-
ris suæ Mariãnis/nepotẽ Hyrcani ex filia, suc
cessorẽ ei dedit. Quo post annũ cõsilio ipsius
Herodis in aq̃ suffocato, rursus sacerdotiũ red
didit Ananelo: sicqꝫ per diuersas successiones
extraneorũ in sacerdotalis successione generis,
sacerdotiũ defecit Iudæorũ. Quæ oĩa ita vẽtu
ra, angel⁹ Danieli ꝓdixit in hæc verba. Et scies
& intelliges ab initio sermonis respondendi &
ædificãdi Hierusalẽ vsqꝫ ad Christũ ducẽ heb
domadæ. vij. & . lxij. & post hebdomadas. vij.
& . lxij. interibit chrisma, & iudiciũ non erit: &
tẽplũ & sanctuariũ corrũpet populus, duce ve
niẽte. Et reℓ. Igit̃. vij. & . lxij. hebdomadæ q̃ si-
mul fiũt. lxix. faciũt annos. cccclxxxiij. in qb⁹
christi. i. sacerdotes ꝑ vnctionẽ cõsecrati regna
uerunt: ab ĩstauratione tẽpli sub Dario vsqꝫ ad
Hyrcanũ in q̃ nouissimũ chrisma & sacerdoti
um defecit Iudæorũ. Q₂ aũt a perfectiõe tẽpli
hoc ẽ a sexto Darij anno vsqꝫ decimũ Augusti
ãnũ. vij. & . lxij. hebdomadæ. i. ãni. ccccLxxxiij
computent̃, sic possumus approbare. Sexagesi
mæ sextæ olympiadis anno primo, hoc ẽ Da-
rij. vi. cõpleta est tẽpli ædificatio: & . clxxxvi. Anni Herodis regis
olympiadis ãno. ij. id est Augusti. x. Herodes
regnũ suscæpit Iudæorũ: in qb⁹ fiũt anni. cccc
lxxxiij. ꝑ singulas olympiades quadriẽnio sup
putato. Salusti⁹ obijt quadriẽnio añ bellũ acti
acũ. Lunæ cursus scd'm Romanos hoc anno xi
inuẽt⁹ est. Antoni⁹ Cleopatræ iũct⁹, illi Ara xij
biã dedit. Octauiani & Antonij tertiæ dissensi xiij
onis exordiũ, eo ꝙ Antoni⁹ repudiata sorore
cæsaris/duxisset Cleopatrã. Nicetes & Theo
dorus rhetoricæ artis ꝓceptores habent̃. Anto xiiij
ni⁹ & Cleopatra semet ĩterficiũt: & Aegypt⁹ xv
fit Romana ꝓuincia, in qua vsqꝫ ad Cleopatrã
regnauerũt q vocabant̃ Lagidæ, ãnis. cclxxiij.
ipsa vero regnauit annis. xxij. qui fiũt anni. cc
xcv. Nicopolis iuxta actiũ ꝓmõtoriũ condita xvi
est. Octauian⁹ cæsar cũ ingẽti triũpho Romã xvij
ingressus est: ductis ante currũ eius filijs Cleo
patræ Sole & Luna: eodẽqꝫ die sui triũphi no
mẽ accæpit Augusti. Eodẽ anno Marcus Te
rentius Varro phũs ꝓpe nonagenari⁹ morit̃.
Cornelius Gallus Foroiuliensis poeta, cuius xviij
Virgili⁹ meminit ĩ æglogа vltima: q & Aegy
ptũ in ꝓuinciã redactam prim⁹ rexit. xliij. æta
tis suæ anno ꝓpria manu se ĩterfecit. August⁹ xix
Calabriã & Gallos vectigales fecit. Munaci⁹ xx
Plancus Ciceronis discipulus orator insignis
habet̃: qui cũ Galliã Comatã regeret, Lugdu
num condidit. Quintilius Cremonensis, Vir- xxi
gilij & Horatij amicus morit̃. Pylades Cylix xxij
Pantomimus, primus Romæ chorũ & fistulã
sibi præcinere fecit. Tyberius ab Augusto mis xxiij
sus occupauit Armeniã. Herodes apud Hiero xxiiij
solymã multas & magnas ædes construxit.

xxv ¶Virgilius Brundusij moritur: & Neapolim
transfertur: cuius tumulus titulo huiusmodi no
tatur: quem ipse vt aiunt, moriens dictauit.
Mantua me genuit: Calabri rapuere: tenet nūc
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.
xxvi Herodes in Paneade id templū quod Panion
vocat/extruxit. Augustus Samijs libertatē de
xxvij dit. Herodes Samariā olim iam in cineribus se
dentē/a fundamentis suscitans, in honorē Au
gusti Sebastiam, id est Augustā appellauit. In
xxviij Cypro plurimarū ciuitatū ptes terræmotu ce
xxix ciderunt. Varrus & Tucca Virgilij & Horatij
contubernales/poetæ habentur illustres: qui li
bros Aeneidū postea emendandos suscæperūt
xxx ab Augusto: ea lege/vt nihil de suo adderent.
xxxi Agrippa Bosphorū cæpit. Augustus a senatu
xxxij maxim⁹ pontifex noīatur. Herodes Cæsareā
noīe Cæsaris condidit: q̄ pri⁹ turris Stratonis
xxxiij vocabat. Horati⁹. lvij. ætatis suæ anno morit
xxxiiij Romæ. Iulius Higinus cognomēto Polyhy
xxxv stor, grāmaticus habet illustris. Herodes Hyr
canū qui olim sacerdos & rex Iudæorū fuerat
causa illius amicitiæ pristinæ ipso rogāte de ca
ptiuitate regressum Parthica occidit: metuēs ne
xxxvi reciperet regnū. Herodes Aristobolum fratrē
vxoris suæ Mariamnis/suffocari iussit. Tybe
xxxvij rius Augusti priuignus sed iam in filiū adopta
tus, deletis Vindelicis, Armenijs, & Panno
xxxviij nijs, triūphauit. Augustus Iuliam filiam suā in
adulterio depræhēsam/damnauit exilio. Mar
xxxix cus Tullius Tyro Ciceronis libertus, qui pri
mus notas commētatus est, in puteolano præ
dio vsq; ad centū annos consenescēs moritur.
xl Portius Latro latinus declamator, tædio dupli
cis quartanæ se interfecit. Cyrinus ex consilio
xli senatus ad Iudæā missus, census hoīm/posses
sionēq; descripsit. Augustus vero habitatorib⁹
Romanæ vrbis p facies dinumeratis, īuenit vi
rorū centū triginta milia & mille, &. xxxvij.
xlij AVgustus cæsar. xlij. imperij sui anno, qui
est ab vrbe condita. dccl. ab oriente in occi
dentē, a septētrione in meridiē, ac per totū oce
ani circulum quo Romanū peruenit imperiū,
cunctis gentibus vna pace cōpositis, Iani por
tas tertio ipse clausit: quas extunc p duodecim
fere annos quietissimo semper obseratas ocio/
ipsa etiā rubigo signauit: nec vnq̄ postea nisi
sub extrema senectute Augusti pulsante Athe
niensium seditione/& Dacorū cōmotione pa
tuerunt. Clausis igit Iani portis, rempublicam
quā bello quæsierat/pace nutrire atq; amplifi
care studens, leges primus statuit per quas ge
nus humanū libera reuerentia morem gereret:
ipse vero dñi appellationē vt homo declinauit.
Nam eodem ludos spectante, cū qdam mimus
pnunciaret, o dñm æquū & bonū: vniuersiq;
quasi de ipso dictum exultantes approbauis
sent, ille statim quidem manu vultuq; indeco
ras adulationes repressit: & insequenti die gra
uissimo edicto omes corripuit: dñmq; se post
hæc appellari ne a liberis quidem aut nepotib⁹
suis serio vel ioco passus est. Historia.
EO igitur tempore, hoc est anno
xlij. Octauiani Cæsaris Augusti
ex quo aūt Aegyptus in puinciā
redacta est, & Cleopatra cū Anto
nio victa anno. xxviij. quando fir
missimā pacem ordinatione dei Cæsar Augu
stus cōposuit, nascit in Bethleem Iuda dñs no
ster Iesus Christus verus deus & hō. Cui pax
ista famulabat, anno ab initio creationis mun
danæ scd'm hebraicā veritatē ter millesimo nō
gentesimo sexagesimo secundo: scd'm septua
ginta duo interpretes corūq; sectatores, quin
quies millesimo ducētesimo primo: a diluuio
bis millesimo trecētesimo sexto: ab Abrahæ na
tiuitate bis millesimo. xiiij. a Moyse & egressu
filiorū Israhel de Aegypto millesimo quingē
tesimo nono: a Salomone & prima tēpli ædifi
catione millesimo tricesimo primo: a reædifica
tione quæ sub Dario facta est, quingentesimo
decimo nono: ab vrbis Romanæ cōditione se
ptingētesimo qnquagesimo primo: Olympia
dis centesimæ nonagesimæ quartæ anno tertio
Anni Augusti Cæsaris.
ANno secūdo, q est Augusti. xliij. xliij
Augustus amicitiam facit cū Par
this. Anno dñi. iij. Herodes occi xliiij
dit infantes. Anno dñi. iiij. Iudas xlv
Galilæus ad rebellandum cohor
tatur Iudæos. Anno dñi. v. Asinius Pollio ora xlvi
tor & consularis, qui de Dalmatijs triūphauit
in villa Tusculana morit anno vitæ octogesi
mo. Anno dñi. vi. Herodes magno cruciatu xlvij
morit: p quo filius eius Archela⁹ regnauit an
nis. ix. Multos autē filios habuit Herodes/ex
diuersis vxoribus quas plures duxerat: Anti
patrū ex Doside, quā habuit anteq̄ rex fieret:
Aristobolum & Alexandrum, filiasq; duas ex
Mariamne Hyrcani nepte ex filia, quā sibi ex
regio semine cōiunxerat postq̄ ipse factus est
rex, abiecta Doside cū filio Antipatro: sed po
stea ipsis & alijs accusantib⁹/occidit Mariānē
filios q̄q; ipsius Alexādrum & Aristobolum
quasi de nece matris indignātes occidit. Alexā
dro autē fuerūt duo filij, Tigranes & Alexan
der ex Glaphira regis Cappadociæ Archelai
filia: Aristoboli vo filij fuerūt, Agrippa q sub
Gaio rex fact⁹ est, & Herodes ac Aristobol⁹
filiaq; Herodias, ex Beronice consobrina sua.

scilicet filia Salome, sororis Herodis patris sui
¶Habuit Herodes & alios filios Antipã &
Archelaũ & filiã Olympiadẽ ex Marthace Sa-
maritide: Herodem ex filia Simonis pontificis
item Herodem & Philippũ ex Cleopatra Hie
rosolymitide, Phasahelũ ex Pallade. Postq̃ aũt
Alexandrũ & Aristobolũ filios suos qui de se
mine regio erant occiderat, Antipatrũ pro ac-
cusatione fratrũ sibi placentẽ / ꝓposuit hæredẽ
regni relinquere per testamentũ. Sed cũ & ipse
de necessilius tractare diceret, missum in carce-
re sub ipso fere mortis articulo interfici iussit:
& ipsum mutatoq̃ testamẽto successorẽ regni
scripsit Archelaũ. Regnauit aũt Herodes post
q̃ Antigonus interẽptus est annis. xxxiiij. ex q̃
Anni Archelai xlviij aũt regnũ a Romanis accæperat, annos. xxxvi
sicq̃ post multa facinora male morit̃. ¶Anno
dñi. vij. q est Augusti. xlviij. fames facta ẽ Ro
mæ adeo dira / vt om̃es peregrinos & seruorũ
maximas copias, exceptis medicis & præcepto
rib⁹ trudi ex vrbe præcæperit August⁹. Quæ
ideo credit̃ diuinit⁹ immissa, quia cũ Gaiũ ne
potem suum mitteret Augustus ad ordinãdas
Aegypti Syriæq̃ ꝓuincias, ille præteriens ab
Aegypto fines Palestinæ / apud Hierosolymã
in tẽplo dei tunc sancto & celebri adorare con-
tempsit. Quod Augustus vbi per eũ cõperit,
prauo vsus iudicio, prudenter eũ fecisse lauda-
uit. Vñ diuina vindicta populum cũ principe
peccante corripuit: & quantitatẽ offensionis,
xlix qualitas vltionis ostẽdit. Anno dñi. viij. Tybe
rius iã cæsar factus / Dalmatas & Sarmatas in
l Romanã potestatẽ redegit. Anno dñi. ix. qui
est Augusti quinquagesim⁹, ab vrbe vero cõ
dita. dcclviij. quattuordecim vicos vrbis, incer-
tum vnde consurgens, flamma cõsumpsit. An
li no dñi. x. Athenienses moliunt̃ nouas res con-
lij tra Romanos. Anno dñi. xi. Messala Coruin⁹
orator biennio anteq̃ moreret̃, ita memoriã ac
sensum amisit / vt vix pauca verba coniũgeret.
liij Anno dñi. xij. Iani portæ ꝑ duodecim annos
iam clausæ ab Augusto aperiuntur. Anno dñi
liiij xiij. Socio philosophus Alexãdrinus / præce
lv ptor Senecæ claruit. Anno dñi. xiiij. August⁹
cũ Tyberio censum Romæ agitans / inuenit
nonagies ter centena &. lxx. milia hoĩm. Anno
lvi dñi. xv. qui est imperij Augusti q̃nquagesim⁹
sextus, Archelaus accusat⁹ ob insolentiã nono
regni sui anno in Viennã ab Augusto relegat⁹
est: & Iudæa Tetrarchis committit̃, Herodi,
Antipatro, Lisaniæ, Philippo. Eodẽ anno Au
gust⁹ Nolam ingressus / morbo capit̃: & in At
tella oppido Cãpaniæ morit̃: anno ætatis suæ
lxxv. Quẽ mortuũ senatus multis modis cen-
suit honorandũ, dicẽs. Vtinã aut nõ nasceret̃,
aut natus non moreret̃. Romæ in cãpo Mar-
tio est sepultus.

Anni Tyberij. I.

ANno dominicæ incarnationis. xvi. q̃ est a
condita vrbe. dcclxvi. Tyberius Liuiæ fi-
lius, Augusti priuign⁹, mox gener, postremo
adoptione filius, imperiũ Romanũ adept⁹ est
ab Augusto secundus: & regnauit annis. xxiij.
Iste quia Claudius Tyberi⁹ Nero dicebat̃, ele
ganter a ioculatoribus Claudius Biberi⁹ Me-
ro ob vinolentiã noĩabat̃. Satis prudens in ar-
mis / satisq̃ fortunatus ante sumptũ imperium
sub Augusto fuit, vt nõ immerito reipublicæ
dominatus ei cõmitteret̃, habens scientiã litera
rũ: multo p̃clarus eloq̃o: sed ingenio pessimo,
truci, auaro, insidioso: simulãs ea se velle quæ
nollet: & ea nolle quæ vellet. His quasi infen
sus quibus consultũ cupiebat: his vero q̃s ode
rat / quasi beniuolus apparens, repẽtinis respõ
sionib⁹ melior q̃ præmeditatis. Deniq̃ delatũ
a patribus principatũ quẽ q̃dem astu percæpe
rat, finxit se abnuere / q̃d singuli dicerẽt aut sen
tirent atrociter explorãs. Quæ res bonos q̃sq̃
pessum dedit. Aestimãtes. n. eũ ex animo decli
nare magnitudinẽ imperialis molestiæ, cũ sen
tentias suas ad eius voluntatẽ vt sibi videbat̃ ꝓ
mũt, postrema exitia inciderũt. Per se nulla bel
la gessit: sed ne per legatos q̃dem aliqua grauia
nisi q̃ tm̃ aliquantis in locis præcogniti genti-
um tumores cito premebant̃. Getulorũ latro-
cinia repressit: Marobolum Sueuorũ regẽ cal
lide circũuenit. Quendam fabrũ fertur iugulas
se, qui adinuenit vitrũ fabricare, & scd'm libitũ
suũ inflectere, dicens ei, si vixeris / & hoc alios
docueris, aurũ & argentũ annullabit̃. Cũ ma-
gna & graui modestia reipublicæ præfuit plu
rimo imperij sui tp̃e / adeo vt q̃busdam præsi-
dibus adaugenda ꝓuincijs tributa suadẽtibus
scripserit, boni pastoris esse tondere pecus / nõ
deglubere: sed statim mutat̃ in peius. Nam &
filios suos adoptiuos Drusum & Germanicũ
germani sui Drusi filios veneno interfecit: p̃fe
ctũ suũ Seianũ noua moliẽtẽ occidit: & ex vi-
ginti patricijs quos sibi causa cõsilij elegit, vix
duos icolumes reliquit: cæteros diuersis causis
necauit. Habuit ipse filiũ noĩe Drusum: sed eo
mortuo / filiũ eius Tyberiũ cognomento Ge-
mellũ, & filiũ Germanici Gaiũ filij fratris sui
Drusi adoptauit in filios: ex q̃b⁹ Gai⁹ sibi suc
cessit in regnum. Huius itaq̃ Tyberij tp̃ibus
Agrippa filius Aristoboli, q fili⁹ fuit Herodis
quẽ ipse cũ fratre suo Alexãdro iterfecit demo
rãs Romæ / Druso Tyberij filio familiaris fu
it: sed mortuo eodẽ Druso / pater ei⁹ p̃ impati
entia doloris ꝓhibuit oẽs amicos filij an̄ faciẽ
suã accedere, ne illis visis dolor ei⁹ renouaret̃.

Vnde Agrippa in Iudæam descēdens, & post
aliquantū tempus Romā rediens, fauente An
tonia vxore Drusi fratris Tiberij, quæ Beroni
cen Agrippæ matrem admodum diligebat/in
amicitiā receptꝰ est a Tyberio: a quo iussus est
nepoti suo Tyberio semꝑ adhærere, illumq;
summa ope excolere. Sed ille Gaiū Antoniæ
nepotē magis dilexit: vñ & offensam Tyberij
incurrit. Nam cū quadam die Gaio optaret/vt
illum mortuo Tyberio dñm cunctorꝫ videre
Anni Herodis Tetrarchæ
mereret̄. Nunciatū est hoc Tyberio: statimq;
coniecit eū in vincula: in qbꝰ permāsit vsq; ad
ij Gaij tꝑa. Anno dñi. xvij q est Tyberij. ij. Asi
nij Pollionis filius Asiniꝰ Gallus diris a Ty-
iij berio supplicijs enecat̄. Anno dñi. xviij. Liuiꝰ
historiographus Pataui morit̄. Ouidius q̄q;
iiij poeta in exilio morit̄. Anno dñi. xix. Germani
cus Drusi filius/ Caligulæ pater de Germanis
ad quos ab Augusto iā senex missus fuerat/triū
v phat. Anno dñi. xx. Germanicꝰ cæsar a Tybe
vi rio patruo suo veneno īterficit̄. Anno dñi. xxi
Fenestella historiographus & poeta. lxx. vitæ
suæ anno morit̄: & Cumis sepelit̄. Anno dñi
vij xxij. Tyberius multos reges per blanditias ad
se vocauit, nunq̄q; remisit: inter quos & Ar-
chelaū Cappadocem, cuius etiā regnum in ꝓ
uinciæ formā redegit, & nobilissimā eius ciui
tatē Mazacā ex suo noīe Cæsareā appellauit.
viij Anno dñi. xxiij. Pompeij theatrū incensum est
ix Anno dñi. xxiiij. Tyberiꝰ Drusum fratris sui
filiū regni consortē fecit: quē eodem anno ve-
x neno interemit. Anno dñi. xxv. Seruius Plau-
tus corrupti filij reꝰ semet in iudicio interemit
xi Anno dñi. xxvi. Philippus Tetrarcha Panea-
dem in qua plurimas ædes cōstruxit, Cæsareā
xij Philippi vocauit. Anno dñi. xxvij. Pilatꝰ a Ty
berio præses Iudææ mittit̄. Anno dñi. xxviij.
xiij Anno dñi. xxix. Herodes Tetrarcha frater Phi
lippi ad magnam amicitiam Tyberij perue-
nit, ædificans ciuitatem quam ex eius nomine
Tyberiadem vocauit. Anno dñi. xxx. Iohānes
xiiij baptizare cœpit populū. Cuiꝰ baptismate dñs
noster Iesus Christus in Iordane baptizatus:
tricesimo ætatis suæ scd'm carnē anno, cœpit
signa facere & prædicare/virtutibus vera com
probans esse quæ diceret. Anno dñi. xxxi. dñs
xv noster Iesus Christus discipulos eligens, euan
gelicis eos imbuit sacramētis. Iohannes bapti-
sta decollat̄ ab Herode Tetrarcha/filio Hero-
dis illius sub quo natus est dñs, machināte He
rodiade vxore sua: quam abstulit fratri suo/ vt
Marcus dicit Philippo. Eandē Herodiadē Be
da scribit filiam fuisse Arethæ regis: quā idem
Aretha primū Philippo cōiunxerit, sed postea
ablatā Herodi fratri eius dederit, eo ꝙ ipse diti

or & potentior fuerit. Iosephus vero scriptor antiquitatum neutro consentiēs in. xviij. libro scribit in hunc modum.

Historia.

His q̄q; tꝑibꝰ inter Aretham Petreū & Herodē regē simulatio magna cōtigit, ꝓpter huiusmodi causam Herodes Tetrarches vxorē habuit Arethæ filiā: cū qua non paruū tempus aduixerat. Sed cū Romam aduocaret̄, transiens in domo Herodis exceptus est: frater eius erat etiā ipse, sed nō ex vna matre ꝓgenitus: Herodes enim ex filia Simonis sacerdotis fuerat ꝓcreatꝰ. Cūq; ibi esset. Herodiadis amore captus est, vxoris alteriꝰ Herodis: filia enim erat ista Aristoboli soror Agrippæ maioris. Audet igit̄ cū muliere de nuptijs ineundis miscere sermonē. Illa vero suscipiēte/pacta firmātur, vt cum Roma reuersus fuisset, illa cōnubij iura susciperet. Erat. n. ī pactis/vt filiā Arethæ regis excluderet. Et Herodes qdem Romam talibus pactis firmatis aduehit̄: sed cū reuersus fuisset, peragens Romæ ꝓpter quæ fuerat euocatus, vxor eius fideliter cuncta cognoscens, q̄ inter eū fuerant/Herodiademq; cōposita: ante q̄ eam ille cuncta cognouisse sentiret, rogat virū vt in Macherūta vbi limes erat Arethæ Herodisq; regionis ab eo mitteretur: nihil ei suæ voluntatis aperiens. Hoc Herodes libenter accipiens: mittit vxorē, nihil eam sensisse penitus arbitratꝰ. Illa vero præmiserat ante multū tempus ad patrē/vt ei apud Macherunta oīa pararentur/quæ itineris vsus exposceret. A ductoribus Arethæ suscipit̄: confestimq; Arabiā intrat: atq; ibi ab illis ductoribꝰ ad alios, ab illisq; rursus ad alteros transmissa, cū summa celeritate patri perducit̄: cui cunctam Herodis voluntatem aperit. Ille vero exhinc inimicitiarū sumpsit initiū: atq; ab vtroq; congregato exercitu, in regione Gamalica bello confligit̄: non qdē ipsis præsentibus/sed ductoribus ab vtraq; ꝑte transmissis. Pugna itaq; facta, & exercitu Herodis afflicto, ꝓditione perfugarū qui ex Philippi Tetrarchia ad Herodem quasi auxiliādi causa cōuenerāt. Hæc Herodes scribit ad Tyberiū. Ille aūt indignatus ꝙ Arethas talia perpetrauerit, scribit Vitellio Syriæ tunc rectori, vt ei bellum incunctanter inferret: & aut viuū eum vinctum adduceret, aut certe mortui caput auferret. Tyberius quidem vt hæc ageret, rectori Syriæ demādabat. Quibusdam aūt Iudæorū videbat̄ ideo perisse Herodis exercitū, ꝙ in eū satis iuste indignatio diuina cōmota sit ꝓ vindicta Iohānis qui vocabat̄ baptista. Hūc enim Herodes occidit virū valde bonum: qui

præcipiebat Iudæis virtuti operā dare, iustitiā colere, pietatē in deum seruare, & per baptismum in vnū coire. ¶Hucusq; verba Iosephi quæ docent Herodiadem nec filiā Arethæ fuisse, nec vxorem Philippi: cū & superius in libro .xvij. antiquitatū idem scribat Herodē maiore pœnitudine ductum sup interfectione filiorum suorū Alexandri & Aristoboli, erga filios eorū clæmentem extitisse: & Alexandri filio maiori filiā Feroræ fratris sui iunxisse: filio vero Aristoboli filiā Antipatri: filio aūt Antipatri filiā Aristoboli Mariamnem. Alterā vero, id est Herodiadem filio suo Herodi. Et is inquit nat⁹ est ei ex filia pōtificis, cū post subinferat, Herodē & Philippū ex Cleopatra Hierosolymite natos, pōtificis vero filiā Mariamnem dictam fuisse. Ex his prudēs lector eligat quid magis sit tenēdum: cū & difficile sit euangelistæ verbis nō credere: & omnes astipulentᷣ Iosephū veracem antiquitatū relatorem existere, nisi forte dicatᷣ euangelista pro affinitate ꝑsonarū mutationem fecisse nominū: nec multū curauerit inter tot Herodis filios exquirere, ꝙ duos filios sibi æquiuocos scribatᷣ habuisse. Bedæ vero indulgendum putamus, ꝙ Herodiadem Arethæ filiā dixerit: quia multis scribēdis intētus, multiplicitatē historiarū forte per omnia tenere nō potuit: maxime cū & beatū Hieronymū in commētario Marci eadem sensisse forsitan legerit.

xvij ANno dñicæ incarnationis .xxxij. discipuli
Christi euangelicis instructi documētis,
verbum fidei per ciuitates Iudææ, ipso mitten
te prædicauerunt. Anno incarna. suæ. xxxiij.
xviij dñs noster Iesus passus est in carne, & resurre
xit: in cuius passione multa contigisse miracula
etiam gentiliū scriptorum testantᷣ. Iosephus q̃q;
inter cætera quæ tempore illo stupenda conti
gerūt, scribit sacerdotes templi primū commo
tionē locorū & sonitus quosdam audisse: dein
ex adyto templi vocē erupisse, transeamus a se
dibus his. De ipso etiā Christo scribit ita.

Iosephus de Christo.

FVit aūt his temporibus Iesus sapiens vir, si tamē virū eum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector, & doctor hoīm eorum qui libenter audiunt quæ vera sunt: & multos quidem Iudæorū, multos etiā ex gentibus sibi adiunxit: Christus hic erat. Hunc accusatione primorū nostræ gentis virorū cum Pilatus in crucē agendum decreuisset, non deseruerunt hi qui ab initio eū dilexerunt. Apparuit enim eis tertio die iterū viuus, sed'm ꝙ diuinitus inspirati prophetæ vel hæc vel alia de eo innumera miracula futura esse prædixerūt.

Sed & in hodiernū diem christianorū ꝗ ab ipso nuncupati sunt & nomē perseuerat & genus.

ANno dñi .xxxiiij. Iacob⁹ frater dñi Hiero xix
solymis episcopus ordinatᷣ ab apostolis:
seditq; annos triginta. Anno dñi .xxxv. Pilat⁹ xx
imaginē Cæsaris in templo statuere volens, se
ditiones in Iudæis excitauit. Anno dñi .xxxvi. xxi
Seianus præfectus cohortatᷣ Tyberiū, vt Iu
dæos deleat. Persius Volaterris nascitur. Anno
dñi .xxxvij. Pilatus ad Tyberiū scripsit de pas xxij
sione & resurrectione domini, & de virtutib⁹
eius, per quas crescēte plurimorū fide deus cre
deretur. Tyberius aūt cum magno fauoris suf
fragio rettulit ad senatū, vt Christus deus ha
beretur. Senatus vero indignatione cōmotus
cur nō sibi prius sed'm morem delatū esset, vt
de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, con
secrationē Christi recusauit: edictoq; cōstituit
exterminandos esse vrbe christianos: præcipue
cū & Seianus præfectus Tyberij suscipiendæ
religioni obstinatissime contradiceret. Tyberi
us tamen accusatoribus Christi, edicto mortē
cōminatus est: plurimosq; senatorū ꝓscripsit:
& in mortem coegit. Pilat⁹ aūt cum in Iudæa
decimū compleret annum, accusatus a Iudæis
apud Vitelliū qui tunc Syriæ principabatᷣ, ius
sus est ab eo Romā ire, vt in iudicio cæsaris se
ab obiectis purgaret: sed anteq̃ Romam veni
ret, Tyberius rebus humanis excessit. ¶Eodē
anno Aristoboli filius Agrippa cognomento
Herodes Romā veniens, a Tyberio clæmen
ter tractatur fauente Antonia matre Germani
ci & Claudij, quæ fuit vxor Drusi fratris Ty
berij. Sed cum accusaretᷣ ꝙ optaret Tyberium
citius mori, regnumq; Gaio dari, in vincula ab
eo conijcitur: nec eo viuente soluitur. ¶Anno xxiij
dñi .xxxviij. Tyberi⁹ Romanos grauiter affli
gens, ingenti omniū gaudio in Campania ve
neno perijt, insidijs Caligulæ anno imperij sui
xxiij. ætatis suæ .lxxviij.

Anni Gaij Caligulæ. Anni ab initio mundi iiij. mil.

ANno dñicæ incarnationis .xxxix. ab vrbe vero condita .dcclxxxix. Gaius Caligula tertius ab Augusto suscæpit imperiū: & regnauit annos tres, menses decē, dies .vij. Hic fuit filius Germanici, nepos Drusi, qui fuit priuignus Augusti, frater vero Tyberij. Hic quia in exercitu natus fuit, ex calciamento militari, Caligula cognominatus est: magnoq; fauore auiæ suæ Antoniæ nutrit⁹, in magnis habebatur honoribus: adoptatusq; a Tyberio in filiū, cum Tyberio filij sui Drusi filio in aula nutriebatᷣ: liberalibusq; disciplinis apprime eru

ditus, ꝓpter Germanici patris sui virtutē a po-
pulis amabat. Tyberius igitur cū iam ad sene-
ctutem peruenisset, patrijs dijs supplicabat, vt
ei signū manifestum ostenderēt/qui nam post
eum in imperiū successisset: festinās quidem vt
nepoti suo principatū relinqueret. Cū cum di-
ctum esset illum regnaturū/q̄ sequenti die pri-
mus ex omnibus ad eū venisset: misit ad nepo-
tis sui pædagogū, iubens vt primo mane pue-
rum ad se perduceret: putans illa re numinis su-
perare sententiam. Cumq; dies illuxisset, iussit
Euodum vt q̄squis foris esset infantulorū/ad
se primiꝰ euocaret. Ille aūt egressus, Gaiū an-
te tabernaculū repperit: nā Tyberius necdum
aderat: ciborum acceptione tardatus. Ille vero
ignorās totū quod agebat: veni inquit, vocat
te pater: & induxit eum. Videns aūt Tyberius
maiestatis supernæ potentiā, semetipsum cul-
pabat/ꝙ illum auguriū postulasset: sed nō va-
lens diuinæ ordinationi resistere, Gaium beni-
gne alloquens, cōmisit ei imperiū: monens il-
lum erga nepotē Tyberiū existere beniuolū.
Accepto aūt regno post Tyberiū, omniū ante
se sceleratissimus fuit: & qui Tyberij dedecora
purgauerit. Ante principatū quippe omnibus
acceptus fuit: in principatu vero talis extitit. vt
merito vulgaret atrociorē illo dn̄m non fuisse.
Nam vt breuiter crudelitatē eius depromā, ex-
clamasse fert. Vtinā populus Romanus vnam
ceruicem haberet. Sæpe enim de conditionibꝰ
temporū suorū questus est/ꝙ nullis calamita-
tibus publicis insignirent. Plurima fecit: de q-
bus nescio an deceat memoriæ tradi: nisi forte
iuuat de principibus nosse omnia, vt improbi
saltem famæ metu talia declinēt. In palatio ma-
tronas nobiles publice libidini subiecit: tribus
sororibus suis stupra intulit: ex vna earū etiam
natam filiā vitiauit. Memmiū Regulū coegit,
vt cōiugem suā sibi vxorē in loco filiæ daret,
seq; patrem eius diceret. Et instrumenta matri-
monij vt pater conscriberet: sorores suas quas
stuprauit, insularum exilio damnauit. Hic pri-
mus diademate imposito/dominū se appellari
iussit: & in deorum numerū se referri præce-
pit. Hic statim vt post mortem Tyberij regnū
accæpit, Agrippā cognomento Herodem, a
vinculis absoluit: in quæ illum Tyberius con-
iecit: eiq; tetrarchiā Philippi patrui sui, qui iam
decesserat, tradidit: regemq; appellauit: cui po-
stea tetrarchiam Herodis patrui sui adiecit. Iste
est qui in actibus apostolorū Herodes appel-
latur: qui & Iacobum occidit, & Petrū in car-
cerē misit: & postea ab angelo percussus, ver-
mibus scaturiens expirauit. Cuius filij fuerunt
Agrippa rex æquiuocus eius, & Beronice so-
ror eius. Regnauit autem annis septem: mori-
turq; anno tertio Claudij. Philippus vero pa-
truus eius, mortuus est anno .xxij. Tyberij: re- Anni A
gens Tracor itidis & Gaulanitidis regionem grippæ
annis .xxxij. Anno domini .xl. qui est Gaij se- i
cundus, Iudæi qui iam tunc ob passionē Chri-
sti meritis vbiq; cladibus exagitabantur, apud
Alexandriā exorta seditiōe ꝓfligati sunt cæde:
atq; pulsi ex vrbe. Pro q̄bus Philo vir sane ap-
prime eruditus secūda vice Romā veniens, &
apud Gaium interpellans/nihil ꝓfecit: sed ibi
cōmorans dicitur cum Petro apostolo locutus
fuisse, eiusq; amicitiā habuisse. Anno dn̄i .xli. ii
Pilatus multis calamitatibꝰ a Gaio oppressus,
seipsum īterfecit. Anno dn̄i .xlij. Matthæꝰ euā- iii
geliū scripsit hæbraice. Herodes tetrarcha qui
in Iohannis baptistæ nece autor extitit, & pas-
sioni domini interfuit, filius Herodis Magni,
sub quo natus est Christus, Romā venit, co-
gente Herodiade vxore sua quā abstulit fratri
suo. Quæ cū videret Agrippam fratrem suum
a Gaio regē factum, exprobrare cœpit Hero-
di secordiā: quia per id ꝙ noluerit ad Cæsarē
nauigare/careret maiori honore. Nā cū Agrip-
pam ex priuato regem fecisset, non esset dubiū
quin eum ex tetrarcha pari honore ꝓueheret.
His adductus Herodes Romam venit, subse-
quēte eū & accusante Agrippa filio fratris sui
Aristoboli. Gaius cum de auaritia væhemen-
ter increpauit: eiq; tetrarchiā auferens, Agrip-
pæ commisit: ipsum vero perpetuo exilio Lu-
gdunum relegauit. Cognoscens aūt ꝙ Hero-
dias soror esset Agrippæ, voluit ei opes & q̄q;
propria concedere: sed illa mariti causa cōtem-
nens omnia, secuta est eum in exiliū: ibiq; pari-
ter perierunt. ¶ Eodem anno Gaius cū aduer-
sus omnes ingenti crudelitate sæuiret, a militi-
bus in palatio occisus est: anno ætatis .xxxviij.
regni .iiij. Qui postq; occisus est, duo libelli in
secretis eius reperti sunt: quorū alteri pugio,
alteri gladius pro signo nominis ascriptū erat,
ambo lectissimorum virorum vtriusq; ordinis
senatorij videlicet & equestris nomina & no-
tas continebāt: qui morti destinati erant. Inuen-
ta est & arca ingens variorū venenorum: qui-
bus mox Claudio Cæsare iubente dimersis/
maria infecta tradunt, non sine magno pisciū
exitio, quos enecatos per proxima littora pas-
sim æstus eiecit.


Nno dn̄icæ incarnationis .xliij. ab
vrbe aūt condita .dcc. nonagesimo
tertio, Claudiꝰ ab Augusto quar-
tus imperiū adeptꝰ est: regnauitq;
annos .xiij. mēses .viij. dies .xxviij.
Hic fuit patruus Gaij Caligulæ, filius Drusi

priuigni Augusti, qui apud Moguntiã habet
monumẽtũ: cuius nepos erat Caligula. Iste cũ
senatus censuisset genus cæsareũ exterminatũ,
deformi latebra latere repertꝰ: qa væcors erat/
mitissimus videbaẽ imprudentibus: sicqꝫ raptꝰ
a militibus/ imperator effectus est, annitente
Agrippa, qui tunc forte Romã venerat, & a se
natu in consiliũ vocatus fuerat: vnde & filium
eius Agrippã regem fecit. Hic ventri, vino, li
bidini fœdæ obediens, væcors & prope hebes
ac pauidus, libertorum & coniugis subiacebat
imperijs. Cupiens tamen vtilem se publicæ rei
ostendere principẽ, exercitũ mouit in Britanni
am: trãsuectusqꝫ in insulam quã nemo ante Iu
lium cæsarẽ/ nec post eum ausus fuit adire: in-
tra paucos dies sine prælio & sanguĩe plurimã
eius partẽ in deditionẽ accæpit: Orchadas etiã
insulas vltra Britanniã Romano imperio adie
cit: ac sexto mense ex quo ꝓfectus est, Romã
redijt. Sic ergo de Britannis triũphauit: filiũqꝫ
suum Britannicũ vocauit. Vxor vero Claudij
Messalina primo passim adulteris vtebatur: ex
quo facto plures metu abstinebant & extincti
sunt. Dehinc atrocíꝰ accensa/ nobiliores quas-
que nuptas & virgines scortorũ modo secum
proposuerat: coactiqꝫ sunt mares vt adessent.
Q, si quis talia horruerat, conficto crimine in
eum/ omnemqꝫ familiã eius sæuiebaẽ. Ita liber
ti eius potestatem summã adepti: stupris, exi-
lio, cæde, ꝓscriptione omnia fœdabãt. Ex qui
bꝰ Fœlicẽ legionibus Iudææ præfecit. Possi-
donio Eunucho post triumphũ britannicũ in-
ter militarium fortissimos arma insignia tanqꝫ
participi victoriæ dedit: Polybiũ inter consula
res mediũ incedere fecit. Hos omnes anteibat
Narcissus. Post hæc Claudiꝰ Agrippinã Ger
manici fratris sui filiã, sororẽ Caligulæ, matrẽ
vero Neronis accæpit vxorẽ: quæ filio suo ꝓ-
curans imperiũ, priuignum suũ Britannicum,
primo in palatio multiformibus insidijs circũ-
uenit: dehinc ipsum cõiugẽ veneno interemit.

Anni Claudij.

i PRimo igitur imperij sui anno cum
confirmaretur in regno Agrippæ
consilio, dedit Agrippæ eidem ꝓ
remuneratione omnia quæ dedit
Augustꝰ Herodi: aliud quoqꝫ re
ij gnum quod Lisaniæ dicebaẽ fuisse. Anno dñi
xliiij. Duodecim apłi cum eatenus in Iudæa
tñ prædicarent iuxta præceptũ domini, vt Be
da scribit, anno a passione dñi. xij. in totum or
bem diuisi sunt. Vnde Petrus fundata primum
Antiochena ecclesia/ Romã tetendit: vt qdam
volũt hoc anno, scd'm alios quarto Claudij an
iij no. Anno domini. xlv. Primus episcopus An-
tiochiæ ordinatur Euodius.

HErodes Agrippa filius Aristoboli anno
vij. regni sui percutitur ab angelo: relin-
quens filiũ nomine Agrippã, & tres filias, Be
ronicen, Mariamnem, atqꝫ Drusillam. Tunc
Claudius vt Iosephus testaẽ, regnũ eius in ꝓ-
uinciã redegit: in cuius ꝓcurationẽ missus est,
Cuspius Fadus. Anno dñi. xlvi. Claudius de iiij
Britannis triũphauit. Historia.

GOdẽ anno facta est fames grauissi
ma per Syriã, quam etiã Agabus
ꝓpheta prædixit, vt in apostolo-
rum legiẽ actibꝰ: sed a christiano-
rum necessitatibus apud Hieroso
lymã: cõuecto ex Aegypto frumẽto, Helena
Adiabenorum regina largissime ministrauit.
Hoc etiam anno, scilicet Claudij quarto, illud
factum esse Beda opinaẽ/ quod in actibus apo
stolorũ legitur: statuerunt vt ascenderent Pau-
lus & Barnabas, & qdam alij ex illis ad aposto
los & presbyteros in Hierusalẽ: & hanc ascen-
sionem suã esse illam de qua ipse Paulus ita scri
bit ad Galathas. Deinde post annos quatuor-
decim ascendi Hierosolymã cum Barnaba as-
sumpto & Tito. De hac ascensione positis qui
busdam/ Beda subinsert. Sequiẽ ergo beatũ Pe
trum eodem. xliij. post passionẽ dñi anno quo
eũ ĩ Hierosolymis alloquiẽ Paulus, Romã ve-
nisse credamus, id est quarto Claudij Cæsaris
anno: simulqꝫ, ni fallor, hac expositione Pau-
lum apostolum eodem quo dñs passus est &
resurrexit anno ad fidem venisse probamus.

PEtrũ vero quarto Claudij anno Romã ve
nisse, fere omnes sanctorum temporũ scri-
ptores testanẽ: quidam aũt pontificatũ in vrbe
Romana hoc anno illum suscæpisse opinanẽ.
Et hoc exinde verum coniicitur: quia Petrus se
dem Romanã. xxv. annis tenuisse dicíẽ: & vlti
mus Neronis annus quo Petrꝰ passus esse nar
ratur. xxv. a quarto Claudij numeraẽ. Vnde sa
tis apparet/ ꝙ eodem anno quo Romã venit:
etiã sedem pontificatus accæpit. ¶ De succes-
sione vero pontificũ Romanorũ & ordine atqꝫ
temporũ eorum, iam inde a principio/ & dein
ceps in plurimis, diuersa sentiũtur a diuersis.
Quorũ opiniões hic summatim scribere, idcir
co arbitror nõ esse ab re, vt & segniores/ & ne
gligentiores mei similes ad veritatem rei atten
dendam excitenẽ, & prudentiores ad hanc sub
tilius inuestigandam prouocenẽ. Quidam scri
bunt, quibus & ecclesiastica cõsentire videtur
historia, Linũ post passionẽ Petri apostoli Ro
manæ sedi. xxv. annis præsidentis hanc regen-
dam suscæpisse: & post duodecim sui regimi-
nis annos, secũdo Titi anno pontificatũ Ana

cleto reliquiſſe: & hunc itẽ poſt duodecim an-
nos Clæmenti ſedem tradidiſſe: quod videt̃ an
no Domitiani.xij.cõtigiſſe: ipſumq; Clæmen
tem poſt nouẽ ſui pontificatus annos ſub Tra
iano paſſum: Euariſtũ quarto eiuſdẽ Traiani
anno ſucceſſiſſe: huic Alexandrum: illi vero Si
xtum, & ſic cæteros. Alij vero ſcribunt Linũ
& Cletũ ſub Petro fuiſſe: ipſumq; Petrũ mox
vt pontificatũ accæpit, Linũ pro ſe in agendis
eccleſiaſticis, quo ipſe liberi⁹ prædicationi va
caret, ordinaſſe: illocq; poſt annos duodecim de
cedente, Cletũ huic ſubrogaſſe. Quo etiã item
poſt annos.xij.defuncto, eo anno & tempore
quo ipſe Petrus paſſus eſt, ſcilicet.xiiij. Nero-
nis anno, Clæmenti ſedem cõmiſiſſe: & ei/ ſu
iſq; ſucceſſoribus ligãdi ſoluendiq; poteſtatẽ,
ſicut ipſe a Chriſto ſuſcæpit, demum tradidiſ
ſe: & huic paſſo ſub Domitiano/ Anacletũ ſuc
ceſſiſſe: cui Euariſtũ, & huic Alexandrũ, ſicq;
cæteros. Quæ deſcriptiones cum ſibi multum
diſſonæ ꝓbent̃, quærẽdum cui magis credi iu
dicetur. Conſideremus ergo earũ inæqualita-
tes. Igitur ſi Linus Anacletũ, iſq; Clæmentẽ
ſucceſſorẽ reliqſſe accipit̃/ vt prior deſcriptio
teſtatur, Cletus omnino de pontificũ catalogo
excludit̃: cuius veneratio per omnes eccleſias
ſic celebris eſt, vt non ſolum in martyrologijs
attitulet̃, verũ etiã in canone miſſarũ/ & in ſup
plicationibus letaniarũ, publicius inter Linũ
& Clæmentẽ recitetur. Si vero poſt Linũ Cle
tus, dein Clæmens, & poſt hunc Euariſtus &
Alexander numerẽtur, locus non habetur vbi
Anacletus recipiat̃: cũ Beda in martyrologio
ſuo dicat hunc quartum poſt Petrũ ſediſſe, &
ſub Domitiano paſſum fuiſſe: vt primus ſit Li
nus, ſecundus Cletus, tertius Clæmens, quar
tus Anacletus. Sed ſi poſt Clæmentẽ Anacle-
tus ponat̃, & ſcd'm Bedã ſub Domitiano paſ-
ſus recipiat̃, neceſſario illud refellitur/ ꝙ ante-
ceſſor eius Clæmẽs ſub Traiano paſſus dicit̃:
cũ euidenter ſub Domitiano paſſus eſſe ꝓbet̃,
ſi ſucceſſor eius Anacletus/ ab eodem occiſus
non neget̃.

Hiſtoria.

ADhuc aũt argumentatur & illud. Quia ſi
Linus & Anacletus iuxta quoſdam, ſiue
Linus & Cletus ſcd'm alios, vterq; poſt paſſio
nẽ Petri, quæ.xiiij. Neronis anno facta eſt, per
annos.xij.tenebat pontificatũ: quod ſpatiũ per
xxiiij. annos in Domitiani duodecimũ ꝓtendi
tur annũ: Clæmens ab ap̃ſo Petro ſedem & li
gandi ſoluendiq; licentiã nullatenus accæpiſ-
ſe ꝓbat̃, quod a nõnullis firmatur. Additur &
hoc ꝙ ſanctus Dionyſi⁹ Ariopagita beati Pau
li ap̃ſi diſcipulus, & Athenarũ epiſcop⁹, cum
ſicut in libro paſſionis eius legit̃, beatos ap̃ſos
Petrũ & Paulum audiret Romæ teneri, ſubro
gato Athenis epiſcopo, ꝓperauit Romã velo
cius attingere: ſummopere deſiderãs ſi deus ita
vellet, cũ eiſdem ſanctis ap̃lis occumbere. Sed
cum diuina diſpoſitio vota ipſius præueniret,
ſanctiq; apoſtoli prius paſſionis gloria corona
rent̃ ꝙ ipſe Romã adiret, tandem perueniens,
Clæmentẽ condiſcipulum ſuũ Romanæ ſedi
iam præſidentẽ inuenit: qui & illum in Galli-
as prædicatorẽ direxit. Quæ igit̃ fuit feſtinan
tia tanti deſiderij, ſi p.xxiiij.annoꝝ ſpatiũ/ vel
amplius inter Athenas & Romã nullo potuit
obſiſtente cohiberi. Nec.n. illud refragatur/ ꝙ
oſtio fidei ſibi aperto/ cauſa ſeminãdi verbum
dei aliquãdiu retardat⁹ fuiſſe narrat̃. Quia etſi
per contiguas parochias diuina ſemina prædi-
candi auidus diſperſerat, paſſionis tñ deſiderio
feruẽs, ab Athenis infra.xxiiij. annos maturi⁹
Romã contendere poterat. Adhuc vero cum
idem Dionyſius.xcvi.dñicæ incarnationis an-
no, qui eſt.xiiij. Domitiani paſſus deſcribatur,
Clæmens vero qui eũ direxit in Gallias/ duo
decimo eiuſdem principis anno, iuxta ſuperio
ris opinionẽ deſcriptionis ſedem accæpiſſe di-
catur, mirũ poteſt videri qualiter anno nõdum
aut vix expleto poſſent oĩa hæc expleri, ſcili
cet vt Dionyſius de Roma in Gallias veniret,
& tam ceruicoſum populum ignot⁹ adhuc &
aduena fidei iugo ſubſterneret, baſilicã cõſtru
eret: aliaq; plura quæ de eo legũtur: ſacerdotũ
ſuper his cõmotorũ relatio Romã recurreret:
diuulgataq; perſecutiõe, præfectus inde miſ-
ſus in Galliam/ Dionyſiũ diuerſis poenis occi
deret. Liber ꝗq; paſſionis Alexandri papæ te-
ſtat̃ ꝙ ĩ ordine põtificũ Romanorũ, Clæmẽs
poſt Petrũ primus, hoc eſt ſecũdus ab illo ha-
beat̃. Sic.n. ibi ſcriptũ eſt. Quinto loco a beato
Petro ap̃ſo Romanæ eccleſiæ cathedram Ale-
xãder ſuſcæpit: & reĩ. Q; ſi Lin⁹ a Petro ſecun
dus dicatur, neceſſe eſt vt & Cletus ante Clæ-
mentẽ/ & Anacletus poſt eũ a numero exclu-
dantur, quatenus Alexãder quintus inueniat̃:
ſcilicet vt Petro exiſtente primo, Lino ſecũdo,
Clæmente tertio, Euariſto quarto, Alexander
quinto loco ſubſequatur. Aliter.n. Alexander
quintus a Petro nõ habetur: quia ſi Linus a Pe
tro ſecundus, & Cletus ſiue Acletus Anacle-
tus ante Clæmentẽ fuerit poſitus, Alexander
erit ſextus: ſi vero Cletus ante Clæmentẽ, &
Anacletus poſt illũ ponitur, Alexander ſepti-
mus habet̃, niſi Clæmens a Petro ſecũdus nu-
meretur: illis & talibus allegatis pro imperi-
tia mea, ꝓpter rerũ & temporũ conuenientiã
hos magis interim ſequendos æſtimo, qui Li
num & Cletũ dicunt fuiſſe ſub Petro: & illos

qdem hoc officiũ quod coepiscopi sub episco
po tenẽt/administrasse: Clæmentẽ vero Petro
ipso tradente, legitimo iure successisse: & idcir
co eũ a qbusdam primũ papam vocatũ: qa ve-
lut hæreditario iure ligandi soluendiq; a Petro
fortē po testatē. accæpisse dicitur pontificatũ. Pro hoc vero ab
alijs dictum tertiũ esse a Petro, q sub ipso ap̃lo
præcesserint eũ Linus & Cletus in sacerdotali
officio. Hucusq; de his, in sequẽtibus vero ea
dem causa pro successionis ordine & temporũ
serie generat erroris cumulũ: qui pro similitu-
dine noĩm personis inditorũ inoleuisse credit̃
ob incuriã & vitium scriptorũ. Fabianus qppe
papa legit̃ sub Decio passus: post quẽ Corne-
lius: itemq; post eũ in catalogo pontificũ, & in
qbusdam etiã chronicis inueniunt̃ positi, Luci
us, Stephanus, Sixtus, Dionysi⁹. Cum igitur
sub Decio Fabianus passus legatur, Sixt⁹ q̃q;
sub quo Laurẽtius archidiaconatũ tenebat per
omnes ecclesias, & legendo & cantãdo sub eo
dem passus prædicet̃: Decius vero nõ ampli⁹
q̃. xxx. mensibus, hoc est annis duob⁹ & dimi
I dio regnasse dicat̃: a qbusdam etiã min⁹, id est
anno vno & mensibus tribus, si inter Corneliũ
Fabiani successorẽ/ & hunc Sixtũ, Lucius &
Stephanus ponãtur vt sub Valeriano & Galli
eno passi legãtur fuisse, & Cornelius tribus an
nis, Lucius vero mẽsibus octo, Stephan⁹ antẽ
duobus annis Romanæ sedi præfuisse in eccle
siastica historia dicant̃. Vñ satis intelligi põt vi
tio scriptorũ ꝑ similitudine noĩm ordinẽ esse
confusum: & Cornelio successisse Sixtũ, & hu
ic Dionysiũ: illi aũt Luciũ, huic vero Stepha-
num: cui itẽ Sixtũ, dein iterum Dionysiũ: sicq;
per ordinẽ reliquos. Hæc aũt omnia non dico
quasi pro mea garrulitate, præiudiciũ cupiens
inferre aliorũ me satisq; præcellẽtiũ sentẽtiæ,
sed quasi pro indagandæ veritatis cupiditate,
stultitiæ notandus elogio/ sensum meæ denu-
dans imprudentiæ. Cæterũ sapiens quisq; pro
captu suo deliberet, quid ꝑ vero tenẽdum di-
iudicet: ego vero tot & tãtas varietates in histo
riographis cernens, & pro tenuitate ingenioli
mei mecum ruminando & admirando perpen
dens, historias/ passionũ libros, chronicorum
exemplaria quæ habere potui/ diligenter pro
meo captu percurri: multaq; inueniẽs, scripto-
rum negligentia vel imperitia deprauata, pro-
pter nnmerorũ varietates literis designatorũ:
in quibus facile a diligentibus delinquit̃, quã-
to magis a nõ attendentibus: dum aut litera ꝑ
litera ponitur, vel aliqua forte subducitur, in-
quantũ meæ licuit rusticitati, nulliusq; autori
tatis exilitati, quædam correxi: temporaq; pon
tificum Romanorũ/ temporibus imperatorũ,
q̃ diligẽtius poterã annexi: & ob hoc anno do
minicæ incarnationis. xlij. qui est primus beati
Petri apostoli, in põtificatu Romano: & si nõ
annos præsulum singulorũ quos reperire non
potui, ordinẽ tamen cunctorũ sicut ad nos per
latus est, vsq; in millesimũ centesimũ nonage-
simum nonũ eiusdem incarnationis annũ seria
tim perduxi: vbi si sapientum iudicio/ mea sim
plex placuerit diligentia, nulliusq; veritatis in-
uidentia, gratias deo: sin aũt, melius ostenden-
ti veluti certi & veri cupid⁹, desiderãtissime ce
do. Fado successit Alexander.



ANno dñi. xlvij. Domitius orator v
clarus hsbetur: qui postea sub Ne
rone ex cibi redundantia in cœna
morit̃. Anno domini. xlviij. Inter vi
Therasiã & Theram in mari Ae-
geo noua insula emersit. xxx. stadiorum spatio
extenta. Cumanus quidam successit Tyberio
Alexandro/ in ꝓcuratione Iudææ. Anno dñi. vij
xlix. Sub ꝓcuratore Iudææ Cumano tanta se
ditio Hierosolymis in diebus Azymorũ exor
ta est ꝑ culpa militis vnius, vt coartato in exitu
portarũ populo, triginta milia Iudæorũ cæde
ꝓstrata & cõpressa dicãtur. Anno dñi. l. Hero viij
des rex Calcidis frater Agrippæ maioris mori
tur, tres filios relinquens: Aristobolũ de prio-
ri natũ vxore: Berenicianũ & Hyrcanũ ex Be-
renice fratris sui Agrippæ. Cuius regnũ Clau
dius Agrippæ iuueni dedit filio Agrippæ: qa
regnũ patris eius iam in ꝓuinciã redegit: eo q
ipse tunc puer erat qñ pater obijt. ¶ Hoc anno
tanta fames Romæ fuisse dicit̃, vt impator in
medio foro correptus a populo, cõuitijsq; &
fragminibus panũ turpissime infestatus, vix fu
rorem plæbis euaserit. Eo tẽpore Paulus apud
Athenas, aram ignoto deo superscriptã reppe-
rit. Anno dñi. li. Claudius Iudæos expulit vr ix
be Roma. Anno dñi. lij. Fœnix apud Aegy- x
ptum visus est: quem volucrem ferunt anno
dcliiij. ex Arabia memorato loco aduolare. An xi
no dñi. liij. Simon Mag⁹ autor simoniacæ hæ
resis extitit. Anno dñi. liiij. Claudius Fœlicem xij
Iudææ procuratorẽ fecit. Apollonius ex Italia
ortus/ Pythagoricus philosophus Romæ pol
lebat, ita vt ipsum q̃q; Pythagoram fuisse Phi-
lostratus/ & alij acrioris ingenij, describant.
Anno dñi. lv. Aegyptius qdam pseudo ꝓphe xiij
ta, Iudæos cõplures seducens, a Fœlice oppri
mitur. Anno dñi. lvi. Claudius ab Agrippina xiiij
vxore sua, veneno vt dicit̃ interemptus est, an-
no vitæ suæ. lxiiij. Cuius funus vt quondam
Tarqnĩ Prisci diu occultatũ est: & dũ arte mu-
liebri corrupti custodes ægrũ simulant, priui-
gnus eius Nero Agrippinæ fili⁹, imperij iura

ANno dñicæ incarnat̄.lvij.ab vrbe vero cō
dita.dcccvij.Domitiꝰ Nero filiꝰ Domitij
Enobarbi, & Agrippinæ ſororis Caligulæ,
qntus ab Auguſto ſumpſit imperiū:& regna-
uit annis.xiiij.nō plenis,ſcilicet annis.xiij.mē
ſibus.vij.diebꝰ.xxviij.Cuiꝰ mater Agrippina
filia fuit Germanici frīs Claudij: vir aūt Do-
mitius Enobarbꝰ ex nobiliſſimis Romanorū.
Quo mortuo,Claudius amauit eā:& propter
amorē eius interemit vxorē ſuā Meſſalinā: ex
qua habuit filiū Britannicū, & filiā Octauiā.
Habuit etiā ex prima vxore ſua noīe Petina, fi
liam Antoniā.Ducta vero Agrippina, filium
eius Domitiū in filiū adoptauit:eumq; Nero-
nē vocauit:& filiā ſuam Octauiā ei deſponſa-
uit.Agrippina vero metuens ne Britānicus re
gnū a patre perciperet, de morte Claudij cogi
tauit.Quo mortuo,repente principem militiæ
Burrū cū tribunis præpotētibus miſit,q Nero
nē de caſtris adductum more principis adora-
rent.Qui hoc modo accepto īperio,Britānicū
qdē veneno latēter occidit:matrē vero ꝓpriā
interfecit,hoc ei retributionis impendens. Per
quinquenniū aūt primū bonꝰ apparuit,in tan
tū vt qdam ſcripſerint Traianū ſolere de eo di
cere,cunctos prīcipes longe diſtare a Neronis
qnquēnio.Reliquū vero quod a.v.annis ſup-
uixit,ita Caligulæ auūculi ſui veſtigia ſecutus
eſt,īmo ſupgreſſus ē,vt turpe ſit dicere ad quā
tā malignitatē ꝑuenerit.Plurimā ſenatoꝝ par-
tē interfecit:equeſtrem ordinē pene deſtituit:
bonis oībus hoſtis fuit. Libidinibꝰ porro tan
tis agitatus eſt,vt ne a matre quidē vel ſorore,
vllaue cōſanguinitatis reuerētia referat̄ abſtinu
iſſe,virū in vxorē duxerit.Ipſe amictꝰ nuben-
tium virginū ſpecie,cōuocato ſenatu ad placi- forte,paci
tandū de ratiōe dotis:in ipſiſq; nuptias celebrā ſcendum
tibus pelle coopertꝰ feræ a viro vt vxor ductꝰ
ſit.Parricidia multa cōmiſit:matre,fratre, ſoro
re,vxore,cæteriſq; conſanguineis interfectis.
Vrbem Romā per ſex dies & noctes incēdit:
vt quale eſſet incendiū Troiæ videret:ipſe ſtās
in altiſſima turri, lætuſq; ꝓſpectans flāmas,
tragico indutꝰ habitu, Iliadem tragœdiā cane
bat.In re militari nihil oīno auſus:Britāniā pe
ne amiſit.Auxit molem facinorū eius/temeri-
tas impietatis in deū.Primꝰ.n.perſecutionē in
chriſtianos mouit per oēm regnū ſuū:ipſumq;
nomen extirpare cupiens,principes apl'oꝝ Pe
trū & Paulum occidit.Ipſe Veſpaſianū cū filio
ſuo Tito ad deſtruēdam Hieruſalem miſit. In
ter hæc Galba Hiſpaniæ prætor, & Gaius Vi
tellius imperiū corripuere. Nero aūt oībꝰ exe
crabilis/hoſtis a ſenatu iudicatus eſt:decretum
eſt vt furca collo eius inſerta,nudus per publi-
cum duceret̄:& virgis vſq; ad mortē cæſus/de
ſaxo præcipitaret̄.Quod ille audiens,ſimulq;
aduentū Galbæ cōperiēs,fugit e palatio & Ne
ſitus:noctiſq; medio vrbe egreſſus eſt. Secuti
ſunt aūt eū Phaon & Epafrodius, & Neſitus,
& Spado Neſpero: quē quōdam exectum in
mulierē formare tentauerat. Cumq; veniſſet in
ſuburbanū liberti ſui quod eſt inter Salariā &
Numentanā viā ad quartū vrbis miliariū,ictu
gladij ſe percutere voluit:ſed trepidante manu
hoc perficere non potuit. Et cū nullum inueni
ret a quo feriret̄,exclamauit dicēs. Ita nec ami
cū nec inimicū habere poſſum.Videns hoc Ne
ſpero/adiuuit manū trementē:& ita perijt an-
no vitæ ſuæ.xxxi.imperij.xiiij.ſicq; oīs Augu
ſti familia in eo cōſumpta eſt.¶Huius tpibus
Romæ pollebant Seneca tragicus & philoſo-
phus:Muſoniꝰ & Plutarchus philoſophi:Iu-
uenalis & Perſius ſatyrici: Lucanus q̄q; filius
fratris Senecæ:& Statius. Anni Neronis.
PRimo autē Neronis anno Feſtus ſucceſſit i
Fœlici ꝑſidi.Anno dñi.lviij. Paulus apl's ij
apud Feſtū præſente Agrippa rege, religiōis
ſuæ rationē exponens,ab eodem Feſto vinctꝰ
Romā mittit̄:vbi & Petrus occurrēs/Paulum
conuenit:& quia Linus iam exceſſit, Cletū in
locū eius ſubrogauit: qui & ipſe annis.xij.ec-
cleſiā rexit. Huc uſq; librū actuum apl'orū Lu
cas perduxit euangeliſta.Anno dñi.lix.Probꝰ iij
Berithius eruditiſſimus grāmaticus claruit.An iiij
no dñi.lx.Statius Surculus poeta Tholoſan-
celebris fuit.Anno dñi.lxi. Terræmotus Ro- v
mæ & eclipſis ſolis facta eſt.Anno dñi.lxij.Fe vi
ſto ſuccedit Albinus in præſidatu Iudææ.An
no dñi.lxiij.Iacobꝰ frater dñi lapidat̄ a Iudæis vij
& Simon frater eius in locum eius conſtituit̄.
Anno dñi.lxiiij.Marcus euangeliſta paſſus eſt viij
Alexandriæ.Anno dñi.lxv.Perſiꝰ morit̄ anno ix
ætatis.xxix.Ante menſam Neronis fulmē ce
cidit.Anno dñi.lxvi.Annæus Lucanus Cor- x
dubēſis poeta in piſoniana cōiuratione depræ
henſus,brachiū ad ſecādas venas præbuit. An xi
no dñi.lxvij. Nero incendit Romā ad ſimilitu
dinē Troiæ.Anno dñi.lxviij.Annæꝰ Seneca xij
Cordubenſis præceptor Neronis, & patruus
Lucani,iuſſus a Nerone genꝰ mortis eligere,
inciſione venarū,& hauſtu veneni interijt.Cu
ius frater Iunius Gallio egregius declamator,
ꝓpria ſe manu interfecit.Frater vero illorū Lu
cius Annæꝰ Melas,bona filij ſui Lucani a Ne
rone ꝓmeruit.Anno dñi.lxix.Veſpaſianꝰ dux xiij
exercitus aduerſum Iudæos q Geſtij Flori ſuc
ceſſoris Albini auaritiā nō ferētes rebellabāt/
a Nerone miſſus,inter cæteras vrbes Iotapatā

muniiā ciuitatē cæpit: in qua & Iosephū, qui
& Iosippus, ducē belli cōpræhēdit. Qui cū in
terficiēdꝰ esset a Romanis, ꝑdixit Vespasiano
ꝙ ipse imperator futurꝰ esset: sicq̃ vitā ꝓmeru
xiiij it. Hic est scriptor antiquitatū. Anno dñi. lxx.
Petrus apl's peracto prædicationis suæ tpe, ite
rum veniens Romā defuncto Cleto discipulo
suo, Clæmēti cathedrā Romanā cōmisit: dās
ei suisq̃ successoribus potestatē ligandi & sol-
uendi, sicut ipse accæpit a dño: eodemq̃ anno
ipse Petrus iubēte Nerone crucifixus est: Pau
lus vero decollatꝰ. Sedit autē Clæmens annis
xix. mēses. v. passusq̃ est sub Domitiano nono
kal'. Decēb. licet qdā contēdant eū passum sub
Traiano. Scd'm ecclesiasticam historiā primꝰ
post Petrū Linus hoc anno Romanā suscæpit
ecclesiā: & p. xij. rexerat annos. Historia.

NEro aūt post interfectionē apl'orū seipm
interfecit, ordine suprascripto, vt in Ro-
mana legit̃ historia: cū qdam scribant illū in sil
ua errantē, a lupis esse deuoratū. Hunc Persæ
in tantū dilexerūt, vt legatos mitterent Romā
multū rogātes vt concederet̃ illis licentia fabri
candi ei sepulchrū. Cæterū aliæ ꝓuinciæ oēs,
& tota Roma de interitu eius nimis exultaue-
runt: in tantū vt omēs vestiti pileis manumissi
onū quod tūc erat signū liberationis, quasi ab
impio dño liberati, victoriā celebrarent. Igna-
tius Antiochiæ secūdus ordinatur eps̄: cum eū
præcesserit Euodius. Anni Galbæ.

ANno dñicæ incarna. lxxi. ab vrbe vero cō-
dita. dcccxxi. Galba antiqssimæ nobilita-
tis senator de Sulpitiorū genere ꝓgenitꝰ, cum
lxxiij. gereret ætatis annū, ab Hispanis & Gal
lis electus, mox ab vniuerso exercitu libēter im-
perator acceptꝰ, statim vt Neronis mortē audi
uit, Romā venit: sextusq̃ ab Augusto mēsibꝰ
vij. regnauit. Huiꝰ priuata vita insignis fuit mi
litaribus & ciuilibꝰ rebꝰ: sæpe fuit cōsul: sæpe
ꝓcōsul: sæpe dux in grauissimis bellis. Militē
suū ita seuerissime tractās, vt ingresso eo in ca
stra, diceret̃ statim ab altero ad alterū. Disce mi
litare: Galba venit, nō Getulicꝰ. Imperiū vero
adeptus cū auaritiæ vitio segnitiaq̃ oēs offen
deret, Pisonē quendā nobilem adolescentē in fi
lium regnūq̃ adoptauit. Ipse aūt mense. vij. in
medio Romanæ vrbis foro decollatus est, insi
dijs etiā illā Othonis: q post eū arripuit regnū

LVcius Otho occisis Galba & Pisone, inua
sit imperiū Romanorū: ortꝰ ex oppido Fe
rentino: materno genere nobilior ꝙ̃ paterno:
neutro tñ obscuro. In priuata vita mollis: maxi
meq̃ in adolescentia turpis: & Neronis familia
ris: in imperio vero documentū sui non potuit
ostendere. Nam cū ijsdem temporibus quibus
Otho Galbam occiderat, etiā Vitelliꝰ a germa
nicis exercitibus imperator factus esset, bello
contra Vitelliū suscepto, tribus leuibꝰ prælijs
Otho victor extitit: vno apud alpes, alio circa
Placentiā, tertio circa locū quem Castoris vo-
cant: quarto cū apud Bebriacū in Italia victus
esset leui ꝑlio, ingentes tñ copias habens ad bel
lū, spōte semet occidit. xxxviij. ætatis anno trā-
acto. xcv. imperij die, scilicet mense. iiij. Hic ꝓ
prijs militibus tam amabilis fuit, vt plærique vi-
so eius corpore mortuo/ suis manibꝰ interirēt

VItelliꝰ Romā victor ingres- Historia.
sus, vi Romano potitus est imperio, fami
lia honorata magis ꝙ̃ nobili ortus. Nam pater
eius Lucius Vitellius nō admodum clare natꝰ
est: tres tñ ordinarios gesserat consulatus. Hic
cum multo dedecore imperauit: multa sæuitia
cæterisq̃ vitijs notabilis: maxime ingluuie &
voracitate, quippe qui de die quarto vel quin-
to sæpe fert̃ epulatꝰ. Nouissima certe cœna me
moriæ mandata est, quā ei Vitellius frater eius
exhibuit: in qua super cæteros sumptꝰ duo mi
lia pisciū, & septem milia auicellorū apposita
sunt. Interim Vespasianus Hierosolymā obsi-
dens, audita Neronis morte, a militibꝰ impera
tor creatus est. Quod audiēs Vitelliꝰ, Sabinū
fratrē Vespasiani/ cū multis alijs in capitolio in
censo interfecit. Vñ a militibus Vespasiani sub
muris vrbis habito prælio superatus, cū in quan
dam cellulā palatio ꝓximā se contrusisset, tur-
piter inde ꝓtractus, vinctis post tergū mani-
bus/ resupino capite, gladio ad mentū supposi
to, per forū ad spectaculū vulgi ducit̃: multisq̃
fimū & cœnū in faciē eius mittentibꝰ, minutis
ictibꝰ excarnificatꝰ: vnco inde trahit̃, & in Ty
berim ꝓijcit̃, anno ætatis. lvij. imperij aūt men
se. viij. Tres post Neronē rapuerunt imperiū.
Galba ī Hispania quo missus erat cū exercitu:
Otho Romæ: Vitellius in Germania: regna-
uerūtq̃ anno vno, & mensibus sex. Antiochiæ
secūdus ordinat̃ eps̄ Ignatius. Historia.


Nno dñicæ incarna. lxxij. ab vrbe
cōdita. dcccxxij. Vespasianꝰ a Ne
rone cū exercitu missus, cōperta
morte Neronis, ab exercitu impe
rator efficit̃: dimissoq̃ Tito filio
suo in Iudæa ad obsidendā Hierosolymā, ipse
ꝑ Alexādriā ꝓfectꝰ est Romā: vbi accepto im
perio, septimꝰ ab Augusto regnauit annis. ix.
Obscure qdem natus, sed vir militari virtute ꝓ
cipuꝰ, & optimis cōparādus: vtpote q a Clau
dio missus in Germaniā, deinde in Britanniā,
tricies & bis cū hoste cōflixit: multāq̃ Roma
no īꝑio adiecit. Hic in īꝑio moderate se gessit.
Inter cætera nanq̃ bona hanc gratiā habuit, vt

inimicitias in corde nō retineret: in tantū vt fi-
liam prædicti Vitellij inimici sui multis dotatā
diuitijs/nobilissimo traderet marito. Hic cū ab
amicis moneret/vt caueret se a Tametio Pom
posiano, de quo sermo vulgabatur ꝙ regnatu
rus esset, consulem illū fecit: alludens tali cauil
lo. Quādo regnū accæperit, talis beneficij me
mor erit. Talibus sæpe verbis iocularibus ami
corū iras placauit. Cumq; Romā incendijs rui
nisq; veteribus destitutā repararet, ac multa re-
gno Romano adijciens, cū Tito filio de supe-
ratis Iudæis triūpharet, cunctisq; amabilis exi
steret, ꝑfluuio ventris fessus, in villa ꝓpria cir
ca Sabinos interijt, anno ætatis .lxxix. Cuiꝰ an
no primo Titus filius eius, Iudæos inenarra
bili fame cruciauit obsessos, premēs eos diuer-
sis bellicis instrumentis.

Anni Vespasiani.



i Nno dñicæ incarnationis. lxxiij.
Hierusalem a Tito capitur, nō si-
ne multo suorū sanguine. Subuer
saq; ciuitate/sexingenta milia Iu-
dæorū interfecit: vt Cornelius &
Suetonius referūt. Iosephus vero, qui & Iosip
pus, vnus ex Iudæis, qui ei tūc bello præfuit,
scribit vndecies centena milia fame perisse/ &
gladio: & centū milia captiuorum publice ve-
nūdata. Vt aūt tanta multitudo Hierosolymis
repiriret, cām azymorū fuisse refert: ob quæ
ex omni gente Iudæorū ad templū confluen-
tes, vrbe quasi carcere sunt īclusi. Oportuit.n.
vt ijsdem diebꝰ paschæ interficerent, in quibꝰ
saluatorem interfecerūt. Colligitur aūt omne
tps in secundum annū Vespasiani/& subuersi
onem Hierosolymorū nouissimā a.xv. anno
Tyberij cæsaris: & ab exordio euāgelicæ præ
dicatiōis anni.xlij. a captiuitate aūt quā ab An
tiocho passi sunt Iudæi anni ducenti: a secūdo
āno Darij ꝙ reædificabat templū. dxc. a prima
vero ædificatiōe sub Salomone anni mille.cij.
ij Anno dñi.lxxiij. Vespasianus capitoliū cœpit
iij reædificare. Anno dñi.lxxv. Seditio in Alexā
iiij dria orta est. Anno dñi.lxxvi. Colossus erectꝰ
v est: habēs altitudinem pedum.cvij. Anno dñi.
vi lxxvij. Iosephus historiographꝰ claruit. Anno
dñi. lxxviij. Tres ciuitates Cypri terræmotu
vij corruerunt. Anno dñi. lxxix. Pestilētia Romæ
tanta facta est, vt intra nō multos dies decē fer
viij me milia hoim morerent. Anno dñi.lxxx. Ve-
spasianus ꝑfluuio ventris mortuus est.

ANno dñicæ incarñ.lxxxi. ab vrbe condita
dcccxxxi. Titus Vespasiani & Domicillæ
filius.viij. ab Augusto imperiū suscæpit: &.ij.
annis duobusq; mēsibꝰ regnauit. Hic etiā Ve-
spasianꝰ ex noīe patris dictꝰ est: vir i vtraq; lin
gua, scilicet græca & latina disertissimus: belli
cosissimꝰ, moderatissimꝰ, oīmq; genere virtu
tū mirabilis, adeo vt amor & delitiæ gñis hūa-
ni diceret. Tantæ vero largitatis erat, vt nulli a
se petēti negaret. Cūq; reprehenderet ab amicis
cur hoc faceret, respondit, nullū debere ab im-
peratore tristē exire. Quadam itaq; die dum re
cordaret in cœna ꝙ ea die nulli qcq; præstitis-
set, dixit assidētibus. Amici, hodie diē perdidi.
Anno autē ætatis suæ.xlij. obijt in eadem villa
qua & pater eius. Tantus vero planctus fuit in
vrbe Roma ꝑ morte eius, quasi orphani relin-
querentur a patre.

Anni Titi.

PRimo igit imperij sui anno amphitheatrū i
Romæ ædificauit: in cuiꝰ dedicatiōe qnq;
milia ferarū occidit. Anno dñicæ incarnatiōis ij
lxxxij. Repentinū incendiū Romæ per triduū
fuit. Scđm ecclesiasticā historiā defuncto Li-
no, Anacletus ordinat papa: seditq; annos.xij.
sed alij hoc negant.

Anni Domitiani.

ANno dñicæ incarna.lxxxiij. ab vrbe con-
dita.dcccxxxiij. Domitianꝰ Vespasiani &
Domicillæ filius, frater Titi iunior, nonus ab
Augusto regnare cœpit: & annis.xv. ac mensi
bus sex regnauit. Iste primū finxit se misericor
dem & modestū esse: mox Tyberio aut Cali-
gulæ vel Neroni similior ꝙ patri aut fratri, ad
oīa vitiorū genera ꝑfectꝰ est, in tantū vt ꝓ sce-
leribus oibus secūdo christianos persequeret,
primus post Neronē: in qua persecutione Io-
hannē aplm & euangelistā ob ꝑdicationē ver
bi diuini i Pathmos insulā relegauit: & Flauiā
Domicillam filiā sororis Flauij Clæmentis in
Pontianā insulam cū multis alijs exiliauit: mul
tosq; nobiles ex Romanis necauit. Hic domi-
nū ac deū se appellari scribiq; iussit: nullāq; nisi
aureā vel argenteā statuā sibi in palatio statui
ꝑmisit. In tantā vero mentis segnitiē deuenit,
vt remotis oibus/solus in palatio muscarū ꝑse
queret agmina. Quem cū qdam percunctare-
tur an aliqs esset in palatio, respōdit, ne musca
qdem. Cūq; odiosus esset oibus, coniuratio-
ne suorū interfectus est in palatio: ascita in cō
silium vxore sua Domitia, ob amorem Paridis
Histrionis, anno vitæ suæ .xxxv. Funus eius
per vespiliones cū ingenti dedecore exportat,
& ignobiliter est sepultū: senatusq; nomē eius
abradendum decreuit, neqs eū imperatorē no
minaret. Hic in arte sagittādi tam doctus fuit,
vt inter expansos digitos hominis a longe stan
tis/sagittam transmitteret. ¶ Hic primo anno i
suo Eunuchos ꝓhibuit. Anno dñi.lxxxiiij. Ti ij
tus decreto senatus inter deos reputatur. An- iij
no domini.lxxxv. Domitianus plurimos sena
torum in exilium mittit.

iiij Anno dñi.lxxxvi.Anianus primus post Mar-
cum Alexandriæ episcopus obijt,post.xxvij.
episcopatus sui annum. Cui Albilius secūdus
v succedit. Anno dñi.lxxxvij. Quintilianus ex
Hispania Calagurritanus primus Romæ pu-
blicam scholam habuit:& Salariū e fisco accæ
vi pit.Anno dñi.lxxxviij. Domitianus mathema
vij ticos & philosophos vrbe pepulit. Anno dñi.
lxxxix.Anacletus tertius a Petro Clæmēti suc
cessit:sedēsq; annis.xij.mēses.x. passus est sub
viij Traiano.vi.kal.Maij.Anno dñi.xc.Domitia
ix nus Forum & multa ædificia fecit.Anno dñi.
xci.Hæresis Menādri & aliorū multorum ori
x tur. Anno dñi.xcij.Domitianus de Dacis &
xi Germanicis triūphauit. Anno dñi.xciij. Do-
xij mitianus prohibuit vites in vrbibus feri.Anno
dñi.xciiij. Domitianus persecutionē secūdam
in christianos primus post Neronē mouit:iu-
xta ecclesiasticā historiam in vrbe Roma, Ana
cletus.xij.annis in episcopatu exactis, sacerdo
tij sedem Clæmenti tradidit:quā ille nouē an-
xiij nis tenuit.Anno dñi.xcv.Domitian⁹ multos
xiiij nobiliū perdidit. Anno dñi.xcvi. Dionysius
Ariopagita primus Atheniensium episcopus a
Paulo apostolo constitutus:sed postea in Gal
lias prædicator directus,apud Parrhisiū decol
latus est,cū Rustico & Eleutherio, sub Sisin-
no præfecto:anno a passione dñi.lxiiij.
xv Anno dñi.xcvij. Flauia Domicilla in insulam
Pontianā exiliata est.Anno dñi.xcviij.Domi-
tianus a suis interfectus est.

Anni Neruæ.

ANno dñicæ incarnationis.xcix. vrbis ve-
ro conditæ.dcccxlix. Nerua Cocceius op
pido Narniensi genitus,mediæ nobilitatis, ad
modum senex, decimus ab Augusto suscæpit
imperiū:regnauitq; anno vno, menses quatu-
or,dies octo. Hic in priuata vita moderat⁹ &
strenuus:in imperio ciuilissimū se & æquissi-
mum præbuit. Hic ex decreto senatus consti-
tuit irritū fieri, quicquid Domitianus fieri ius-
sit:& edicto suo exules omnes reuocauit. Vñ
& sanctus Iohānes apl's ab exilio Ephesum re
diens, & ecclesiā hæresibus turbatā inueniens,
hortatu fratrū euangeliū scripsit, quo fidem re
ctam confirmauit. Nerua vero adoptato in re-
gnum Traiano, morbo confectus obijt mense
qnto anni secūdi imperij sui:ætatis anno.lxxij.

Anni Traiani.

ANno dñicæ incarnationis.c.vrbis cōditæ
dcccl. Vlpius Traianus Crinitus ex vrbe
Tudertina genitus, genere Hispanus, ex fami
lia antiqua magis q̄ clara,cum tñ pater eius cō
sul esset,apud Agrippinā nobilem Galliæ ci-
uitatē imperator factus est;regnauitq; vndeci-
mus ab Augusto annis.xix.menses.vi.dieb⁹.v
Hic rempublicā ita administrauit, vt omnibus
principibus merito præponeret. Nam cū duo
sint quæ ab egregijs principib⁹ expetātur: san
ctitas domi,in armis fortitudo, vtrobiq; potē
tia:tantus in eo maximarū rerū fuerat modus,
vt quasi tēperamento quodam virtutes miscu-
isse videret,nisi q cibo/vinoq; paululum dedi
tus erat:laboris patiens fuit:iustitiæ iurisq; hu
mani & diuini tam repertor noui/q̄ veterū cu
stos. Multa Romano impio adijciebat: multa
beneficia p totū orbē qbusq; præstabat:fuit.n.
bellicosus, & in oībus bonis studiosus. Hunc
cū amici culparēt q nimiū cōmunis esset erga
oēs, respōdit. Imperator talis esse debet erga
subiectos, quales se erga impatores esse opta-
ret/ipse priuatus. Huius ergo imperiū crede-
batur diuinitus datū, in remediū pditi & pstra
ti senatus Romani: p eo q plæraq; magnifica
illud denūciauerint: in qbus illud præcipuū q
cornix e fastigio capitolij attico sermone cla-
mauit, kalos. Hic postea deceptus errore, cum
persecutionem tertiam moueret in christianos,
& Plinius secundus qui inter cæteros iudices,
vt Tertullianus refert, persecutor datus erat,
ei suggereret, eos homines nihil morte dignū
gerere, nisi q dijs non immolarent, & Chri-
stum veluti deū ante lucē surgentes laudarent,
a malis vero oībus abstinerēt: rescripsit ei Tra
ianus, christianos p fide nullatenus inquiren-
dos:sicq; persecutio sedata est. Igitur Traian⁹
post ingētem gloriam bello domiq; quæsitā e
Perside rediēs, apud Seleuciā Isauriæ pfluuio
ventris extinctus est:anno vitæ suæ.lxiij.men
se primo.die.iiij. Mense vero.vi.anni vicesimi
regni sui. Cuius exusti corporis cineres in vr-
na aurea relati Romā, humati sunt in foro Tra
iani, sub eius columna, cuius altitudo.cxl. pe-
des habet: & imago supposita est triumphanti
um more inuecta, senatu & exercitu præeunte
solusq; oīm intra vrbem sepultus est. Hui⁹ me
moriæ tantū delatū est, vt vsq; ad nostrā ætatē
nō aliter in senatu principibus acclamaret, nisi
fœlicior Augusto, melior Traiano. ¶ Huius
anno primo Iohannes apl's & euāgelista apud i
Ephesum obdormiuit, anno a passiōe domini
lxviij. vitæ suæ.xcix. Alexandriæ tertius ordi-
natur episcopus Cerdo:qui sedit ibi annis vn-
decim. Anno domini.ci. Nerua iussu senatus ij
inter deos refertur. Anno domini.cij. Anno iij iiij
domini.ciij. Euaristus papa quartus ordinat:
sedensq; annis octo, patitur sub Traiano.vi.
kal.Nouemb. Indictio prima.
Anno domini.ciiij. Traianus multos Roma- v
no subiecit imperio.

vi vij Anno dñi.cv.Anno dñi.cvi.Traianus de Da
viij cis & Scythis triũphauit.Anno dñi.cvij.Ter⸗
ræmotu quatuor vrbes Asiæ subuersæ sunt.
ix x Anno dñi.cviij.Anno dñi.cix.Traianus per⸗
secutionẽ quartã mouit in christianos: in qua
Simon Cleopæ filius, q in Hierosolymis epi
scopatũ tenuit post Iacobum/ crucifigit̃, cum
esset centũ viginti annorũ: ꝑ quo Iustus ordi⸗
natur. Ignatius ꝗcꝫ secundus Antiochiæ eṗs
Romã adductus, bestijs tradit̃: pro quo terti⁹
Heron constituit̃. Anno dñi.cx.Plinius secũ⸗
xi dus clarus habet̃: & pro christianis agit. Anno
xij dñi.cxi.Alexander quintus Romanæ ecclesiæ
papa ordinat̃: sedensꝗ; annis decem, cũ Euen⸗
tio & Theodolo patit̃.v.Noñ. Mai.sub Ha⸗
driano duce Aureliano. Quartus Alexandriæ
ordinat̃ episcopus nomine Primus: seditꝗ; an
xiij xiiij nis.xij.Anno dñi.cxij.Anno dñi.cxiij.Tres ci
xv uitates Galatiæ terræmotu corruerunt. Anno
dñi.cxiiij.Hierosolymæ quartus ordinat̃ epi⸗
scopus Zacheus: post quẽ Tobias quintus,
Beniamin sextus, Iohãnes septimus, Mathias
octauus, Philippus nonus, Seneca decimus,
Iustus vndecimus, Leui duodecimus, Effrem
tredecimus, Ioses vel Ioseph decimus quart⁹,
Iudas decimus qntus. Hi quindecim ab apo⸗
stolis vsꝗ; ad euersionẽ & restaurationẽ Hie⸗
rusalem, quæ sub Hadriano facta est, ex circũ
cisione præfuerunt Hierosolymis a passione
dñi per annos fere centũ & sex. Anno dñi.cxv
xvi Traianus Armeniã, Assyriã, & Mesopotami
xvij xviij am fecit prouincias.Anno dñi.cxvi.Anno dñi
cxvij.Salaminã Cypri vrbem subuerterunt Iu
xix dæi: Anno dñi.cxviij.Traian⁹ ꝓfluio ventris
morit̃. His tp̃ibus apud Asiã supererat adhuc
& florebat ex apostolorũ discipulis Polycarp⁹
Smirneorum ecclesiæ eṗs: & Papias similiter
apud Hierapolim sacerdotiũ gerẽs. Indictio.i.



Nno dñicæ incarnationis centesi⸗
mo.xix.vrbis cõditæ.dccclxx.He
lius Hadrianus genere Italicus, fi
lius Hadriani qui fuit consobrin⁹
Traiani de Hadria ciuitate, agri
Piceni, vñ & mare Hadriaticũ dicit̃, duodeci⸗
mus ab Augusto imperator efficit̃: regnauitꝗ;
annis.xxi.Hic licet esset filius consobrini Tra⸗
iani, noluit tñ eum adoptare: sed sine volunta⸗
te eius factus est imperator: operã tñ dante Plo
tina vxore Traiani. Vñ & gloriæ Traiani inui
dens/ tres ꝓuincias reliquit, quas Traianus ad
iecit, Armeniã, Assyriam, & Mesopotamiã.
Hic eruditissimus & facũdissimus fuit græco
latino sermone: acutus nimis ad interrogãdum
& respondendum: ordinata respondens ordi⸗
natis, iocosa iocosis, maledica maledicis, canti
lenã cantilenis, ficta fictis, ita vt præmeditatũ
crederes eũ contra oĩa. In omnib⁹.n.oĩa studia
Atheniensiũ secutus est: in loquẽdo, in canen
do in psallendo, in medicinæ arte discenda, in
musica, in geometria. Itẽ pictorum & figulo
rum scientiã habuit, & oĩa hæc ꝑfecte didicit:
aliaꝗ; multa, ita vt rara esset res illi nõ expta: &
sup ꝗ credi possit/ hæc in memoria retinebat:
loca, res, causas, milites, & eos quos nunꝗ vi
debat/ ꝓprijs noĩbus appellabat. Fuit homo va
rius, & multiplex ac multiformis: dissimula⸗
tor in bono & in malo. Et vt bonũ se ostẽderet,
vitia quæ habebat/ callide abscõdebat. Hic per
Quadratũ apostolorũ discipulum, & per Ari
stidem Atheniẽsem, virũ fide sapientiaꝗ; ple⸗
num, & per Serenũ Granium legatũ, libris de
christiana religiõe cõpositis instruct⁹, mitior
christianis efficit̃. Multos labores sustinuit,
orbem circueundo, & multa reparãdo. Alexan
driam & Hierosolymam dudum subuersas re
staurauit. Iudæos denuo rebelles vltima cæde
perdomuit: ablata eis licentia Hierosolymã in
troeundi: quã ipse in meliorem statũ in eo loco
vbi dñs extra portã crucifixus est/ restaurauit:
& Heliam de suo noĩe vocauit. Obijt in Cãpa
nia apud Baias morbo subcutaneo, anno æta⸗
tis suæ.lxij.imperij.xxi.mense.x.

Anni Hadriani.

PRimo anno suo Alexãdriã publicis restau i
rauit impensis. Anno dñi.cxx.Senat⁹ inter ij
deos refert Traianũ. Anno dñi.cxxi.Alexãder iij
papa passus est: cui succedens Sixtus papa.vi.
sedit annis.ix.patit̃ꝗ; sub Hadriano.viij.Idus
April. Anno dñi.cxxij.Iustus Alexãdriæ qn⸗ iiij
tus ordiat̃. Anno dñi.cxxiij.Anno dñi.cxxiiij. v vi
Anno dñi.cxxv.Anno dñi.cxxvi. Saturnides vij viij
& alij duo hæresim cõdiderũt. Anno dñi. cxx ix
vij.Anno dñi.cxxviij. Quadrat⁹ apl̃orũ disci x
pulus, & Aristides Atheniẽsis noster philoso
phus libros de fide composuerunt. Anno dñi xi
cxxix. Anno dñi.cxxx. Telesphorus papa. vij xij
ordinat̃: sedensꝗ; annis.x. patit̃ sub Hadriano
Noñ. Iañ. Hic cõstituit missas in sancta dñicæ
natiuitatis nocte celebrari: & tp̃e sacrificij glo⸗
ria in excelsis cantari. Antiochiæ.iiij.eṗs Cor⸗
nelius ordinat̃. Anno dñi.cxxxi.Nicopolis & xiij
Cæsarea terræmotu corruerũt. Anno domini xiiij
cxxxij.Eumenes Alexãdriæ.vi.ordinat̃: sedit
annis.xiij.Anno dñi.cxxxiij. Indictio.i. xv
Anno dñi.cxxxiiij. Anno dñi.cxxxv. Anno xvi xvij xviij
dñi.cxxxvi. Anno dñi. cxxxvij. Hierosolyma xix
ab Helio Hadriano restaurata: & ab eius noĩe
Helia vocata est. Anno dñi. cxxxviij. Marcus xx
Hierosolymæ ordinat̃ episcopus primus ex
gentib⁹, cum antea fuerint.xv.ex circũcisione.

xxi ¶Anno dñi.cxxxix. Hadrianus morbo sub-
cutaneo morit̃. Hoc regnãte, Aquila Ponticꝰ
sacras scripturas de hæbreo trãstulit in græcũ
Anni ab initio mũdi.iiij.mil̃.c.


Nno dominicæ incarnatiõis.cxl.
vrbis conditæ.dcccxci. Antoninꝰ
Fuluius Boiomus, qui ꝑpter clæ
mentiã postea cognominatus est
Pius, genere claro / sed nõ admo-
dum vetere, tertius decimus ab Augusto sorti
tus est imperiũ: regnauitq; annis.xxij.mensibꝰ
iij. Iste ab Hadriano adoptatus est in filiũ: cuiꝰ
& gener fuit, vir insignis, & q merito Numæ
Pompilio conferat̃, sicut & Traianus Romu-
lo æquatur. Vixit ingenti honestate priuatus:
maior in imperio: nulli acerbus: cunctis beni-
gnus: in re militari gloriæ moderator: defende
re magis ꝓuincias q̃ ampliare studens: viros
æquos ad ministrandam rempublicã quærẽs.
Et cũ orbem terræ nullo bello per annos.xxij.
autoritate sola rexerit, adeo tremebant eum / &
amabant cuncti reges & nationes ac populi, vt
parentẽ siue patronũ magis q̃ dominũ vel im
peratorẽ eum reputarent: omnesq; in morem
cælestium ꝓpitiũ optantes, de cõtrouersijs in
ter se iudicẽ poscerẽt. Obijt aũt anno vitæ suæ
lxxvij. Anni Antonini.

i PRimo huius anno Iginus papa octauus
ordinatus: sedit annis.iiij.decessitq;.iiij.Idꝰ
ij Iañ. Hic clerũ constituit: & gradus distribuit.
Anno dñi.cxli. Valentinus & Cerdo ecclesiã
iij impugnant hæresi. Anno dñi.cxlij. Iidem hæ
iiij resiarchæ Romam venerunt. Anno dñi.cxliij
Iustinus philosophus librũ pro christiana reli-
gione compositũ Antonino obtulit: eũq; beni
v uolum erga christianos fecit. Anno dñi.cxliiij
Pius papa nonus, sedit annis.xv. migrauit.v.
vi Idus Iulij. Anno dñi.cxlv. Antiochiæ quintꝰ
vij cõstituit̃ eps Heros. Anno dñi.cxlvi. Alexan
driæ septimus ordinat̃ Marcus, per annos.x.
viij ix x Anno dñi.cxlvij. Anno dñi.cxlviij. Anno dñi
xi cxlix. Anno dñi.cl. Apollonius Stoicus Cal-
xij xiij chidicus claruit. Anno dñi.cli. Anno dñi.clij.
xiiij Anno dñi.cliij. Crescẽs quidam Cynicus phi
losophus, in Iustinũ nostri dogmatis philoso-
phũ ꝑsecutionẽ mouit: qua illum gulosum &
philosophiæ præuaricatorẽ esse coarguit: in
qua persecutione Iustinus gloriose pro Chri-
xv sto sanguinẽ fudit. Anno dñi.cliiij. Antoninꝰ
cõmotꝰ hæresi Crescẽtis, vniuersis Asiæ plæ
xvi bibus scripsit epistolam pro christianis. Anno
dñi.clv. Alexandriæ Celadion ordinatur.viij
xvij xviij qui sedit annis.xiiij. Anno dñi.clvi. Anno dñi
xix clvij. Anno dñi.clviij. Indictio prima.
xx Anno dñi.clix. Anicetus papa decimus ordi-
natur: qui sedit annis decem. Sub quo Polycar
pus Romã veniens, multos correxit / quos Va
lentini & Cerdonis error subuertit. Hic ergo
Anicetus constituit, vt clerus comã non nutri
at: passusq; est sub Marco & Seuero.xvi.kal.
Mai. Anno dñi.clx. Hierosolymæ post Mar- xxi
cum ordinatur Cassianus.xvij. deinde Publi-
us.xviij. Maximus.xix. Iulianus.xx. Gaianꝰ
xxi. Symmachus.xxij. Gaius.xxiij. Iulianus.
xxiiij. Capito.xxv. Anno dñi.clxi. Antoninus xxij
obijt apud Loriũ villam suã.

ANno dñi.clxij. ab vrbe condita.dcccxiij.
Marcus Aureliꝰ Antoninus Verꝰ, quar i
tus decimus ab Augusto imperiũ adeptus est:
in quo regnauit annis.xix. Iste haud dubie no
bilissimus fuit, qppe cuius origo paterna a Nu
ma Põpilio, materna vero a Solone rege pen-
debat. Hic omnes virtutes / & cæleste habebat
ingeniũ: & in calamitatibus publicis factus est
quasi defensor: & si in illis tẽporibꝰ ipse nõ fu
isset, sine dubio gloria Romana perisset. Iste
ꝓpinquũ suum Luciũ Anniũ Seuerum, qui
erat gener Antonini Pij noua beniuolentia cõ
sortẽ imperij fecit: tumq; primũ Romana res
publica duobus æquo iure imperium admini
strantibus paruit: cũ vsq; ad illos semper singu
los habuisset Augustos. Hi bellum cõtra Par-
thos gesserunt: ad quod cũ Lucius Annius Se
uerus perrexit: multaq; & ingentia per se / du-
cesq; suos peregit: rediensq; cũ victoria in Ve-
netia obijt: anno imperij.xi. Sicq; Marcus An
toninus iterũ solus imperiũ obtinuit.
Anni Antonini Veri.

PRimo huiꝰ anno Vologesus rex Parthorũ i
post victoriã Traiani tũc primũ rebellãs,
vicinas sibi Romanas prouincias depopulatus
est: contra quẽ Lucius Annius ꝓfectꝰ est. An ij
no dñi.clxiij. Lucio cæsari Athenis sacrificãti
ignis in cælo ab oriente in occidentẽ visus est
ferri. Anno dñi.clxiiij. Fronto orator insignis iij
habet̃: qui Marcũ Antoninũ Verũ latinis lite-
ris erudiuit. Anno dñi.clxv. Seleucia vrbs Sy- iiij
riæ cũ.ccc.milibus hoĩm a Romanis capta est.
Anno dñi.clxvi. Anno dñi.clxvij. Orta ꝑsecu v vi
tiõe quarta a Nerone sub his regibus, Polycar
pus, & Pionius, & alij multi passi sunt. Anno vij
dñi.clxviij. Anno dñi.clxix. Sother papa.xi. viij
ordinat̃: seditq; annis.ix. decessit.xi.kal̃. Mai.
Agrippinꝰ Alexãdriæ nonꝰ ordinat̃ eps. An- ix
no dñi.clxx. Theophilus vir sapiens ordinat̃
Antiochiæ episcopus.vi. Anno dñi.clxxi. Di x
onysius Corinthiorũ episcopus clarus habet̃.
Sed & Pynetus Cretẽsis eps, Melito Sardẽsis
Philippus & Apollinaris, Musanus & Mode
stus, & ꝑcipue Hierenæus Lugdunẽsis eps.

¶Egeſippus quoq; his tēporibus claruit: qui
ſub Aniceto papa Romā veniēs, vſq; ad Eleu
therium papam permanſit: multaq; ingenij ſui
l xi monimenta reliquit. Anno dñi.clxxij. Lucius
Annius Antonin⁹ Seuerus obijt: & Aurelius
Marcus Antonin⁹ Verus regnū ſolus obtinu
it; ſed Lucium Commodum filiū ſuum regni
xij conſortē fecit. Anno dñi.clxxiij. Melito Sar-
denſis epiſcopus Apologeticū Antonino im-
xiij peratori ꝓ chriſtianis dedit. Anno dñi.clxxiiij
xiiij xv xvi Anno dñi.clxxv. Anno dñi.clxxvi. Anno dñi
clxxvij. Antiochiæ.vij. ordinaẽ Maximus. An
xvij no dñi.clxxviij. Eleutherius papa.xij. ordinaẽ:
ſedenſq; annis.xiij. deceſſit.viij. kal. Iunij. Ad
hunc Lucius rex Britāniæ literas miſit, rogās
vt baptizareẽ: quod & impetrauit.

Indictio prima.

xviij xix Anno dñi.clxxix. Anno dñi. clxxx. Antonin⁹
in Pannonia moritur.

ANno dñicæ īcarnatiōis.clxxxi. vrbis
vero conditæ.dccccxxxij. Luci⁹ Au
relius Commodus Antoninus, fili⁹
Antonini Veri.xv. ab Auguſto im-
perium accæpit: & annis.xij. ac men
ſes.viij. regnauit: nihil paternū habens, niſi ꝙ
contra Germanos & ipſe fœliciter pugnauit.
Hic ſeptembrē menſem ad nomē ſuū transfer
re conat⁹ eſt, vt Cōmodus dicereẽ. In luxurijs
& omni ſorde vixit. Senatores multos interfe-
cit, maxime ꝙs vidit nobilitate & ſapiētia præ-
cellere: inter quos & Saluiū Iulianū legis lato
rē occidit. Huic Martia libertini generis vxor
fuit: forma & meretricijs artibus pollēs. Quæ
cum animū eius penitus deuinxiſſet, egreſſo e
balneo veneni poculum obtulit: ammiſſoq; ei
fortiſſimo palæſtrita ī domo Veſtiliani eū ſtrā
gulari fecit: anno ætatis ſuæ.xxxij. Qui in tan
ta execratione fuit omnibus, vt hoſtis humani
generis etiā mortuus iudicareẽ.

Anni Commodi.

i HIc primo imperij ſui anno de Germanis
fœliciter triūphauit. Iulianus Alexādriæ
ij x. ordinat⁹: ſedit annis decē. Anno dñi.clxxxij.
iij iiij Anno dñi.clxxxiij. Anno dñi.clxxxiiij. Hiero
ſolymis ordinaẽ Maximus eṗs.xxvi. poſt quē
Antonin⁹.xxvij. Valens.xxviij. Dulichianus.
xxix. Narciſſus.xxx. Helius.xxxi. Germanio.
xxxij. Gordi⁹.xxxiij. item Narciſſus.xxxiiij.
horū epiſcopatus anni & tempora nō ſunt co-
v vi gnita. Anno dñi.clxxxv. Anno dñi.clxxxvi.
vij viij Anno dñi.clxxxvij. Anno dñi.clxxxviij. Ori-
ix genes Alexādriæ naſcitur. Anno dñi.clxxxix.
x xi Anno dñi.cxc. Anno dñi.cxci. Victor papa.
xiij. ordinaẽ: ſedēſq; annis.x. patiẽ ſub Seuero
Septio.xij. kal. Mar. Demetri⁹ ordīaẽ Alexā-
driæ.xi. ſeditq; annis.xliij. Anno dñi.cxcij. Se xij
rapion Antiochiæ ordīaẽ eṗs.viij. Anno dñi xiij
cxciij. Aurelius Cōmodus omnibus incōmo-
dus ſtrangulatur. Anno dñicæ incarna. cxciiij
vrbis conditæ nongenteſimo.xlv. Helius Per
tinax ſextus decimus ab Auguſto ſuſcæpit im-
perium: regnauitq; menſes ſex. Hic ex liberti-
no patre in Liguria natus, cū præfecturam vr-
bis ageret iam ſeptuageneſarius, ex ſenatus con-
ſulto ſuſcæpit imperiū, coactus & repugnās:
vñ & Pertinax dictus eſt, ꝑ multos labores ad
ſummos ꝓuectus honores. Qui intantū certa
uit, vt fortunæ pila vocareẽ. Hic obſecrante ſe-
natu vt vxorē ſuam vocaret Auguſtam, filiūq;
ſuum Cæſarem, ſufficere inquit debet/ ꝙ ego
ipſe inuitus regnaui cū non mererer. Hunc ſe-
ptimo menſe, ſiue vt alij volunt, octogeſimo
primo die occidit in palatio Didius Saluius
Iulianus iuris peritus, Mediolanēſis vir nobi
lis, nepos Saluij Iuliani illius qui ſub diuo Ha
driano leges cōpoſuit: factioſus, præceps, re-
gni auidus. Occiſo aūt Helio Pertinace, idem
Iulianus rempublicā inuaſit: ſed non vltra ſe-
ptem menſes regnauit. Hoc.n. tempore Niger
Piſcenius apud Antiochiā, & Seuerus Septi-
mus in Sabaria Pannoniæ/ eleuanẽ imperato-
res. Ab hoc Seuero Iulianus bello ciuili victus
eſt apud Pontem Miluiū: & fugiens in palati-
um captus eſt: & extenta ceruice more damna-
torū decollatus eſt.

ANno dñicæ incarnatiōis.cxcv. ab vrbe cō
dita nongēteſimo.xlvi. Seuerus Septim⁹
adeptus eſt imperiū, ſeptimus decimus ab Au-
guſto: regnauitq; annis.xvij. mēſes.iij. Iſte ori
undus ex Africa, ſol⁹ omniū memoria ex Afri
ca imperator fuit. Primum fiſci aduocatus fuit:
mox militaris tribunus: per multa deinde & va
ria officia vſq; ad miniſtrationē totius publi-
cæ rei peruenit. Et quia Heliū pertinacem vl-
tus eſt in Iuliano, Pertinacē ſe dici voluit. Bel-
la multa fœliciter egit. Ex quibus maximū in
Britānia: vbi vt receptas ꝓuincias in ſecuritate
teneret, vallum firmiſſimū crebris turribus ſu-
perpoſitis ꝑ.cxxxij. paſſuū a mari ad mare per
duxit: ibiq; apud Eburacū moritur anno vitæ
ſuæ.lxv. imperij.xvij. Duos filios reliquit, Baſ
ſianū & Geram: ſed Gera hoſtis publicus iudi
catus eſt: Baſſianū vero ſucceſſorē reliquit: cui
nomen Antonini imponi voluit. Huius tem-
pore perſecutione quinta in chriſtianos facta,
multi ꝓ fide Chriſti coronati ſunt: inter quos
& Leonides pater Origenis martyrizatus eſt.
Hoc regnante Samarites quidam Symmach⁹
Iudæorū factus ꝓſelitus: item diuinas ſcriptu

ras ex hebræo in Græcū transfudit: suāq; edi-
tionem condidit. Sed hic vt in ecclesiastica hi-
storia legit̃, Hebioneus fuit: quæ est hæresis
asserens Christū de Ioseph & Maria natū, pu
rum hoīem fuisse: & legē ritu Iudæorū seruā
dam esse. Cōmentarios etiā quosdam idem cō
scripsit: in quibus conatur de euangelio sc̄d'm
Matthæū autoritatē suæ hæreseos confirmare
Post hunc anno pene tertio, Theodotio Pon-
ticus item suā in eodem opere editionē fecit.

Anni Seueri.

i PRimo anno suo Seuerꝰ Iulianū interfecit:
ij seq; Pertinacē appellari præcæpit. Anno
dñi. cxcvi. Clæmens Alexādrinæ ecclesiæ pre
sbyter, & Panthenus Stoicus philosophus in
disputatione dogmatis nostri disertissimi ad-
iij huc floruerūt. Anno dñi. cxcvij. Narcissꝰ Hie
rosolymitanus ep̄s, & Theophilus Cæsarien
sis, Polycarpus q̄q; & Bachilus Asianæ ꝓuin
iiij ciæ episcopi īsignes habent̃. Anno dñi. cxcviij
Quæstiōe orta in Asia inter ep̄os, an sc̄d'm le
gem Moysi. xiiij. die mensis primi pascha cele
brandum esset, Victor papa datis late libellis
constituit, die dñica pascha celebrari: sicut &
prædecessor eius Eleutherius, a. xiiij. luna pri
mi mensis vsq; in vicesimā primam. Cuius de-
cretis fauens Theophilus Cæsariæ palestinæ
episcopus, cū cæteris ep̄is qui in eodem conci
lio erant, scripsit synodicā epistolam valde vti-
lem aduersus eos qui cum Iudæis pascha cele-
v vi brant. Anno dñi. cxcix. Anno dñi. cc. Seuerus
vij viij Parthos & Arabas superat. Anno dñi. cci. An
ix no dñi. ccij. Anno dñi. cciij. Zepherinus papa
xiiij. ordinat̃: sedēsq; annis. xviij. migrauit. vij.
x kal'. Septemb. Anno dñi. cciiij. Persecutio quin
ta facta est in christianos: in qua inter multos
alios Leonides pater Origenis passus est pro
Christo. Ipse vero Origenes octauū decimū
agens ætatis annū, in multisq; ꝓficiens, gram
maticam etiā gentiles docebat: multosq; ad fi-
dem conuertebat: inter quos Plutarchū, & fra-
trem eius Heraclam, quorū Plutarchus etiam
martyrij palmā consecutus est: Heraclas vero
xi post Demetriū / Alexandriæ prælatus est. An
no dñi. ccv. Alexander ob confessionē Christi
xij xiij habet̃ clarus. Anno dñi. ccvi. Anno dñi. ccvij.
Perpetua & Foelicitas bestijs reputant̃ Cartha
xiiij xv gine. Anno dñi. ccviij. Anno dñi. ccix. Seuerꝰ
xvi bellū in Britānos transfert. Anno dñi. ccx. Ter
xvij tullianus omniū ore celebrat̃. Anno dñi. ccxi.
xviij Origenes Alexandriæ studet. Anno dñi. ccxij.
Seuerus Eburaci morit̃ in Britannia.

ANno dñicæ incarnationis. ccxiij. ab vrbe
condita nongentesimo. lxv. Marcus An-
toninus Bassianꝰ Caracalla filius Seueri. xviij
ab Augusto, successit patri in imperiū: regna-
uitq; annis sex, mensesq; duos. Hic Bassianus
a noīe aui materni dictus: rogatu patris a sena-
tu appellatus est Antoninus. Et quia plurimas
vestes e Gallia deferēs, talares caracallas ex his
fecit: populūq; his vestibus indutū ad salutan-
dum se ingredi præcæpit, Caracalla nuncupa-
tus est. Hic morum fere paternorū paulo fuit
asperior & minax: impatiens fuit libidinis, in
tantū vt nouercam suā Iuliam duxisset vxorē.
Hic cōspecto Magni Alexādri corpore, Ma
gnum se atq; Alexādrum iussit appellari. Adu
latiū fallacijs eo perductus, vt truci fronte &
ad leuum humerū cōuersa ceruice quod in ore
Alexandri notauerat incedens, fidem vultus si
millimi persuaderet sibi. Is aduersum Parthos
moliens expeditionē, apud Edissam secedens
ad officia naturalia, a milite qui quasi ad custo
diam sequebat̃, interfectꝰ est anno ætatis suæ.
xliiij.

Anni Antonini Caracallæ.

PRimo huius anno Asclepiades ep̄s. x. An- i
tiochiæ ordinat̃. Anno dñi. ccxiiij. Alexan ij
der episcopꝰ Cappadociæ cum locorū sancto
rum desiderio Hierosolymā tenderet, viuente
adhuc Narcisso ep̄o eiusdem vrbis. xxx. perse-
nilis ætatis viro, & ipse sibi ordinatus est ep̄s,
dño vt id fieret, per reuelationem præcipiente.
Hic itaq; Narcissus miræ sanctitatis vir fuit: q
inter plurima virtutū insignia / ī vigilijs paschæ
cum oleū luminaribus deesset, aquam infundi
iussit: quā benedicens / oleū fecit. Postea a qui-
busdam male sibi conscijs cum iudiciū eius for
midassent, noxio quodam crimine infamatus
est: quorū vnus ita vt nō igni consumeret̃, ve-
ra se dicere testabat̃: alius ne regio morbo cor-
rumperet̃: tertius ne luminibus priuaretur. Et
q̄uis nullus qui vitā eius nouerat, illis licet iu-
rantibus crederet, ille tñ molestias non ferens,
& quietā vitā diligēs / subterfugit: & in secre-
tioribus locis per annos delituit. Primus aūt il
le testis / ex parua scintilla nocte domo sua suc-
censa, cū omni familia igni consumptus est: ali
us regio morbo a pede vsq; ad verticem corru
ptus est: tertius priorū cernens exitum, tandem
confessus est reatū suum: & eo vsq; perstitit in
fletibus. Narcissus vero cū non inueniret̃, ne-
cessariū visum est episcopis vt ordinarent pro
eo aliū, cui nomen Helius: cui post paruū tem
pus successit Germanio: & huic Gordius. Cū
ecce subito quasi rediuiuꝰ apparuit Narcissus,
reuersusq; / rogatu fratrū loco suo est restitutꝰ:
cui iam centū & sedecim annorū Alexāder di-
uino monitu viuo successit: & cū eo ecclesiam
strenue rexit. Anno dñi. ccxv. Anno domini. iij iiij
ccxvi. Anno dñi. ccxvij. Anno dñi. ccxviij. v vi

vij Anno domini.ccxix. Editio quam nominam⁹
viij quintã, Hierosolymis est inuẽta. Anno dñicæ
incarnationis.ccxx. ab vrbe condita nongente-
simo.lxxi. Opilius Macrinus qui præfectus
erat prætorij.xix. ab Augusto imperator efficit
ab exercitu, cũ Diadumeno filio suo: regnãsq;
annũ vnũ, & menses duos, ab eodem exercitu
apud Archelaidem tumultuante occiditur cũ fi
lio. Antiochiæ ordinatur Philetus episcopus
vndecimus. Historia.

ANno dñicæ incarnationis.ccxxi. vrbis ve
ro cõditæ nongẽtesimo.lxxij. Marc⁹ Au
relius Antoninus Varus, qui putabat fili⁹ An
tonini Caracallæ ex cõsobrina sua occulte stu
prata.xx. ab Augusto imperator factus, regna
uit annis.iiij. Huius matris auus Bassianus, sa-
cerdos fuit solis, quẽ Phœnices Heliogabalũ
nominãt: vñ & iste Heliogabalus dict⁹ est, sa
cerdos & ipse in tẽplo Heliogabali. Is cũ Ro-
mam ingenti militũ & senatus expectatione ve
nisset, ꝓbris oĩbus se cõtaminauit: impudicissi
me viuẽs, nullum obscœnitatis genus omisit.
Vñ & cupiditatẽ stupri quã naturæ defectu as
sequi nõdum poterat, in se transferens, mulie-
bri noĩe Bassianã se pro Bassiano iussit appella
ri: vestalem virginẽ quãdam quasi in matrimo
nio iungẽsq; sibi: abscisisq; genitalib⁹ matri ma
gnæ se consecrauit. Hic Marcellũ consobrinũ
suũ qui postea Alexander dictus est, cæsarẽ fe
cit. Post trienniũ vero & menses.viij. ex quo re
gnare cœpit, Romæ tumultu militari cũ matre
sua iterfectus est anno ætatis.xvi. corpusq; ei⁹
per vrbis vias more canini cadaueris tractũ est
a militibus cauillo militari appellantibus eũ, in
domitæ rabidæq; libidinis catulã. Hippolytus
eps̃ multorũ conditor opusculorũ, canonem
temporũ quæ scripsit huc vsq; perduxit: qui eti
am sedecennalem paschæ circulũ reperiẽs, Eu
sebio qui decennouenalem cõposuit, occasio-
nem dedit. Anni Aurelij.

i PRimo Aurelij anno, Calistus papa.xv. or
dinatus, sedit annis quinq;: passusq; est sub
Alexandro imperatore.ij. Idus Octobris. An
ij no dñi.ccxxij. Anno dñi.ccxxiij. Nicopolis q̃
iij prius Emmaus vocabat/condita est, legatiõis
industriã ꝑ ea suscipiẽte Africano temporum
iiij scriptore. Anno dñi.ccxxiiij. Aurelius militari
tumultu occiditur.

ANno dñicæ incarnationis.ccxxv. a condi
tione vrbis nongẽtesimo.lxxvi. Aurelius
Seuerus Alexãder, ignobilis fortunæ.xxi. ab
Augusto imperator factus est iuuenis admo-
dum: ab exercitu Cæsar noĩatus, a senatu Au-
gustus: regnauitq; annis.xiij. Hic Mammeam
matrem suã pie & vnice dilexit: pro quo oĩb⁹
placuit. Illa vero ei multũ dominata, eo vsq; il-
lum coegit, vt illa ipsa permodica si qua mẽsæ
superessent q̃uis semela/alteri conuiuio reser-
uarentur. Quæ tñ postea Origenẽ presbyterũ
audire curauit: eũq; Antiochiã vocatũ/honori
fice tractauit: & eo audito/christiana facta est.
Alexãder itaq; suscepto bello aduersus Persas,
Xersen regẽ gloriosissime vicit: militarẽ disci-
plinã seuerissime rexit: Romæ q̃q; fauorabilis
& amabilis fuit. Cuius tpe Taurinus in oriẽte
sumpsit imperiũ, Iulianus Maxim⁹ in Gallia.
Alexander vero apud Mogontiacũ positus, cũ
videret se a militibus deseri, optauit vt aliq̃s eũ
occideret. Cumq; ei vn⁹ cũ gladio occurrisset,
ille obuoluto capite ceruicẽ præbuit: statimq;
perijt, anno vitæ.xxvi: imperij.xiij. Sub cuius
itẽ imperio, in Nicopoli Actiaca, id est in Epi
ro, editio quam sextam dicimus, inuenta est.
Anni Alexandri.

HIc primo regni sui anno Xersen regẽ Per i
sarũ vicit. Anno dñi.ccxxvi. Vrbanus pa ij
pa.xvi. efficit: sedensq; annis.viij. multos con-
uertit ad fidem: & ad martyriũ exhortatus est:
ipseq; passus est sub Alexãdro.viij. kal. Iunij.
Anno dñi.ccxxvij. Anno dñi.ccxxviij. Vlpia- iij iiij
nus iuris cõsult⁹, assessor Alexãdri claruit. An v
no dñi.ccxxix. Anno dñi.ccxxx. Anno domi-
ni.ccxxxi. Antiochiæ cõstituit Zebennus eps̃ vi vij
xi. Anno dñi.ccxxxij. Anno dñi.ccxxxiij. An- viij ix
no dñi.ccxxxiiij. Pontianus papa.xvij. ordina- x
tus, sedit annis sex: passusq; est sub Maximino
xij. kal. Decemb. Heraclas Alexandriæ ordi
dinat.xij. Anno dñi.ccxxxv. Origenes de Ale xi
xandria in palestinæ Cæsaream transit. Anno xij
dñi.ccxxxvi. Anno domini.ccxxxvij. Alexan- xiij
der Mogõtiæ occidit. Anni Maximini.

ANno dñicæ incarnatiõis. ccxxxviij. vrbis i
cõditæ nongentesimo.lxxxix. Iulius Ma
ximinus genere Thrax, ordine miles.xxij. ab
Augusto imperator factus est sola militũ volun
tate, sine senat⁹ autoritate: regnauitq; annis tri
bus. Hic persecutionẽ sextam a Nerone in chri
stianos exercuit. Huius tpe duo Gordiani pa-
ter & filius imperiũ arripuerũt: sed vnus post
vnũ interierũt. Maximinus aũt bello aduersus
Germanos suscepto, & fœliciter acto, apud
Aquileiã a Puppieno quodam interfectus est
cũ filio adhuc puerulo, cũctis militari ioco cla
mantib⁹/ex pessimo genere nec catulũ haben-
dum fore. Anno dñi.ccxxxix. Maximinus pse ij
cutionẽ sextã mouit in christianos: in qua cum
Pontianus papa occubuisset, Antherus ei suc-
cessit.xviij. papa: sed post mensem vnũ/diesq;
tredecim: & ipse passus est.iij. Nonã. Ianuarij.
Anni ab initio mundi.iiij. mil. cc.

Anno dñi.ccxl.Fabianus papa.xix.ordinaẽ: se
dens annis.xiiij.& mẽsibꝰ.xi.passus est sub De
cio.xiij.kal.Feb.Maximinꝰ impator Aglciæ
occiditur.Antiochiæ Babylas ordinatur.xij.

ANno dñicæ incarnatiõis.ccxli.ab vrbe cõ
dita nongẽtesimo.xcij.Gordianꝰ nepos
Gordiani ex filia/ ortus Romæ ex clarissimo
patre.xxiij.ab Augusto imperator creatus: re-
gnauit annis.vi.Hic cum Romã venisset, Pup
pienus & Galbinus fratres qui occiso Maximi
no imperiũ inuaserũt/de rustico genere, in pa
latio interfecti sunt.Gordianus autẽ admodũ
puer cũ Tranquillinã duxisset vxorẽ Romæ/
ad orientẽ ꝓfectꝰ, bellum Parthis intulit: quo
fœliciter gesto, Persas ingentibus prælijs affli
xit:& cũ rediret/a Philippo qui post eũ regna
uit/occisus est, ãno vitæ.xx. Anni Gordiani.
i ¶Huius anno primo, Iulius Africanus chro-
nographus inter ecclesiasticos scriptores nobi
lis habeẽ. Qui in chronicis quæ scripsit, refert
se Alexandriã ꝓperasse, Aradæ opinione cele
berrima ꝓuocatũ: quem & in diuinis & in hu
manis & philosophicis studijs, atq; in omni
græca doctrina instructissimũ fama loquebaẽ.
ij Anno dñi.ccxlij.Origenes in Cæsarea Palesti
næ, Theodorum cognomento Gregoriũ, &
Anthenodorũ fratrem eius Ponti postea ẽpos
iij insignes, diuina imbuit sapientia.Anno domi-
ni.ccxliij.Porphyrius Plotini Platonici philo-
iiij sophi auditor, Romæ clarus habeẽ.Anno dñi.
ccxliiij.Theopompus chronicus, & Nicanor
v sophista, Athenis claruerũt. Anno dñi. ccxlv.
vi Gordianus bellum Parthis intulit.Anno dñi.
ccxlvi.Gordianus a Philippo interficitur.

Anni Philippi.


Nno dñicæ incarnationis. ccxlvij
vrbis cõditæ nongẽtesimo.xcviij.
Marcus Iulius Philippus. xxiiij.
ab Augusto inuasit imperiũ, occi
so Gordiano:& vna cũ filio suo Gaio Iulio sa
turnino Philippo/regnauit annis.vij.Isti oĩm
impatorũ primi Romæ christiani effecti sunt:
& in ipsis paschæ vigilijs cũ iungi vellent sacri
ficijs, & cõmunicare, a Fabiano pontifice Ro-
mano nõ permissi sunt, nisi prius confiterẽtur
peccata sua, & inter pœnitentes starent. Quod
illi suscipiẽtes libentissime, diuinũ sibi metum
& christianitatis plenissimã fidem rebꝰ & ope
ribus cõprobabant inesse. His anno iam tertio
imperantibus, millesimꝰ annus conditæ vrbis
Romæ impletus est: quo solẽniter ab oĩbus
celebrato, ĩnumerabiles bestiæ in circo magno
interfectæ sunt. Ludiq; theatrales in cãpo Mar
tio celebrati, tribus diebus ac noctibus populo
peruigilante. Ambo deinde scilicet pater & fili
us ab exercitu interfecti sunt: pater Veronæ, ca
pite medio supra ordines dentiũ præciso: filius
vero Romæ cũ esset annorũ.xij.Hic adeo seue
ri fuit animi, vt iam a quinquennij ætate nullo
cuiusq; commẽto ad ridendum solui potuerit:
patrẽq; ludis sæcularibus petulantiꝰ cachinnan
tem licet adhuc puer vultu auersato notauerit.
¶Philippꝰ primo regni sui anno, Philippũ fi- i
lium suũ consortem regni facit. Anno domini ij
ccxlviij.Anno dñi.ccxlix. Alexandriæ Diony iij
sius ordinatur ẽps.xiij. Annus ab vrbe condita
millesimus festiue celebratꝰ est Romæ. Anno iiij
dñi.ccl.Anno dñi.ccli.Anno dñi.cclij. Philip v vi
pus vrbem noĩs sui construxit in Thracia. An vij
no dñi.ccliij.Philippus senior Veronæ iunior
occiditur Romæ.

ANno dñicæ incarnationis.ccliiij. ab vrbe
condita millesimo qnto, Decius in Pan-
nonia inferiori Bubaliæ natus.xxv.ab Augu-
sto inuasit imperiũ: interfectis eius fraude Phi
lippis, hoc est patre & filio, &.xxx.mẽsibꝰ, id
est duobus annis & dimidio. Quidam aũt scri
bunt eum vno tm̃ anno regnasse: sed hoc mul-
tum discordat passionibꝰ sanctorũ qui legunẽ
sub eo passi fuisse. Nam cũ legatur Fabianꝰ pa
pa.xiiij.sui ẽpatꝰ anno martyriũ sub illo accæ-
pisse: & huic Corneliũ triennio in sede succes-
sisse: itẽq; sub eodẽ passum fuisse, Sixtum q̃q;
& Laurentiũ, & Hippolytũ aliosq; q̃plures,
stare nõ potest vt tot sibi in Romana sede succe
dentes vno anno trucidauerit: maxime cũ Cor
nelius vt ecclesiastica docet historia, triennio se
dem tenuerit. Vñ & de ipsorũ q̃q; pontificum
successione quæstio aĩm pulsat, quõ Decio re
gnum vel vno/vel duobus & dimidio anno te
nente: Cornelius episcopatũ Romanũ tribus
iuxta ecclesiasticã historiã annis tenuerit: eiq;
Lucius per octo menses, Stephanus vero ꝑ bi
ennium, dehinc Sixtus per.xi. annos, exin Di-
onysius per nouem annos successerit: cum per
omnem ecclesiam Cornelius & Sixtus, cu-
ius diaconus erat Laurentius, sub Decio passi
prædicenẽ: Lucius vero & Stephanus sub Va
leriano & Gallieno martyrizati legãtur. Qua
de re cõijci potest, successionũ vices vitio scri-
ptorũ ꝓ similitudine noĩm mutatas fuisse: au-
toritatẽ vero catholicæ ecclesiæ ad nos vsq; ꝑ-
latam ꝓbabile est sequẽdam esse. Sed vt ad su-
periora redeamus, Decius filiũ suum Decium
cæsarẽ fecit: & persecutionẽ septimã post Ne-
ronẽ in christianos mouit: occasionem sumẽs
odium Philipporũ quos interfecit: in qua per-
secutiõe multi sanctorũ passi sunt. Huius tem
poribus cũ plurimi Gothi Istrum fluuiũ trans
meantes Romanorũ ciuitates deuastarent, De

cius cũ filio suo illos bello aggressus, xxx. mi-
lia ex eis occidit: de suis ꝗꝗ multos amisit. Fili
us eius etiã interfectus est: ipseꝗ inter cõfusas
turbas gurgite cuiusdã paludis submersus est:
ita vt nec cadauer eius inueniri potuerit, anno
imperij sui. iij. vitæ. l. Hæc iuxta historiam. In
passionũ vero libro scriptum reperit̃, ꝙ interfe
cto Sixto papa, & ei⁹ archidiacono Laurẽtio
alijsꝗ: ac deinde Hippolyto, socijsꝗ ei⁹. xxvij
die post passionẽ sanctorũ, Decius & Valeria
nus præfectus sedentes in carruca cũ tractarẽt
adhuc de nece sanctorũ / dæmonijs arrepti sunt
& in p̃sentia Decij Valerianus expirauerit: De
cius vero rediens in palatiũ / triduo vexatus sit:
& in conspectu Triphoniæ vxoris suæ exha-
lauerit. Qualiter aũt super his veritas se habeat
in scriptorũ ratione consistat. Anni Decij.
i PRimo Decij anno facta in christianos p̃se-
cutione, Fabianus papa. xix. passus est. xiij.
kal̃. Feb. Cui Corneli⁹. xx. succedens, sedit an
num & menses. vij. & dies aliq̃t: licet in ecclesi
astica historia legat̃ (si tñ vitio scriptorũ liber
deprauatus nõ est) tribus annis sedẽ tenuisse:
quod rationi temporũ Decij nõ videt̃ conue-
nire. Alexãder Hierosolymitanus ep̃s Narcis-
si successor, cursum bonum consummauit: cui
Azabanes successit. Antiochenus ꝗꝗ præsul
æqualiter Alexandro decertans, & in vinculis
ij morit̃: post quẽ Fabianus. xiij. constituit̃. An
no dñi. cclv. Corneli⁹ papa, xx. passus est. xviij
kal̃. Octob. cui succedẽs Sixt⁹ papa. xxi. sedit
menses. x. Anno dñi. cclvi. Sixtus papa passus
iij est. viij. Id⁹ Augusti cũ alijs, passi sunt hoc an
no, Polochroni⁹ ep̃s cũ multis, Abdon & Sen
nes, Olympiades & Maximus, Laurẽti⁹ post
Sixtũ, Hippolyt⁹ cũ socijs suis, alijꝗ ꝗplures
Dionysius papa. xxij. post Sixtũ ordinatus, se
dit annis. ij. & mensibus. v.

ANno dñicæ ĩcarnatiõis. cclvij. Ab vrbe cõ
dita mil̃. viij. Vir⁹ Gallus Hostili⁹. xxvi.
ab Augusto ĩpator ab exercitu creat̃: & cũ Vo
lusiano filio suo, regnauit annis. ij. mẽsib⁹. iiij
Huius imperij Dionysius Alexãdrin⁹ ep̃s me
minit ita. At ne Gallus q̃dem malũ Decij aut
videre potuit, aut cauere: sed in eundem lapidẽ
offensionis impingens, sanctos viros persecu-
tus est. His tp̃ibus Aemilianus q̃dam in Mœ-
sia imperator eleuatus est: cõtra quẽ ambo, pa
ter scilicet ac filius pergẽtes / ab exercitu suo in
terfecti sunt: pater habẽs annos vitæ. xlvij. Ae
milianus aũt Maurus genere, post menses. iiij
occisus est. Anni Galli.
i PRimo anno regni Galli & Volusiani, Ori-
genes presbyter anno ætatis suæ. lxx. non-
dum impleto morit̃, & in Tyro sepelit̃: qui in
tantum sedulus fuit scribendi, vt Hieronymus
q̃dam loco dicat, quinꝗ milia librorũ eius se le
gisse. Antiochiæ constituit̃ Demetrianus ep̃s
xiiij. Anno dñi. cclviij. Gall⁹ & Volusian⁹ oc i
cidunt̃. Dionysius papa. xxij. migrauit. vi. kal̃.
Iañ. Hic p̃sbyteris ecclesias distribuit, & paro
ANno dñicæ incarnatiõis (chias diuisit. ij
cclix. vrbis vero conditæ, mil̃. x. Licinius
Valerianus cognomento Colobius, in Rhetia
& Norico agẽs, ab exercitu imperator creat⁹,
mox Augustus est appellatus. xxvij. ab Augu-
sto. Romæ vero Gallienus filius eius a senatu
Cæsar appellatus est: regnaueruntꝗ simul an
nis sex: Gallienus vero solus postea. ix. qui fa-
ciunt annos. xv. Valerian⁹ itaꝗ nobilis q̃dem
erat genere: stolidus tñ & iners multũ: nec ad
aliquẽ vsum publici officij consilio seu gestis
accõmodatus. Gallienus autẽ primũ fœliciter
regnauit: postea vero luxuriose viuẽs, imperiũ
fere adnihilauit. Valerian⁹ igit̃ filiũ suũ Gallie
nũ fecit augustũ: & Corneliũ Valerianũ Galli
eni filiũ cæsarẽ constituit. Mox aũt vt regnare
cœpit Licinius Valerian⁹, p̃secutionẽ a Nero
ne. ix. in christianos exercuit. Postea in Meso-
potamia bellum gerens, a Sapore Persarũ rege
capt⁹, luminibusꝗ priuat⁹, miserabilis seruitu
te ibi cõsenuit. Nam ꝗ diu viuebat, semper ac-
cliuis humi regẽ in equũ ascensurũ dorso attol
lebat. Vñ Gallienus tam claro dei iudicio terri
tus, pacẽ nostris dedit: ob meritum tñ vel pro-
priæ libidinis / vel paternæ theomachiæ, innu
mera Barbaris assurgẽtibus Romani regni de
trimenta sustinuit. Ad vltimũ p̃fectus aduer-
sus Aureolũ ducem suũ, q Mediolano regna-
re tentauit, cõpræhendit illũ apud pontem qui
ex noĩe ei⁹ Aureolus appellat̃, & Mediolanũ
obsedit. Sed cum ibi luxuriose viueret, artificio
eiusdem Aureoli a suis interfect⁹ est, anno æta
tis. l. Hac aũt persecutiõe quæ sub patre suo fa
cta est, aliqui passos esse confirmãt, Corneliũ,
Luciũ, Stephanũ, & Sixtũ Romanos pontifi
ces: cum tñ Corneli⁹ & Sixtus, vt supra dictũ
est, in passionũ libris sub Decio passi legant̃.
Anni Valeriani & Gallieni.
PRimo regni sui anno Licinius Valerianus i
persecutionẽ in christianos mouit. Lucius
papa. xxiij. ordinat̃: sedensꝗ menses. viij. patĩ.
iiij. Noñ. Mar. Cui succedẽs Stephan⁹. xxiiij.
sedit ãnis. ij. patit̃ꝗ. iiij. Noñ. Aug. Anno dñi ij
cclx. Anno. cclxi. Anno dñi. cclxij. Sixt⁹ papa iij iiij
xxv. ordinatus, sedit annis. xi. patit̃ꝗ. viij. Idus
Aug. Cyprianus Carthaginensis ep̃s, doctor
præcipuus: cuius doctissima extant opuscula,
martyrio coronat̃. xviij. kal̃. Octobris. Anno v
dñi. cclxiij. Theodor⁹ cognomẽto Gregori⁹,

cuius supra mentionem fecimus, Neocæsariæ ponti eps̃, magna virtutũ gloria claruit: qui & stagnũ quoddã precibꝰ exiccauit: & montẽ vt
vi eccleſiæ locus ſufficeret, mouit. Anno dñi. cc-lxiiij. Antiochiæ ordinat̃ eps̃. xv. Paulꝰ Samo
vij ſatenus. Anno dñi. cclxv. Valerianus a Sapore
viij Perſarũ rege capit̃. Anno dñi. cclxvi. Gallienꝰ
ix caſu patris perterritus, pacẽ chriſtianis dat. An
x xi no dñi. cclxvij. Anno dñi. cclxviij. Anno dñi.
xij cclxix. Anno dñi. cclxx. Hieroſolymorum eps̃ Hymenæus ordinat̃. Alexãdriæ cõſtituit̃ eps̃
xiij xiiij. Maximꝰ. Anno dñi. cclxxi. Antiochiæ or
xiiij xv dinat̃ eps̃ Doninus. xvi. Anno dñi. cclxxij. Anno dñi. cclxxiij. Dionyſius papa. xxvi. ordinat̃: ſedit annis. ix. Gallienus Mediolani interficit̃.

Anni Claudij.

i ANno dñicæ incarnatiõis. cclxxiiij. vrbis conditæ miľ. xxv. Claudius quẽ multi dicunt a Gordiano creatũ. xxviij. ab Auguſto a militibus electus, a ſenatu Auguſtus appellatꝰ: regnauit annum vnum, menſes. ix. vir parcus & modeſtus: & iuſti tenax: ac reipublicæ idoneus. Hic Gallieni morientis ſentẽtia imperator deſignatus eſt: ad quẽ Ticini poſitũ veſtimẽta regalia ille direxit. Hic interfecto a ſuis Aureolo, recipiens legiones, Gothos per. xv. annos Illyricũ Macedoniãq; vaſtantes, ingenti prælio vicit: deinde aduerſus. xxx. miľ. Alemãnorũ, haud ꝓcul a lacu Benaco dimicans, tantã eorũ multitudinẽ fudit, vt vix dimidia pars remaneret. Qui cũ intra bienniũ morbo interiret, tanto eũ ſenatus decorauit honore, vt diuꝰ appellaret̃: & in curia clippeus aureus, in capitolio vero aurea ſtatua ei poneret̃. Cuius frater Quintilius vir vnicæ moderatiõis & ciuilitatis, ſoluſq; fratri ꝑferendus, a militibus electus, & cõſenſu ſenatus Auguſtus appellatꝰ. xvij. imperij die Aqui
ij leiæ occiſus eſt. Anno dñi. cclxxv. Paulꝰ Samoſatenus Antiochiæ eps̃, a multis epĩs hæreticꝰ eſſe conuincit̃, dogmatizans Chriſtũ cõis naturæ hoĩem tm̃ fuiſſe: aduerſus quẽ Malchion diſertiſſimus Antiochenæ pſbyter eccleſiæ, vt pote q in eadem eccleſia rhetoricã docuerat, accipientibus notarijs diſputabat: ꝗ dialogꝰ vſq; hodie extat. Deiecto aũt Paulo. xvi. Antiochie
i ſubrogabat̃ Doninꝰ eps̃.

Anni Aureliani.

ANno dñicæ incarnationis. cclxxvi. a cõdita vrbe miľ. xxvij. Aurelianus patre mediocri, & vt dicunt Aurelij ſenatoris colono progenitus. xxix. ab Auguſto, imperator electus: regnauit annis. v. menſibus. vi. vir in bello potens: ſed animi immodici, & ad crudelitatẽ ꝓpenſioris: ita vt nõ ſolum nobiles plures dãnaret, ſed etiã ſororis ſuæ filium necaret. Diſciplinæ tñ militaris & morũ diſſolutorũ magna erat ex parte corrector: quiq; Gothos ſtrenuiſſime vicit: haud diſſimilis Magno Alexãdro, ſeu Cæſari dictatori. Nam Romanũ imperiũ triennio ab inuaſoribus receptauit: cũ Alexander annis. xij. per ingentes victorias ad Indiã peruenerit, Gaius cæſar decennio Gallias ſuperauerit, aduerſus ciues q̃driennio pugnauerit. Hic primꝰ apud Romanos diadema capiti ſuo impoſuit: & veſtes auro gẽmiſq; contextas in vſu habuit: quod antea Romanis moribꝰ incognitũ fuit: porcinæ ꝙq; carnis vſum populo cõſtituit. Hic cũ perſecutionem nonã poſt Neronẽ in chriſtianos mouiſſet, fulmẽ ante illũ magno circũſtantiũ pauore ruit: ac nõ multo poſt inter Conſtantinopolim & Heracliã a militibus
occiſus ẽ. Anno domini. cclxxvij. Antiochiæ ij
Thynæus ordinat̃ eps̃. xviij. Anno dñi. cclxx- iij
viij. Anno dñi. cclxxix. Euſebius Laodicenus iiij
episcopus inſignis habetur. Anno dñi. cclxxx. v
Aurelianus occiditur.

ANno dñicæ incarnationis. cclxxxi. ab vrbe cõdita miľ. xxxij. Tacitus ab Auguſto vi
xxx, ſuſcæpit imperiũ: vir egregie moratus, & ad regendã rempublicã idoneus: ſed nihil potuit oſtendere: quia poſt. vi. menſes apud Pontũ occiſus eſt. Huic Florianꝰ ſucceſſit: ſed nec hic aliqd dignũ memoria egit: ꝗa duobus tm̃ menſibus, & . xx. diebus in imperio vixit. Nam dũ magna pars exercitus eligeret Equitiũ Probũ, militiæ peritũ, Florianus quaſi per ludũ tenuit imperium diebus. lx. deinde ſibimet venas incidens, ſanguine interijt fuſo.

ANno dñicæ incarnatiõis. cclxxxij. Probꝰ vij
ab Auguſto. xxxi. imperiũ adeptꝰ, regnauit annis. vi. vrbis cõditæ miľ. xxxiij. mẽſes. iiij Iſte patre genitus ruſtico, hortorũ cultore ſtudioſiſſimo, noĩe Dalmatio, gloria militari ad amminiſtrationẽ publicã acceſſit. Gallias a Barbaris occupatas ingenti præliorũ fœlicitate reſtituit: vir acer: ſtrenuus, & iuſtus: multa gerẽs bella: & qui Aurelianũ gloria militari coæquaret, & morũ ciuilitate ſuperaret. Interfectus eſt aũt apud Sirmiũ militari tumultu. His tꝑibus Anatolius natione Alexãdrinꝰ, Laodiciæ Syriæ eps̃, philoſophorũ diſciplinis eruditꝰ, plurimo ſermone celebrat̃: cuius ingenij magnitudo, de libro quem ſuper paſcha compoſuit: & decem libris Arithmeticæ inſtitutionis, apertiſſime poteſt cognoſci.

Anni Probi.

PRimo Probi anno Fœlix papa. xxvij. ordi- i
natus ſedit annis. v. deceſſitq;. iij. kaľ. Iañ. Hic conſtituit miſſas celebrari, ſuper memori
as martyrũ. Anno dñi. cclxxxiij. Manes qdam ij
extitit genere Perſes, vita & moribus Barbarꝰ:

tam acer ingenio, vt insanire/vel dæmone vide
retur impleri: ex quo insana Manichæorū hæ
iij iiij resis orta est. Anno dñi. cclxxxiiij. Anno dñi.
cclxxxv. Cyrillus.xviij. Antiochiæ ordinatur
v vi ep̄s. Anno dñi. cclxxxvi. Anno dñi. cclxxxvij.
Eutichianus papa.xviij. ordinaẗ: sedensq; men
sibus.x. decessit.vi. Idus Decēb. Cui succedēs
Gaianus.xxix. sedit annis.xv. passusq; sub Di-
ocletiano.x.kal̄.Maij. Alexandriæ ordinatur
Theonas ep̄s.xv. Archela⁹ Mesopotamiæ epi
scopus, librū disputationis suæ quā habuit ad-
uersus Manen Hæresiarcham Syro sermone
composuit: qui translatus a Græcis, habetur a
multis. Anni Cari.

ANno dñicæ incarnatiōis.cclxxxviij. vrbis
cōditæ mil̄.xxxix. Car⁹ Narbone in Gal
lia natus.xxxij. ab Augusto; moxq; filios suos
Carinum & Numerianū/cæsares faciens, du-
os cū his annos regnauit. Is nunciato sibi Persa
rum tumultu, ꝓfectus in orientem, cum apud
Antiochiā maneret, Numerian⁹ filius eius ec-
clesiam voluit intrare: & christianorū mysteria
explorare. Quē cū sanct⁹ Cyrillus ep̄s ꝓhibe
ret, dicens illi, non licere diuina mysteria vide
re, qui pollut⁹ esset sacrificijs idolorū; indigna
tus ille, occidit eum. Carus aūt cum Persas for
titer in bello sterneret, & notissimas vrbes eorū
caperet, sup̄ Tygridem fluuiū castra ponens,
ictu fulminis interijt. Numerianus vero filius
eius cū dolore captus oculorū, in lectica vehe-
retur, insidijs Apri soceri sui occisus est. Cūq;
mors ei⁹ occultareẗ donec Aper regnū posset
inuadere, fœtore corporis scelus ꝓditū est. In
terea Carinus in Italia relictus, Sabinum Iulia
num inuadētem Italiā in campis Veronēsibus
occidit: seipsum vero sceleribus inquinauit. Mul
tos falsis criminibus occidens, nobiliū matro-
nas vi corrūpens: omnibusq; inuisus, non mul
to post trucidaẗ cuiusdā tribuni manibus, cui⁹
ij vxorē dicit̄ polluisse. Anno dñi. cclxxxix. Ca-
rus fulmine perijt: filij eius occisi sunt.

iij ANno dñicæ incarnationis.ccxc. ab vrbe cō
dita mil̄.xl. Diocletianus.xxxiij. ab Augu
sto, impator ab exercitu creatus est: regnauitq;
xx. annis: vir obscurissime natus de Dalmatia.
Quidam.n. dicunt eum fuisse filium cuiusdam
Dalmatæ scribæ; alij vero libertinū Amilij se-
natoris. Fuit aūt natus de ciuitate, & matre Di
oclea; vnde & ipse quousq; imperiū sumeret,
Diocles appellatus est. At vbi sumpsit imperi
um, nomen græcū conuertit in latinū; vt a Di-
oclete diceret̄ Diocletianus. Erat aūt callidus,
& sagax, & admodum subtilis ingenij. Cuius
tempore cū quidam rusticani qui Bagaridæ di
cebantur, tumultū in Gallia facerent, ac Aman
dum, & Aemilianū duces haberent, Diocletia
nus Maximianū cognomento Herculiū cæsa
rem fecit, eum in Galliā contra tumultuantes
misit: quos ille facile deuicit. Erat autem idem
Maximianus de Pannonia natus: genere rusti
cano, inciuilis ingenij, ferus, crudelis, asperita
tem suam vultus etiā horrore significans, luxu
riosus, in consilijs stultus. Genuit vero de Eu-
tropia Syra muliere Maxentiū & Faustā, con-
iugem Constantini: cuius patri Constantio de
dit priuignā suam Theodorā: ex qua ille accæ
pit.vi. liberos fratres Constantini; quē ex con-
cubina Helena generauit in Gallia.

INter hæc per omnes Romanos terminos
turbatio facta est. Carausius q̄dam sumpta
purpura, occupauit Britanniā: Iulianus Italiā,
Achille⁹ Aegyptū, Quinquegētiani Africā,
Narseus rex Persarū orientem. Ob hæc Diocle
tianus Maximianū Herculium fecit imperato
rem: Constantiū vero & Galerium Maximia
num cæsares constituit. Quorū Constantius
Claudij nepos fuit ex filia. Galeri⁹ vero in Da
cia ripensi natus est ex parētibus: fuitq; pastor
armenti: vnde & Armentarius appellatus est:
sed satis laudabilis fuit: pulcher corpore: ma-
gnus & fortis bellator. Hic accæpit filiā Dio-
cletiani Valeriā vxorem. ¶ Carausius post se-
ptenniū a socio suo Alecto fraude occisus est
in Britānia. Maximian⁹ Herculius Quinque
gentianos vicit in Africa. Constantius in Gal-
lia iuxta Lingonas vna die & aduersam/& ꝓ-
speram habuit fortunā. Nam cū repente Barba
ris irruentibus/intra ciuitatē claudi cogeretur,
vix quinq; horis medijs aduētante exercitu, fe-
re.lx. mil̄. Alemannorū interfecit. Diocletian⁹
aūt obsessum Alexandriæ Achilleū, octauo fe
re mense superauit & occidit. Erat aūt cū ipso
& Constantinus filius Constantij. Qui cū ad
huc iuuenis esset, fortiter agebat in prælijs: &
condescendebat semper christianis. Quē vidēs
Diocletianus intellectu animi ac robore corpo
ris ꝓficere, & depræhendens hunc futurū, ty-
rannidis suæ destructorem, inuidia motus, lo-
co eum perimere cogitauit. Deus aūt hunc ino
pinate saluauit: & patri restituit. Galerius autē
Maximianus contra Narseū regem Persarū di
micans, primum victus est: fugiensq; venit ad
Diocletianū in Mesopotamiā; a quo male tra-
ctatus, ita vt faceret eū aliquandiu ante currum
suum currere: collectis iterum militibus redijt:
magnamq; victoriam acquisiuit.

NOno decimo igitur regni sui anno, Dio
cletianus in oriente, Maximianus Hercu
lius in occidente, persecutionem decimā post
Neronē exercuerunt in christianos; quæ cæte-

ris sæuior per.x.annos ecclesiã afflixit incessan
ter, q̃uis & antea semper christianos perseque
rentur. Sed tunc tam crudelis & tam sæua tãq;
crebra persecutio flagrabat, vt intra vnum men
sem.xvij.milia martyrũ ꝓ Christo inueniant̃.
Nam & oceani limbum trãsgressa, Albinũ &
Aaron, ac Iulium cũ alijs pluribus viris ac fœ-
minis, Britanniæ fœliciter cruore dãnauit. Pas
sus est & Pamphilus p̃sbyter, Eusebij Cæsari-
ensis ep̃i necessarius, cuius ipse vitã trib⁹ libris
cõprehendit. Secundo aũt persecutiõis anno
Diocletianus videns se ꝓpter senectutem mi-
nus idoneũ ad regẽdum imperiũ, dixit ad Ma
ximianũ Herculium, videri sibi bonũ vt iunio
ribus & fortiorib⁹ publicã causam regendam
cõmitterent: ipsiq; in ocio quiete viuerẽt. Qđ
licet ille nõ ex tota voluntate faceret, tñ consen
sit, & in vno die purpurã, regniq; potentiã de-
posuerunt: Diocletianus apud Nicomediam,
Maximianus apud Mediolanũ: & cõcessit Di
ocletianus Salonã, Maximian⁹ in Lucaniam:
persecutio tñ permãsit vsq; in septimũ annum
Constantini, Helenæ filij.

Anni Diocletiani & Maximiani.

i PRimo anno Diocletiani, Bagaridæ in Gal
ij lia tumultũ fecerunt. Anno dñi.ccxci. Dio
iij cletianus Herculiũ Maximianũ cæsarẽ fecit.
Anno dñi.ccxcij. Carausius sumpta purpura,
iiij Britãniã occupat. Anno dñi.ccxciij. Quinque
v vi gẽtiani Africã infestauerũt. Anno dñi.ccxciiij.
Achilleus occupauit Aegyptũ. Anno dñi.cc-
xcv. Diocletianus Maximianũ Herculiũ fecit
augustum & consortẽ regni: Constantiũ vero
patrẽ Constantini, & Galeriũ Maximianũ cæ
vij viij sares constituit. Anno dñi.ccxcvi. Anno domi
ix ni.ccxcvij. Anno dñi.ccxcviij. Primus Diocle
x tian⁹ adorari se vt deũ iubet. Anno dñi.ccxcix
xi xij Anno dñi.ccc. Anno dñi.ccci. Labda Hiero-
xiij solymis ordinat̃ ep̃s. Anno dñi.cccij. Veturi⁹
magister militiæ, christianos persequit̃: paula
tim ex illo tp̃e persecutione in nostros crescẽte
xiiij Anno dñi.ccciij. Marcellinus papa.xxx. ordi-
xv natus, sedit annis.iiij. patit̃q;.vi.kal̃.Maij. An
xvi no dñi.ccciiij. Anno dñi.cccv. Hierosolymis
præficit̃ Thermon ep̃s. Antiochiæ Tyrannus
xvij ordinat̃ ep̃s.xix. Anno dñi.cccvi. Petrus Ale-
xviij xandriæ ordinatur ep̃s.xvi. Anno dñi.cccvij.
Marcellus papa.xxxi. ordinat⁹, sedit anno vno
xix & mensib⁹.viij. passusq; est.xvij.kal̃. Feb. An
no dñi.cccviij. Publicata vndiq; persecutione,
Diocletianus in oriente, Maximianus in occi-
dente ecclesias subuertũt: libros diuinos succen
dũt: & christianos decima post Neronẽ p̃secu
xx tione affligunt. Anno dñi.cccix. Diocletianus
& Maximianus purpurã deponũt. Marcello

papa martyrizato, successit Eusebi⁹ papa.xxxij
cui post menses.viij. passo, succedens Melcia-
des.xxxiij. sedit ãnis.iiij. decessitq;.iiij. Id⁹. De

ANno dñicæ incarnationis.cccx. (cemb.
ab vrbe cõdita mil̃.lxi. Cũ Diocletian⁹ &
Maximian⁹ iã a regno decessissent, ad ammini
strationẽ reipublicæ, Cõstãti⁹ & Galeri⁹ cre
ati sunt: diuisusq; est inter eos ita Romanus or
bis, vt Constantius Italiã, Galliam & Africã:
Galeri⁹ Illyricũ, Asiam & orientẽ obtineret.
Sed Constantius augusti dignitate contẽtus,
administrationem Italiæ & Africæ recusauit:
Galliam tñ obtinuit: vir egregius & mansue-
tus, & præstãtissimæ ciuilitatis, nõ modo ama
bilis & venerabilis Gallis: p̃cipue q̧ Diocletia
ni suspectam prudentiã, & Maximiani sangui
nariam temeritatẽ, imperio eius euaserunt. Ga
lerius aũt vir ꝓbe morigeratus, & egregius in
re militari, videns Italiã q̃q; suæ administrati
oni accessisse, sinente suo socio Constantio,
cæsares duos creauit. Maximinũ quem orienti
p̃fecit, qui & ipse persecutor christianorũ fuit:
& Seuerũ cui Italiã dedit: ipse vero in Illyrico
moratus est. Constantius vero filiũ suũ Con-
stãtinũ cæsarẽ fecit: eiq; Galliam cõmisit. Ipse
aũt tertio anno persecutionis, q̧ est imperij sui
xvi. Eburaci in Britannia obijt. Quo mortuo,
Galeri⁹ Liciniũ cæsarem fecit: natũ de Dacia:
notũ sibi antiqua consuetudine ex bello quod
aduersus Narseũ regẽ gesserat. Erat.n. strenu⁹
laboribus, & officijs acceptus. Interea Romæ
prætoriani excitato tumultu, Maxentiũ Hercu
lij Maximiani filiũ, nuncupauerunt Augustũ.
Quo audito, pater eius Maximianus Herculi
us, arrectus in spem resumẽdi principat⁹ quẽ
suasu Diocletiani inuitus amiserat, Romã ad-
uolauit e Lucania. Diocletianũ q̃q; per literas
adhortat⁹ est, vt depositã resumeret potestatẽ:
quas ille irritas habuit & spreuit. Galerius aũt
Seuerũ cum exercitu contra Maxentiũ misit: q
veniens Romã / obsedit eam. Sed militũ suorũ
scelere desertus, Rauennã fugit: & in itinere ab
Herculio est occisus. Post hæc Herculius Ma
ximianus in cõtentione exercituũ filium suum
Maxentiũ imperio nudare conatus: sed a militi
bus cõuitijs iniuriatus, ad Gallias tetendit: do
lo cõposito q̧ a filio expulsus esset, vt genero
Constãtino iungeret̃: moliens & ipsum si pos
set repta occasione interficere, regnũq; ei⁹ inua
dere: qui in Gallijs & militũ, & ꝓuincialiũ in
genti iã fauore regnabat. Detectis aũt insidijs
eius per filiã Faustã, quæ dolũ eius viro nun-
ciauit, inde ꝓfugit. Sed a Constãtino insequẽ
te Massiliæ captus: fractis laqueo ceruicibus,
perfidiæ suæ pœnas dedit, anno vitæ suæ.lx.

ANno dñicæ incarnationis .cccxi. vrbis cõditæ mil'.lxij. Conſtãtinus ex obſcuriori matrimonio, ſcilicet ex Helena cõcubina Conſtantij filius, mortuo patre annitẽtibus cunctis qui aderant: præcipueq; Croco Alamannorũ rege, auxilij gratia cum eo comitãte, xxxiiij. ab Augusto in Britannia creatus eſt imperator .vi kal'. Aug. & in locũ patris exoptatiſſimus moderator acceſſit: regnauitq; annis .xxx. menſibꝰ x. Hic ſororẽ ſuã Conſtantiã, Licinio Mediolanũ accito cõiunxit: filiũq; ſuum noĩe Criſpũ ex Mineruia cõcubina eiſdẽ diebus Arelatẽſi oppido natũ, & Licinianũ Licinij filiũ mẽſiũ fere .xx. cæſares fecit. Interea Galeriꝰ Maximinus cũ perſecutionẽ a Diocletiano & Maximiano immiſſam ipſe atrocioribus edictis cumularet: diuina tactus vindicta, putrefacto intrinſecus pectore, & vitalibꝰ diſſolutis, cũ vltra humanæ horrorẽ miſeriæ vermes etiã eructaret, & medici iam fœtorẽ non ferẽtes / crebro iuſſu eius occiderent̃: a qdam medico ex deſperatione conſtantiã ſumente increpatꝰ eſt, dicẽte pœnã eiꝰ a deo eſſe: & ideo ſanari nõ poſſe: moxq; late miſſis edictis, chriſtianos de exilio reuocauit: ipſe tñ cruciatus nõ ſuſtinens, vitæ finẽ (fecit.

INter hæc reſpublica a nouis quatuor imperatoribꝰ tenebat̃, Conſtãtino & Maxẽtio filijs Auguſtorũ, Licinio & Maximino hoĩbꝰ nouis. Quinto tñ imperij ſui anno, Conſtãtinus bellũ ciuile Maxentio intulit: eiuſq; copias multis prælijs fudit: ꝓpter magicas tñ artes quas ille multũ dilexerat / metuebat eũ. Cumq; congredi cũ eo multũ hæſitaret, & de cælo licet adhuc Paganus auxiliũ quæreret vidit per ſoporẽ ad oriẽtis partẽ in cælo ſignũ crucis igneo fulgore rutilare: & tanto viſu exterrito ſibi aſtare angelos dicentes. Conſtãtine in hoc vinces. Fert̃ aũt & ipſe Chriſtus ſibi apparuiſſe: & ſignũ crucis ei monſtraſſe: & vt ſimile faceret p̃cæpiſſe. Quod & fecit: habẽs eã in vexillis depictam. Igit̃ Conſtãtinus Romã veniens, contra Maxentiũ caſtra poſuit: iuxta pontẽ Miluiũ: & ecce Maxentius portis erumpens ſequentibus cæteris p̃currit armatus: Conſtãtinus vero crucẽ quã formauerat ante ſe iuſſit portari: factaq; congreſſione ſuperati ſunt, qui circa Maxentiũ fuerunt. Ipſe aũt fugiens paulo ſuperius, a ponte Miluio vbi prius ad decipulã fecit quaſi pontẽ ex nauigijs fieri, tabulis deſuper ſtratis: cũ vellet eundem pontẽ ex latere intrare, lapſu equi in ꝓfundum demerſus eſt: vixq; corpus eius inuentũ eſt. Erat tũc annus Conſtantini .vij. Interea ciues Romani ciuitatẽ coronãt: & cũ gaudio victorem Conſtantinũ, viuificãq; crucẽ ſuſcipiũt. Inter hæc Maximinus chriſtianorũ & ipſe perſecutor ſæuiſſimus in oriente aduerſus Liciniũ res nouas moliꝰ, cũ aduerſus eũ duceret exercitũ: repente diuino iudicio doloribus viſcerũ internorũ correptus, væhementer exagitari cœpit: deinde homo antea vorax, ſemperq; vino repletus, nunc ne ſummis qdem labris cibũ deguſtare, aut vinũ potuit odorari. Sicq; carnibꝰ ſuis inedia & ariditate cõſumptis, ad hoc ſolũ ꝓfecit infoelix, vt iuſtam eſſe dei vindictam in ſe ꝓfiteretur. Ad vltimum tñ morbo priꝰ amiſſis, viuendi finẽ accæpit. Valens quoq; in oriente ab exercitu imperator appellatus, a Licinio occiſus eſt. Alexander etiã qdam apud Carthaginem effectus imperator, ab exercitu Conſtantini iugulatur. Sic itaq; omnis poteſtas imperij ad Conſtantinũ & Liciniũ peruenit. Qui Liciniꝰ cum primo ſe ꝓbũ, & quaſi erga chriſtianos oſtenderet deuotũ, poſtea videns ꝓfectum imperatoris Conſtantini, ductus inuidia, occultis inſidijs, maxime per familiares ac miniſtros, principem decipere molitus eſt: ſed cũ id parum ꝓcederet, apertum illi bellum indicit: chriſtianos vero priuato & ſpeciali odio ꝑſequi parat: hoc in querelam deuocans, q nõ ita ꝓ ſe / ſicut pro Conſtantino excubarent orationibus. Cuiꝰ flagitijs Conſtantinus obuiã ire parat: deuictoq; Licinio, ſolus cũ filijs ſuis imperij monarchiã obtinuit, anno regni ſui .xiiij. Vñ per inſolentiam & ipſe vt aiunt mutatus, & crudelior effectus, primũ ſororis ſuæ filiũ egregiæ indolis iuuenem interfecit: mox Criſpum filiũ ſuum ex Mineruia / ſuggerẽte, vt dicũt, coniuge ſua Fauſta, necari iuſſit: deinde ipſam Fauſtam, in balneas ardentes coniectam interemit: cũ cum dolore nimio mater Helena ꝓ nece nepotis increparet. Poſtea innumeros interfecit amicos. Et cum in multis flagitijs graſſaret̃, cum tamẽ in eo multæ virtutes animi haberent̃, diuinitus lepra percuſſus, per ſanctum Silueſtrũ papam vna cum matre alijſq; multis ad fidem conuerſus eſt, & baptizatus: moxq; omne ſtudiũ ad eccleſiæ tranſtulit profectum: legeſq; ſtatuens chriſtianas, fecit baſilicas multas. Fecit & vrbẽ nominis ſui Conſtãtinopolim: quæ prius Bizantium dicebat̃: quam ſedem Romani imperij, & caput totius orientis eſſe voluit. Fecit & pontem in Danubio: omnes bonas artes ſuos diſcere faciebat, maxime ſtudia literarũ: ipſe in legendo, ſcribendo, meditando, multũ ſe exercebat. Huiꝰ mater Helena religioſa diuinis admonita viſionibus, Hieroſolymam petijt: & locũ vbi chriſtꝰ crucifixus eſt ab incolis requiſiuit: qui idcirco ad inueniẽdum difficilis erat:

quia ab antiquis persecutoribus simulacrū Ve
neris in eo fuerat fixū, vt si quis Christū adora
re vellet in loco illo, Venerē videret adorare:
& ob hoc locus nō frequentabat: penecp in ob
liuione fuerat. Sed veniens Helena, cælit⁹ sibi
designatū inuenit locū: purgatisq; in altū rude
rib⁹, crucē sanctam reppererit, sub ep̄o eiusdē vr
bis Machario. Eiusdē principis tp̄e, Arri⁹ Ale
xandrinæ presbyter ecclesiæ a veritate fidei ca
tholicæ deuiās, exitiabile plurimis dogma cō
stituit: sed mox ab Alexādro eiusdē vrbis ep̄o,
ex vrbe pulsus est. Cūq; hoīes q̄s in errorē in
duxerat etiā in seditionē excitaret, apud Niceā
vrbē Bithyniæ cōuentus. cccxviij. ep̄orū fact⁹
est sub Siluestro papa: per q̄s Arrianū dogma
exitiabile ꝓditū, palam est damnatū. Postq̄ ve
ro mater imperatoris Helena ex hac luce disces
sit, constantia Licinij tunc derelicta, fratris Au
gusti solatijs vtebatur. Huic in notitiā venit pres
byter qdā latenter partibus Arrij fauens: q pri
mo nihil horū apud eā egit: sed vbi multa fami
liaritas copiā dedit, paulatim cœpit Arriū ei cō
mendare, donec aīm Cōstātiæ suū fecit. Quæ
cū moritura visitaret a fratre, extremā poposcit
ab eo gratiā / vt eundem p̄sbyterū in familiari
tatē reciperet: & q̄ ꝓ salute sua sibi ab eo sugge
rerent / audiret: se. n. dicebat ꝓ salute illi⁹ eē sol
licitā. Cuius verbis frater credul⁹, aurem p̄sby
tero accōmodat: eiusq; suasu Arriū de exilio iu
bet reuocari, vt qd de fide sentiret / exponeret.
Qui cū de fide scriberet, miratus imꝑator, rur
sus eū ad concilij examē remisit: rogans vt si fi
des eius ꝓbaret, clæmenti erga eū iudicio vte
rent: si tn̄ ep̄i eius Alexandri assensus accōmo
daret. Cūq; Alexandriā veniret, omne illi⁹ in
ceptū frustratū est. Interea dū hæc Alexādriæ
agitarent, Constātinus republica bene ordina
ta, cū tres filios suos, Constantinū & Cōstan
tem ac Cōstantiū, & filiū fratris sui Dalmatiū
cæsares fecisset, ægritudine captus est. Et cū fi
lius eius Constātius cui oriētis regnū decreue
rat, id obtineret: fecit ei testamentū quod voca
to ad se clā p̄sbytero a sorore cōmendato dedit
p̄cipiens ei vt nulli hoc nisi Constantio daret.
Quod cū ille faceret post mortē imperatoris,
etiā apud Constantiū maximā familiaritatē ob
tinuit. Scribunt aūt qdam, Constantinū impe
ratorē in Arrianā hæresim īcidisse: & ab Euse
bio Nicomediensi ep̄o rebaptizatū fuisse: qd'
ecclesiastica historia nō docet: q̄ sub magna re
ligiōe illū discessisse ꝓhibet. Obijt aūt in subur
bana villa Nicomediæ. xi. kal. Iunij. anno vitæ
xlvi. imperij. xxxi. sepultusq; est in Bizātio in
basilica apostolorū. Anni Constātini.

HVius anno primo Maxētius Herculij fi
lius Augustus appellat. Anno dñi. cccxij. Ma ij
ximian⁹ apud Massiliā turpiter occidit. Anno iij
dñi. cccxiij. Quirinus Scesianus ep̄s gloriose
passus ē. Anno dñi. cccxiiij. Siluester papa. xxx iiij
iiij. ordinat: sedensq; annis. xxij. menses. x. mi
grauit. ij. kal. Ian. Anno dñi. cccxv. Constanti v
nus Maxētio bellū infert. Anno dñi. cccxvi. Pe vi
trus Alexādrinus ep̄s martyrizat. Anno dñi. vij
cccxvij. Achillas Alexādriæ ordinat ep̄s. xvij.
Hierosolymis ordinat Macharius. xxxix. Ma
xentius interijt. Anno dñi. cccxviij. Anno dñi. viij ix
cccxix. Diocletianus morit. Anno dñi. cccxx. x
Licinius ꝑsecutionē mouet in christianos. An
no dñi. cccxxi. Anno dñi. cccxxij. Anno dñi cc xi xij xiij
cxxiij. Licini⁹ occidit. Alexander ordinat Ale
xandriæ ep̄s. xviij. Anno dñi. cccxxiiij. Anno xiiij xv
dñi. cccxxv. Anno dñi. cccxxvi. Anno dñi. ccc xvi xvij
xxvij. Cōciliū. ccc. ep̄orū in Nicea congregat
Anno dñi. cccxxviij. Anno dñi. cccxxix. Crux xviij xix
dñi ab Helena īuenit. Anno dñi. cccxxx. Huc xx
vsq; historias scribit Eusebi⁹: exin Hieronym⁹
Anno dñi. cccxxxi. Antiochiæ ordinat Vitalis xxi
xx. post quē Philogon⁹. xxi. dehinc Paulinus.
xxij. post hūc Eustachi⁹: q̄ ob fidē exiliato, suc
cesserūt hæretici ep̄i numero. xi. Anno dñi. ccc
xxxij. Anno dñi. cccxxxiij. Iuuēc⁹ p̄sbyter Hi xxij xxiij
spanus euāgelia versibus cōposuit. Anno dñi. xxiiij
cccxxxiiij. Constātinus Bizantiū vrbē repara
uit: & ex noīe suo Constātinopolim vocauit.
Athanasius Alexādriæ ordinat ep̄s. xix. Anno xxv
dñi. cccxxxv. Anno dñi. cccxxxvi. Anno dñi. xxvi. xxvij
cccxxxvij. Anno dñi. cccxxxviij. Marcus papa xxviij
xxxv. sedit mēses. viij. requieuitq; Non. Octob.
Anno dñi. cccxxxix. Iuli⁹ papa. xxxvi. sedit an xxix
nis. xvi. obijt. ij. Idus April. Anno dñi. cccxl. xxx
Constātia soror Constātini, vxor Licinij, mo
riens Arrianū quendā presbyterū fratri cōmen
dat. Constātinus imꝑator dum bellū molit ad
uersum Persas, qui Mesopotamiā infestabant:
egrediens a Constantinopoli, iuxta Nicome
diam morit. Anni Constantij.

ANno dñicæ incarnationis. cccxli. vrbis cō
ditæ mil. xcij. Constātius filius Constan
tini. xxxv. ab Augusto īperiū adeptus. xxiij. an
nis cū fratribus suis Constātino & Constante
regnauit. Fuit etiā inter successores Constātini
Dalmatius filius fratris sui Dalmatij, quē ipse
Constātinus in consortiū regni adoptauit. Hi
singuli singulas partes regendas ab ipso Con
stantino acceperūt. Constātinus cuncta trans
Alpes, Constans Italiam & Illyricum & Afri
cam, Constantius Asiam & orientem, Dalma
tius Thraciam, Macedoniā & Achaiā. Verū
Dalmatius ꝓsperrima indole, & patruo haud
dissimilis, nō multo post a militib⁹ occisus est

Conſtantio patrueli ſuo ſinente potiꝰ q̄ iuben
te. Poſt hæc inter Conſtantinũ & Conſtantem
diſcordia exorta eſt, ꝓpter Italiã & Africam.
Conſtãtinus i**cq̄ dum nitit̃ partes fratris Iuni
onis inuadere, bellũ mouit contra eũ: ſed dum
inconſultius apud Aquileiã præliũ aggreſſus
eſt, a Conſtantis militibus eſt interfectꝰ: & in
fluuiũ cui nomen eſt Alſa, nõ longe ab Aqui-
leia eſt ꝓiectus: ſicq̄ Romani imperij principa
tus / occidentaliũ q̄dem partiũ ad Conſtantẽ,
orientaliũ vero peruenit ad Conſtantiũ. Igitur
Conſtãtis imperiũ aliquandiu ſtrenuũ fuit &
iuſtũ: deinde cũ prauioribus vteret̃ amicis, in-
tolerabilis ꝓuincialibus / & militibus factꝰ eſt
iniocũdus. Vñ dum circa Gallias venandi cu-
piditate, per ſiluas & ſaltus erraret, autore Ma
gnentio q̄dam regni auido a militibus occiſus
eſt, anno ætatis. xxx. imperij. xvij. Tribus autẽ
cæſar fuit. Cuius regnũ Magnẽtius inuaſit: &
Decentiũ conſanguineũ ſuum, ſiue vt q̄dã vo
lunt / fratrem ſuũ cæſarẽ fecit. Conſtantius ve-
ro Gallũ patruelem ſuũ cæſarẽ fecit: nomenq̄
ſuũ ei imponens, eũ in Antiochiã Syriæ miſit
vt ibi habitans partes illas cuſtodiret. Quem tñ
poſtea iuſſit occidi. Poſt hæc Conſtãtius Ma-
gnentio bellũ intulit: factaq̄ cõgreſſione, Ma
gnentius ſolus fugit Lugdunũ: ibiq̄ coartatꝰ
gladiũ occulte a parte parietis accæpit: ſicq̄ ꝑ-
foſſus interijt, anno ætatis ꝓpe q̄nquageſimo
imperij. iij. Cuius morte audita, Decentius la-
queo faſcia compoſito vitã finiuit. Acta ſunt
hæc anno imperij Conſtãtij. vi. Eo t̃pe Roma
no imperio Conſtantius ſolus princeps & au-
guſtus præfuit: vir egregiæ tranquillitatis: ni-
miũ familiaribus credẽs & amicis: vxorũ amo
ri deditus erat: quibus contentus / nulla tranſ-
uerſa libidine aut iniuſta ſe polluebat. Ex oĩbꝰ
tñ vxoribus quas plures habebat, Euſebiã præ
cipue diligebat: cuius etiã ſuaſu Iulianũ fratrẽ
Galli cæſarẽ faciens, in cõſortiũ regni aſſume-
bat. Poſt hæc antiquo hoſte paci eccleſiæ ſemꝑ
inuidente, Arriꝰ / ſuiq̄ ſequaces familiaritatis
locũ apud Conſtantiũ accæperũt: qui eũ in er
roris ſui conſortiũ declinauerunt. Vñ impietas
Arriana Conſtantij fulta præſidio, exilijs / car
ceribꝰ, & varijs afflictionũ modis primo Atha
naſiũ, deinde oẽs nõ ſuæ partis ep̄os perſecu-
ta eſt. Conſtãtius vero inter hæc bellũ Parthis
p̄parans, cũ audiſſet Iulianũ ad imperiũ inhia-
re, Parthica expeditione relicta redijt: & inter
Ciliciã & Cappadociã febri acerrima quã indi
gnatio augebat, obijt anno ætatis. xlv. imperij.
i xxiij. ¶Primo Conſtantij anno Iacobus Niſi-
benus ep̄s agnoſc[illegible]: cuius p̄cibꝰ ſæpe vrbs diſ
ij iij crimĩe liberata ẽ. Anno dñi. cccxlij. Anno dñi.
cccxliij. Conſtãtinus fratri bellũ inferens, occi
dit̃ iuxta Aquileiã. Anno dñi. cccxliiij. Anno iiij v
dñi. cccxlv. Maximinꝰ Treuirorũ ep̄s clarꝰ ha
betur: a q̄ Athanaſius Alexandriæ ep̄s a Con-
ſtante ꝓfugus honorifice ſuſceptus eſt. Anno vi
dñi. cccxlvi. Anno dñi. cccxlvij. Anno dñi. ccc vij viij
xlviij. Anno dñi. cccxlix. Athanaſiꝰ ep̄s ad Cõ ix
ſtantis literas regreſſus eſt Alexandriã. Anno x
dñi. cccl. Anno dñi. cccli. Anno dñi. ccclij. An- xi xij xiij
no dñi. cccliij. Conſtãs haud longe ab Hiſpa-
nia interficit̃, anno ætatis. xxx. Anno dñi. ccc- xiiij
liiij. Gallus Conſtãtij patruelis cæſar factꝰ eſt.
Anno dñi. ccclv. Liberiꝰ papa. xxxvij. ordinat̃ xv
Quo ab hæreticis ob fidem catholicã in exiliũ
truſo, Diaconꝰ eius Fœlix. xxxviij. in ſacerdo
tiũ ſubſtituit̃. Qui cũ Conſtantiũ vinceret eſſe
hæreticũ, ab eo poſt annũ deiectus eſt: & vt q
dam dicũt, capite truncatꝰ eſt. iiij. kal̃. Aug. Li
beriꝰ vero exilij tædio victꝰ, hæreſi ſubſcripſit:
Romãq̄ q̄ſi victor intrauit. Anno dñi. ccclvi xvi
Victorinꝰ rhetor, & Donatꝰ grãmaticus, Ro
mæ ĩſignes habent̃. Anno dñi. ccclvij. Iulianꝰ
a Conſtantio cæſar efficit̃. Anno dñi. ccclviij xvij xviij
Euſebius Vercellẽſis ep̄s, & Dionyſiꝰ Medi
olanenſis, & Lucifer Caralitanus exiliant̃. An
no dñi. ccclix. Antonius abbas migrauit anno xix
ætatis. cv. Anno dñi. ccclx. Oſſa Andreæ ap̄li xx
& Lucæ euãgeliſtæ, & Timothei, Conſtãti-
nopolim allata ſunt. Anno dñi. ccclxi. Paulinꝰ xxi
Treuirorũ ep̄s in exilio obijt. Hylariꝰ Pictaui
enſis ep̄s Arrianorũ inſtinctu a Conſtantio in
Frigiã exiliatus cũ Dionyſio Mediolanẽſi, &
Euſebio Vercellẽſi, q̄rto exilij anno cũ librũ
de fide Cõſtãtio porrexiſſet / redire ꝑmiſſus eſt
Anno dñi. ccclxij. Anno dñi. ccclxiij. Conſtãti xxij xxiij
us morit̃, anno ætatis ſuæ. xlv. Anno dñicæ in
carnat̃. ccclxiiij. vrbis cõditæ. mil̃. cxv. Claudi
us Iulianus iã cæſar. xxxvi. ab Auguſto impe
riũ accæpit: & annos duos & octo menſes re-
gnauit. De cuius genere ac diſciplina, & quõ
apoſtatauerit, vel q̄liter ad regnũ ꝑuenerit, pau
ca dicẽda ſunt. Conſtantinus Magnꝰ q Con
ſtãtinopolim fecit, duos ex eodẽ patre, ſed nõ
ex eadẽ matre habuit Germanos, Conſtantiũ
& Dalmatiũ. Quorũ ſenior Conſtantius du
os habuit natos, Gallũ & Iulianũ. Dalmatius
vero Dalmatiũ: quẽ Cõſtantinꝰ vt p̄dictũ eſt,
hæredẽ regni cũ filijs ſuis reliq̄t. Quẽ cũ poſt
mortẽ Conſtantini milites peremiſſent, Gallꝰ
q̄q̄ & Iulianus pene cũ Dalmatio periculum
mortis ſuſtinuerãt, niſi Gallũ q̄dẽ ægritudo q̄
ĩeuitabilis putabat̃ liberaſſet, Iulianũ vero ætas
infantilis: erat. n. annorũ. viij. Cũq̄ ab eis furor
ĩpatorũ q̄euiſſet, Gallꝰ circa Epheſum apud
doctores erat, vbi etiã a ꝓgẽitoribꝰ poſſeſſiões

habebat. Porro Iulianus crescens, in auditorijs
Constantinopolitanæ vrbis exercebaẗ, in basili
ca vbi doctores erant, habitu priuato ꝓcedẽs:
habebatq; pædagogũ eunuchũ noĩe Mardoni
um, p̃ceptorẽ grammaticũ Nicomedem Laco
nẽsem: rhetoricã vero legebat apud Eubolum
sophistã, magistrũ Basilij postea ep̃i. Erat aũt
Iulianus ab initio christianus. Cũq; in lectio-
ne ꝓficeret, & fama per populum volitaret, ꝙ
etiam publicã rem gubernare posset, æstuatio
nes induxit imperatori Constantio. Quãobrẽ
amouit eũ vrbe regia, misitq; Nicomediã, p̃ci
piens ei ne cõueniret Libaniũ sophistã Syrũ,
quasi ꝓ eo ꝙ Paganus esset: ille tñ librorũ eius
lectionibus vtebaẗ. Cũq; ꝓficeret in rhetorica,
superuenit Nicomediã Maximus philosophus,
nõ ille Bizantius pater Euclidis, sed Ephesius
quẽ postea quasi artes magicas exercentẽ Valẽ
tinianus imperator iussit occidi. Non ob aliam
causam venit Nicomediã, nisi Iuliani fama ꝓ
tractus. Apud quẽ dum Iulianus verba philo
sophica prægustasset, cœpit etiã imperij cupi
dinẽ menti eiꝰ immittere. Cũq; hæc nõ laterẽt
aures impatoris, Iulianꝰ inter spem metũq; cõ
stitutus: suspicionẽ celare volẽs, tonsus mona
chicã simulabat vitã: & latẽter qdem exercebaẗ
in philosophia: in manifesto aũt sacros christia
noꝝ legebat libros. Deniq; in ecclesia Nicome
diæ lector est constitutus, & diuinos codices
populo audiente legebat, vt sub hoc habitu fu
rorẽ declinaret impatoris: nequaq; tñ a spe re-
cedens quã mente concæperat, dicebatq; pluri
mis amicorũ suorũ fœlicia fore tpa qbꝰ ipse re
bus potireẗ. Post paululũ vero perempto Gal
lo, repente Iulianus fit suspectꝰ imperatori: q
etiã eum custodiri p̃cæpit. Et dum fuga lapsus
fuisset, diuersa loca circueũdo, saluatꝰ est: vixq;
sero vxor impatoris Eusebia celatũ inueniens,
supplicauit imperatori, quatenus nil mali pate
reẗ: sed potius philosophandũ ad Athenas mit
tereẗ. Ille aũt desiderio regni discurrẽs vniuer-
sam Helladã, vates quærebat responsa redden
tes, consulens si ad suũ desideriũ perueniret: in
uenitq; virũ q ei desiderata se dicere fatereẗ. Is
eũ perducens ad quendã locum idolorũ, & in
tromittens eũ in adytũ, seductores dæmones
euocauit: qbus apparẽtibus terrore cõpulsus,
Iulianꝰ in frõte sua crucis formauit signaculũ.
Ad cuius aspectum, dæmones repente dispa-
ruerũt. Pro qua re Magus cœpit culpare Iulia
nũ. At ille terrore se inuasum significãs, crucis
se dixit obstupuisse virtutẽ: quia vidẽtes eã dæ
mones euanuerũt. Porro Magus nõ suspiceris
inqt hoc o bone vir, ꝙ timuerint: sed abomĩati
potius hoc abscesserunt. Et ita capiens miserũ,
odio christiani signaculi repleuit Iulianũ. Post
hæc igiẗ euocauit Constãtius Iulianũ: & con
stituit eũ cæsarẽ, dans ei coniugẽ Helenã soro
rem suã: misitq; eũ cõtra Barbaros ad Gallias.
Vbi dum ciuitatẽ quandã fuisset ingressus, co
rona laurea qbꝰ solent ciuitates ornari, inter co
lumnas pendens, rupto fune super caput eius
decidit: eumq; aptissime coronauit. Quo viso,
cuncti clamauerũt, hoc fore signũ imperij. Il-
le aũt viriliter cõtra barbaros agens, nobilẽ eo
rum regẽ Nodomariũ cæpit, & Constãtio mi
sit. Itemq; cũ Alamãnis apud Rhenũ fluuiũ re
sidẽtibus dimicãs, potentissimũ regẽ eorũ Ba-
domariũ cæpit: claraq; victoria decoratꝰ: dum
mediocritate vitæ atq; mansuetudine militibus
gratus esset, ab eis appellatꝰ est Augustꝰ. Cũq;
corona deesset imperialis, vnꝰ signa portantiũ
torquem quã habebat in collo sumens, Iuliani
capiti circũposuit. Hocq; modo Iulianus impa
tor est factus. Quo facto, nil iã de Constantio
cogitans, iudices ab illo factos, honoribꝰ mul
cebat: & illiꝰ nomini inuidiã suscitabat. Igiẗ re
pente religione mutata, cũ a suis christianꝰ esse
putareẗ, semetipsum pontificẽ noĩauit: & veni
ens ad tẽpla Paganorũ, sacrificabat: subiectisq;
talia colere suadebat: & christianũ baptisma sa-
crificijs & inuocationibus, & sanguinis imo-
latione ablui studebat. Cũq; Constãtius ꝓpter
bellum Persicũ Antiochiæ morareẗ, sperãs Iu
lianus ꝙ sine bello posset Illyricũ detinere, ve-
nit illuc dicens se velle Constantio satis facere:
quasi nõ sponte, sed coactꝰ a militibus infulas
imperij suscæpisset. Cuiꝰ aduentũ audiens Cõ
stantiꝰ, relicto bello, Constãtinopolim venit:
sed ĩ ipso itinere, vt p̃dictum est, interijt. Quo
defuncto, Iulianus iã Thracas habebat: & nõ
multo post Constantinopolim veniens, appel
latus est Augustus. Mox cœpit cogitare qua-
liter sibi populum cõplacaret, eiusq; fauorẽ ac
quireret: quod hac arte fecit. Bene sciebat Con
stantiũ ab o͞mibus orthodoxis odio haberi, ob
quã rem ab ecclesijs videbantur expulsi, & ep̃i
cõfiscati, exilioq; directi: simul etiã nouerat Pa
ganos fuisse cõtristatos ꝓ sacrificiorũ ꝓhibiti
one, & desiderare tempus quo eorũ aperirẽtur
templa. Artificioso itaq; velamine apud vtrosq;
se cõmendans, primũ qdem crudelitati Con-
stantij circa subiectos derogabat: eãq; corã om
ni populo redarguẽs, iussit ep̃os exilio depor
tatos reuocari: & confiscatas eorũ substantias
reddi. Tẽpla q̃q; Paganorũ veluti sibi necessa
rioꝝ p̃cæpit aperiri: & multa talia agẽs, vtris-
q; se cõciliabat: p̃cipue tñ Paganis occulte fauc
bat. Igiẗ dudũ studens paganitatẽ in o͞mi ditio
ne sua dilatari, & christianitatem exterminari,

Primū quidem Galilæorū filios (ſic enim ſal-
uatoris noſtri cultores appellabat) præcæpit
haud poetarū & rhetorū atq; philoſophorū le
gere diſciplinas: ꝓprijs ingens pennis ſcd'm ꝓ
uerbiū vulneramur: ex noſtris.n. armati cōſcri
ptionibus/contra nos bella ſuſcipiunt. Et tem
pla qdem erant aperta: & ſacrificia paganorū ꝑ
ciuitates ſcd'm voluntatē illius ꝓcedebant. In
ter hæc igitur Perſæ audiētes mortē Conſtan
tij, rebellare cœperūt: & fines Romanorum in
uaſerunt. Contra quos Iulianus ꝓfectionē in
ſtituens, in ipſo bello diuinitus interēptus eſt.
De cuius interfectione, diuerſi diuerſa ſentiūt.
Quidam nanq; dicunt eū a quodam trāſfuga
per ſolitudinē tribus diebus ductum, inſidias
incidiſſe: & a Perſis vndiq; circūuentum a quo
dam ex his conto percuſſum eſſe, relatūq; in ta
bernaculum/paulatim ſanguine vacuatū defe-
ciſſe. Quidam vero dicunt iaculum repente de
latum, diſcurrens per brachiū in latus eius mer
ſum fuiſſe: alij vnum paſtorem hiſmahelitarū,
alij milites fame & itinere fatigatos eū intere-
miſſe, alij quendam inuiſibiliū hoc feciſſe. Sed
ſiue homo / ſiue angelus fuerit, manifeſtum
eſt quia diuinis iuſſionibus miniſtrauit. Calli-
ſtus autē qui inter familiares eius militabat, &
heroico verſu eius conſcripſit hiſtoriā: ait eū a
dæmone fuiſſe vulneratū. Libani⁹ vero ſophi-
ſta Syrus, inter cætera quæ de eius vita ſcribit
in fine libri ſic ait. O dæmonū alumne, dæmo
numq; diſcipule, & dæmonū obſeruator Iulia
ne. Nos aūt in libro vitæ ſancti Baſilij Cæſari
enſis epiſcopi certū legimus, orante & ieiunan
te eodem Baſilio cū populo ſuo quibus ad Per
ſicum bellum pergens, mala minatus eſt: iuſſu
ſanctæ dei genitricis Mariæ, ꝑ Mercuriū mar
tyrem in eadem ciuitate quieſcentē, ipſum eſſe
peremptū. Fertur aūt manum ſuā ſanguine im
pleuiſſe: & in aerē ſparſiſſe, & ita dixiſſe. Vici-
ſti Galilaee/viciſti. Interijt aūt anno imperij ſui
tertio; ſeptimo vero ex quo cæſar a Conſtātio
factus eſt: vitæ aūt. xxxi. Poſt cui⁹ mortē eius
magicæ artes inuentæ ſunt. Per hanc enim iter
agens in templū Paganorū ingreſſus eſt: clau-
ſiſq; ianuis/ſacrilegia quædā celebrauit. Quo
defuncto, ingredientes in templum, inuenerūt
mulierem a capillis ſuſpenſam, extenſas manus
habentē, cuius vterū aperuerat, vt exitū belli in
iecore eius inſpiceret. In qua vrbe dū eius nun-
ciatus fuiſſet interitus, publicā cuncti habuere
feſtiuitatem, cōmuniter omnes clamantes. Ma
xime fatue, vbi ſunt vaticinia tua? Vicit te de-
us, & Chriſtus eius. Fuit aūt hic liberalibus di
ſciplinis apprime eruditus: facundia ingenti,
memoria tenaciſſima atq; ampliſſima; corpore
validus/ſed breuis: barba ꝓlixa, oculis diſcur-
rentibus/& huc illucq; directis: audax plus q̄
imperatorē decet; cultor idolorū ſuꝑſtitioſus,
religionis chriſtianæ inſectator ſtudioſus.

Anni Iuliani apoſtatæ.

IVulianus itaq; imperator factus, ad idolorū
culturā ſe tranſtulit: blandaq; perſecutione
chriſtianos primū ſeducere tentauit: illiciēs po
tius q̄ impellens ad ſacrificandum: vnde mul-
ti decepti ſunt.

ANno dñi. ccclxv. Pagani apud Sebaſtiam
Paleſtinæ vrbem ſepulchrū ſancti Iohan-
nis baptiſtæ inuadunt: oſſa per agros ſpargūt:
eadēq; rurſus collecta & cremata/latius diſper
gunt: ſed quidam monachi ex Hieroſolymis
intermixti, colligentes quæ potuerunt collige
re, ad patrē ſuum Philippū pertulere. Ille ſupra
ſe hæc ducens, ad Athanaſiū per diaconum Iu
lianum miſit Alexandriā. Quæ ille paucis arbi
tris ſub cauato ſacrarij pariete incluſa, ꝓpheti-
co ſpiritu poſteræ generationi conſeruauit ꝓ-
futura. Cuius præſagium ſub Theodoſio per
Theophilū epiſcopū completū eſt: qui deſtru
cto Serapis ſepulchro, ſancti Iohānis ibidem
conſecrauit eccleſiā. Athanaſius Alexandriam
redijt. Impius Iulianus ad bellum ꝓfect⁹ Per-
ſicum/diuino percutit̃ iudicio, menſe. viij. an-
ni tertij imperij ſui: ſed mox altera die abſq; om
ni dilatione Iouianus coronat̃ a militibus.

Anni Iouiani.

ANno dñicæ incarnationis. ccclxvi. ab vr-
be cōdita milleſimo. cxvij. Iouian⁹ ab Au
guſto. xli. imperiū ſuſcæpit: & menſes. viij. re-
gnauit: genitus patre Barroniano: incola pro-
uinciæ Pannoniæ. Cuius pater cū liberos cre-
bro amitteret, per ſomniū ei dictum eſt, vt eum
qui inſtante partu edendus foret/ Iouianū dice
ret. Fuit autē inſignis corpore: lætus ingenio:
ſtudioſus in literis: fortis virib⁹: miles illo tpe
quo Iulianus legē militibus ꝓpoſuerat, vt aut
ſacrificarent, aut militia cederent. Qui cingulū
magis elegit amittere/ q̄ impatoris præceptis
obedire; ſed Iulianus tunc ꝓpter belli neceſſita
tem inter milites eū habebat. Qui cū violenter
a militibus ad imperiū traheretur, clamabat ſe
nolle paganis hoībus imperare, cum ipſe chri
ſtianus eſſet. Cumq; oīm vox cōmuniter ꝓcla
maret, ſe q̄q; chriſtianos eſſe, ſuſcæpit imperi-
um. Dein cū Conſtantinopolim feſtinaret, ve
nit ad prædiū Dadaſtam, vbi tpe hyemis lan-
guore conſtrictus, cū in nouo cubiculo recu-
baret, calore prunarū, & nidore parietū nuper
calce illitorū ſuffocatus obijt. viij. menſe impe
rij, anno vitæ, xxxiij. xiij. kal. Septemb.

ANno dñicæ incarnatiõis .ccclxvij. vrbis conditæ, mil.cxviij. Valentinianus .xlij. ab Augusto imperator appellatus est: vir optimus, & apice principali dignissim⁹: & regnauit annis .xi. Iste fuit Pannonius genere de Cibala ciuitate: cuius pater Gratianus mediocri stirpe ortus, Funarius est appellatus: eo q̄ quadam die venalem funē portanti, quinq; milites nequiuerunt extorquere. Quo merito ascitus in militiam, vsq; ad præfecturæ prætorianæ dignitatem ascendit. Ob cuius commendationem apud milites, Valētiniano resistenti oblatum est imperiū. Qui cum sub Iuliano apostata/ scutariorū tribunus esset, & integram fidem haberet, & Iulianus quadam die templū Fortunæ ingrederet̄, ministri templi ex vtraq; parte ianuarū stantes, aspersiõe aquæ sicut ipsi dicebant ingredientes purgabant. Tunc Valentinianus præcedens imperatorē, vt aspersionis guttam sua vidit in clamyde, indignat⁹ pugno percussit templi ministrū, dicēs se maculari potius q̄ purgari. Quod respiciens imꝑator, iussit eū trudi in custodiā/ dicens. Aut sacrificet, aut militia excedat. Qui mox sponte discessit. Nec mora/ Iuliano interfecto, Iouianoq; mortuo, in loco persecutoris sui suscæpit imperiū. Cumq; Constantinopolim peruenisset, post .xxx. dies imperij sui/ fratrē Valentem in cōmunionem regni assumpsit: largiens ei partes orientales, sibi retentās occidentales. Cumq; iam annū tertiū cum fratre ageret, Gratianū filium suum necdum plene puberem/ hortatu socrus & vxoris suæ Serenæ, Augustum creauit. Habuit aūt & alium filiū paruulū Valentinianū/ de alia vxore Iustina: quā viuente Serena, nec tamen abiecta, hoc modo duxisse ꝓbat̄. Iustus Iustinæ pater cū esset Piceni iudex temporibus Constātij, vidit in somnis q̄ in dextro femore imperialem purpurā genuisset. Quæ visio cū ad Constātij aures peruenisset, metuens ne imperator ex eo nasceret̄, mittens occidit Iustum. Cuius filia Iustina virgo permanens, cū perueniret ad Serenæ notitiā, amabatur ab ea, ita vt etiā balneis cum ea vteret̄: eiusq; pulchritudine obligata, & amore capta diceret imperatori, q̄ Iustina sic speciosa esset/ vt etiam ipsam deceret vxorē imꝑatoris esse. Quo sermone concepto, Valentinianus Iustinā ducere tractans vxorē, non tñ Serena abiecta, legem ꝓposuit publice per ciuitates, vt omnes qui voluissent impune bina matrimonia susciperent. Nam ideo populosas fore gentes dicebat, quia hoc apud eas solenne esset. Qua lege ꝓposita, ipse Iustinā duxit vxorem: ex qua natus est ei Valentinianus: & tres filiæ/ Iusta, Grata, & Galla. Quarum duæ in virginitate permanserūt: Gallam vero Theodosius maior duxit vxorē: ex qua/ Placidia filia eius noscit̄ esse ꝓgenita. Nam Archadium & Honoriū ex Placilla priori cõiuge habuit. Auxentio itaq; Arriano Mediolanēsi episcopo defuncto, Ambrosi⁹ præsidatum vrbis agens necdum baptizatus, cōmuni ciuiū consensu episcopus eligit̄: iubenteq; Valentiniano baptizat̄: & tanq; dignus in episcopatū ordinatur. Multa itaq; prælia Valentinianus cū diuersis gentibus cōmisit: inter quas & Alani rebellauerunt Romanis. Contra quos cū Valentinianus Romanū direxisset exercitum, plurimi ex eis occisi sunt: reliq vero Mæotidas paludes intrauerunt. Tunc Valentinianus dixit exercitibus suis, q̄ si q ex eis Mæotidas paludes intrarent, & Alanos inde ꝓpulsarent, per decem annos absq; tributo eos permitteret. Tunc quidam de Sicambria ingressi, pugnauerunt contra Alanos: factaq; victoria/ eiecerūt eos. Quo facto, Valentinianus appellauit eos Attica lingua Francos, hoc est feroces & duros ac fortes. Cuius gentis quia se obtulit mentio/ regumq; eius in libris sanctorū sæpe fit cōmemoratio, licet facere videar digressionē, pro rerū tamen notitia/ repetita eiusdē generis origine, q̄ breuius potero/ regū eius describam successionē.

DE ORIGINE FRANCORVM.



RANCORVM GENtis exordia, de antiq Troianorū prodiere prosapia. Nam eo tēpore quo post excidium Troiæ Aeneas Italiā venit, quidam ex eisdem Troianis simili modo ꝓfugi circa Mæotidas paludes applicuerunt: ibiq; considentes/ terminos suos vsq; in Pannoniā dilatauerunt. Construxerunt aūt ciuitatem Sicambriam: ibiq; per multos habitātes annos, in populum multum creuerunt: & Sicambri primū dicti sunt. Hi ꝓ eo q̄ Alanos, vt dictum est, de Mæotida palude expulerunt, Franci a Valentiniano vocati sunt: & pro hac victoria per decenniū remissione tributorū donati sunt. Decennio vero peracto, misit Valentinianus ad eos quendam ducē pro exigendis tributis. Sed illi vt erāt feroces/ tributis vlterius subiacere dedignati sunt: missosq; ad se interfecerunt. Fuerunt aūt tunc principes inter eos antiquorū vocabulorum præferentes insignia, Priamus & Antenor. Audiēs itaq; imperator eorū factionem, nimis iratus.

iussit omnem Romanũ exercitum, cũ pluribus
cæteris gentibus pugnare cõtra eos. Pugna cõ
missa/ cũ ex vtraq; parte multi caderẽt, tandem
Franci multitudinẽ tantam sustinere nõ valen-
tes/ fugerũt: ibiq; mortuus est Priamus rex eo-
rum. Egressi aũt de Sicambria, venerunt in ter
ram Germaniæ, ad gentẽ scilicet Romanis in
festissimã: habitauerũtq; aliquanto tpe in Thu
ringia, cũ Marcomede filio Priami, & Sunno-
ne filio Antenoris. Omnes autẽ populi ex illa
parte Rheni habitãtes/ Germani dicti sunt: qa
corpora magna habebant: & fortissimi semper
& indomiti erant. Inter hæc defuncto Sunno-
ne, Franci habuerunt consiliũ inter se, vt vnum
regem haberent, sicut & gentes cæteræ. Acce-
pioq; cõsilio a Marcomede, Faramũdum ipsi
us filiũ regem constituere: & ex eo tempore le
ges habere cœperunt: quas gentiles eorũ con-
siliarij Vuisogastaldus & Salegast fecerunt: a
quo Salegast etiã lex Salica inuẽta dicit̃ & no
minata. Erant autem Franci Pagani. ¶ Deniq;
mortuo Faramũdo, Clodius filius eius Crini
tus successit: a quo Francorũ reges Criniti ap
pellati sunt. Vltra Rhenũ vero vsq; ad Ligerim
fluuiũ habitabant Romani: vltra Ligerim aũt
dominabant̃ Gothi: Burgundiones vero habi
tabãt iuxta Rhodanũ, vbi postea facta est ciui-
tas Leudunũ. Franci itaq; de Thuringia Rhe-
num transgressi, Romanos qui tunc temporis
per suos magistratus Galliæ imperabãt, bello
adorsi sunt: & vsq; in Carbonariã siluã fugãt,
fundunt, occidunt: sicq; illatã sibi a Romanis
iniuriam acriter vindicãt. Ingressi autem Tor
nacum & Camaracum ciuitates Galliæ: pri-
mo vniuersa maritima quæ inter Scaldum &
Sunnam fluuios iacent, violenter obtinent: sic
q; paulatim ꝓgredientes & regredientes, Re-
mos, Suessonã, Aureliam, & Agrippinam, ac
Treuerim: postremo omnem Galliã, siue Ger
maniã, ab Aqtania vsq; Bauariã sibi subiugãt.
Et hi quidem qui Teutonicis cõmixti sunt/ ꝓ
prio vocabulo Franci: qui autẽ per connubia a
Gallis sunt ꝓgeniti, Frãcigenæ sunt appellati.
Clodius itaq; cum regnaret annis.xx. mortuus
est: cui successit Meroueus: a quo reges Frãco
rum Merouingi noĩati sunt. Quo mortuo, fi-
lius eius Hilderic⁹ suscæpit regnũ. Quẽ luxu-
riose viuentẽ, & cũ filiab⁹ populi fornicantẽ,
interficere nolẽtes abiecerũt: & Aegidiũ quen
dam Romanũ super se posuerũt. Sed post an-
nos octo pœnitentes sup hac re, Hildericũ re
uocauerunt: factusq; est rex virtute magnus su
per oẽs priores Francorũ reges. Agrippinã
quippe ciuitatẽ tpibus ei⁹ occisis a parte Aegi
dij multis Romanis, Franci cæperunt: eamq;
Coloniã appellauerũt: Treuerim ꝗq; appræ-
henderunt, & incenderunt: totãq; illam terram
vastauerunt. ¶ Mortuo aũt Aegidio, Siagri⁹
filius eius successit in locũ eius: seditq; in Sues
sionũ ciuitate vbi sedes regni erat. Sed Hilpe-
ricus cũ exercitu superueniens, omnẽ terram il
lam prædat⁹ est: & Aurelianẽsem, & Andega
uẽsem ciuitatẽ regno suo adiecit. Qui cũ regna
ret annis.xxiiij. mortuus est: & Clodoueus fi-
lius eius regnũ accæpit. Hic cũ Siagrio bellũ
cõmisit: fugientẽq; ad Alaricũ regem Gotho-
rum, missa legatione reposcit, & redditũ inter
fecit: totũq; regnũ eius sibi subijciens, Roma-
nos in tantũ deleuit, vt nulla eorũ vestigia ho-
die reperiant̃ in Gallia. Accæpit aũt vxorem/
neptem Gundebaudi regis Burgundionũ, no
mine Gotehildam. Gũdebaudus itaq; rex Bur
gundionũ, quatuor filios habuit: Gundebau-
dum scilicet patrẽ Sigismundi & Gothemari,
Hilpericũ patrẽ Gotehildæ, Gotegiselum, &
Gotemarũ. Mortuo aũt Gũdebaudo seniore,
Gundebaudus iunior occidit fratrem suũ Hil-
pericũ: & vxorem illius ligato ad collũ eius sa
xo, in aquã mergi p̃cæpit: alios vero duos fra
tres in exiliũ misit. Gũdebaudus aũt dũ neptẽ
suã Gotehildã Hilperici filiã secũ haberet, &
legati Clodouei regis illuc forte directi, eã vi-
dẽtes, pulchritudinẽ eius apud dñm suũ lauda
rent, misso Aureliano quodam honorato suo,
accæpit eam Clodoue⁹ vxorẽ puellam christi
anam. Quæ cũ ei Christũ sæpe prædicaret, il-
leq; credere abnueret. xv. anno regni sui suscipi
ens bellum cõtra Alemannos/ cũ pene vincere
tur, hortatu Aureliani se crediturũ spopondit,
si dei adiutorio Alemãnos vinceret: moxq; &
illos superauit, & omnem terrã eorũ sibi subiu
gauit: ac deinde per sanctum Remigiũ Remo
rum ep̃m instructus, cũ omni gente sua est ba
ptizatus. Post hæc abijt in Pictauiensem ciuita
tem vbi rex Alaric⁹ habitabat: pugnansq; cũ eo
interfecit eũ. xij anno eiusdem Alarici. Amalari
cus vero filius Alarici fugiens in Hispaniã,
regnum patris sui postea sagaciter recæpit. An
no q̃nto post hanc victoriam mortuus est Clo
doueus in pace, anno regni sui. xxx. a trãsitu ve
ro sancti Martini anno. cxij. Habebat aũt filios
iiij. idem rex Clodoueus Clodomirẽ, Theo-
dericũ, Hildibertũ, & Clothariũ. Hi regnum
ei⁹ inter se diuiserũt æq̃liter: & eleuati sunt in
magna potentia. Theodericus vero tunc habe
bat filiũ nomine Theodebertũ strenuũ & vti-
lem. Amalaricus ꝗq; fili⁹ Alarici regis Gotho
rum, sororẽ illorum noĩe Ruothildã petijt in
coniugiũ: quam illi nõ negãtes, cũ magna glo
ria ei dederunt. Sed cũ ille velut Arrianus eam

postea indigne tractaret, mittens illa nuncium de Hispania ad fratrem suũ Hildebertũ in Aruerna ciuitate sedentẽ, iniurias suas ei conquesta est. Vñ ille iratus, cũ magno exercitu Hispaniã tetendit: occisoq; Amalarico, sororem suã cũ magnis thesauris abstulit: quæ tñ languore præuenta, in ipso est itinere mortua. ¶ In illis diebus Gotehild regina veniens Parisium, dixit ad filios suos. Nõ me pœnitet filij mei vos dulciter enutrisse, tñ iniuriam meã indignamini: & mortem patris ac matris meæ vindicate. Qui mox ira cõmoti, cũ exercitu magno Burgundiã pergunt, contra Sigismũdum & Gotemarũ filios Gundebaudi: qui patrẽ ac matrem Gotehildæ interfecit. Sigismũd⁹ rex Burgundionũ illo in tpe ædificauit monasteriũ sancti Mauritij / sociorũq; eius in loco Agauno vbi & passi sunt. Collecto aũt exercitu, Burgundiones exierũt obuiã filijs Gotehildæ & Clodouei: sed cõmissa pugna, cæsi Burgũdiones fugerunt. Sigismũdus itaq; dum fugeret ad sanctos Agaunẽses, cõsecutus est eũ Clodomir: captũq; cum vxore & filijs, duxit in pagũ Aurelianensem, & in carcerẽ misit: & postea interfectos in puteũ ꝓiecit, in loco qui dicit̃ columnabicus. Post hæc iterũ collecto exercitu, Clodomir in Burgundiã perrexit, contra Gotemarum: iterũq; repugnantẽ, sed fugientẽ, dũ psequereẽ & præcurreret equo velocissimo, ex aduersa parte percussus corruit, & mortuus est. Quod audiens Clotharius, Gundeucã vxorẽ fratris sui accæpit in coniugiũ. ¶ Theoderic⁹ aũt rex postq; regnauit annis. xxij. mortu⁹ est & Theodebertus filius ei⁹ ei successit. Qui cũ annis. xiiij. regnaret / obijt: & Theodebaldus filius eius illi successit. Quo post annos. vij. defuncto, Clotharius patruus eius regnũ ipsius cũ thesauris multis accæpit. Gotehildis aũt regina in elemosynas ꝓfluẽs, in summa abstinentia & sobrietate vitã duxit: & apud Turonicã vrbẽ plena dierũ ad dñm migrauit: & in basilica sancti Petri ad latus viri sui Clodouei sepulta est a filijs suis Hildiberto, & Clothario: vbi & beatissima Genoseua quescit. ¶ Clotharius autẽ rex de diuersis vxoribus. vij. habuit filios. De Ingunde regina Guntharũ, Hildericũ, Sigebertũ, Guntrãmũ, Heribertũ, & filiã Clodesindã: de Regingunda vero sorore Ingũdis habuit Hilpericũ. Per amorẽ. n. Ingũdis eo q̃ esset pulchra & decora, & ipse nimiũ esset luxuriosus, sororẽ eius Regingũdam accæpit in cõiugiũ. De Gusina ꝗq; accæpit Grattanũ. Qui cũ esset decorus nimis & acerbus / ac callidus, patri rebellauit: sed capt⁹, & ad patrẽ adduct⁹, in casa q̃dam incendi iussus est. Hildebertus vero frater Clotharij apud Parisium diu ægrotans, mortu⁹ est: cui⁹ regnũ & thesauros Clotharius rex assecutus est. ¶ His etiã tpibus beatus Medardus eps plenus virtutibus migrauit ad dñm: quẽ rex Clotharius in Suessione ciuitate cũ magna gloria sepeliri fecit. ¶ Post hæc Clothari⁹ rex febre correpť, obijt anno regni sui. li. regnũq; eius quatuor filij eius inter se diuiserunt: scilicet Heribertus, Guntrãmus, Hilperic⁹, Sigibertus: accæpitq; Heribert⁹ regnũ Hildiberti patrui sui, sedemq; constituit Parisius. Guntrãmus aũt regnũ Clodomiris accipiẽns, Aurelianis sedẽ constituit. Hilperic⁹ vero regnũ patris sui Clotharij possidens, Suessionis sedẽ posuit. Sigibertus aũt regnũ Theoderici, scilicet Austrasiã sortitus, apud metensem ciuitatẽ regni sedem locauit. ¶ Ex quibus Guntramm⁹ rex pacificus & omi bonitate laudabilis erat: vitãq; in cõuersatione sancta ducebat: cuius vnũ factum mirabile huic operi placet inserere. Quodam tpe dum venatũ iret, omnes socij eius per siluã discurrentes, illum solũ cũ vno tñ sibi fidelissimo dimiserunt iuxta riuulũ quẽdam. Quẽ cum grauis somnus vrgeret, caput suũ in illius fidelis sui sinũ posuit / & dormiuit. Cũ subito vidit ille in cuius sinu dormiebat, quasi paruũ animal de ore regis exire, & ad riuũ tendere: multoq; nisu tentare, si quo modo posset transire. Cũq; transit⁹ copiã non inueniret, ille qui hoc vidit, gladiũ suũ de vagina eduxit: riuoq; superponens / illud trãsire fecit. Transiens aũt riuũ, non longe inde in foramen vnum montis iuxta positi intrauit: reuersumq; ꝑ eandem viã, post horam vnã in os regis rursus introiuit. Qui mox euigilans, magnam visionẽ se vidisse narrauit: dixitq; sibi apparuisse in somnis / q̃ iter agens ad quendã fluuium magnũ veniret, quẽ per ferreũ pontem transiret: veniensq; sub montẽ quendam / multũ ibi aurũ videret. Quod cũ illi fideli suo narraret, illeq; vicissim sibi oĩa quæ gesta sunt intimaret, ad locũ illũ accesserunt: fodientesq; multa pondera auri antiquitus ibi recondita inuenerũt: de quo auro rex idem postea ciboriũ magnum fieri, diuersisq; gẽmis exornari præcipiens, voluit illud Hierosolymã ad sepulchrum dñi mittere: sed cũ hoc perficere nõ posset, iussit illud poni supra corpus beati Marcelli martyris in Cabillona ciuitate sepulti: diciẽq; aliud huic simile nõ inueniri. ¶ Hilperic⁹ aũt accæpit vxorẽ Audeuoram, quæ peperit ei tres filios, Theodebertũ, Merouẽum, & Clodoueũ. Heribertus vero duxit Ingobergã. Quæ cum haberet duas puellas nimis pulchras cuiusdam pauperis filias, rex in amorẽ earũ vehementer

exarsit. Quas cum regina odio haberet, rex ira
tus eam abiecit: & vnã ex illis in coniugiũ sum
psit, deinde alteram ꝙꝙ sibi copulauit. Pro qua
re cũ sanctus Germanus Parisiorũ eps̄ vtrosq;
excõicaret, & rex hoc paruipendens / eam non
dimitteret, ꝑcussa dei iudicio / mortua est: nec
multo post rex ipse defunctus est. Porro Sigi
bertus rex videns nequitiã fratris sui / dedigna
tus talia coniugia, legationẽ in Hispaniã misit
regisq; filiã Brunihildem petijt: & accæpit pu
ellam pulchrã & ingeniosam. Et qa Arrianæ
legi subiecta erat, in noĩe sanctæ trinitatis eã
baptizari iubebat: ex qua filiũ Hildibertũ susci
piebat. ¶ His tpibus sanctus Columbanus de
Hibernia venit in Galliã: quem Sigibert⁹ rex
benigne suscæpit. Hilperic⁹ aũt frater Sigiber
ti videns eum regali coniugio sublimatũ, cum
iam plures vxores haberet, sororẽ Brunihildis
natu maiorem, noĩe Gelsundam in coniugiũ
petijt: ꝓmittens per legatos oẽs alias vxores
se dimissurũ. Qua desponsata, & cũ multis the
sauris accepta, Fridegundis quædam ex vxori
bus ei⁹ plurimis genere infima, sed speciosa &
callida, hanc in stratu suo per noctem strangu
lauit, & priorẽ Audeuorã consilio pessimo ab
eo separauit; ipsaq; in locum earũ quasi legiti
ma successit. ¶ Eo tpe Iustinianus imperator
apud Constantinopolim obijt: Iustinus vero
imperiũ ambiuit. Post hæc Hilpericus Theo
debertũ filium suũ vltra Ligerem in regnũ fra
tris sui Sigiberti cũ exercitu direxit: q mox Tu
ronũ & Pictauim, cæterasq; vrbes inuasit: ec
clesias incẽdit: monasteria destruxit; clericos in
terfecit. Contra quẽ Sigibertus mouens exerci
tum, interfecit eum: Hilpericus vero cũ vxore
Fridegunda fugit in Turnacũ. Sigibertus aũt
ciuitates quæ vltra Parisiũ sunt accipiens, cum
Franci qui quondã Hildiberto seniori subditi
erãt, hunc vellent super se regẽ constituere, &
Hilpericũ relinquẽre: fraudibus & cõsilio Fri
degundis, quæ nimiũ callida erat, interfectus
est anno regni sui. xiiij. ætatis aũt. xl. Tũc Bru
nihildis cũ filijs suis apud Parisiũ sedebat: Gun
doaldus aũt dux qui erat maior domus, filium
Sigiberti paruulum Hildibertũ furtim ꝑ no
ctem abstulit, & cũ eo fugit: collectisq; genti
bus super quas pater eius regnauerat, regẽ illũ
constituit. ¶ Tempore illo beatus Germanus
Parisiorꝫ eps̄ plenus virtutibus magnis migra
uit ad dñm. Mortui aũt sunt & filij Hilperici,
oẽs ꝗs habebat de Fridegundi: sed ad vltimũ
genuit Clothariũ: qui postea factus est rex ma
gnus: & hic genuit Dagobertum. ¶ Inter hæc
maximæ discordiæ ortæ sunt ĩter Hilpericũ &
nepotẽ suum Hildebertũ filium Sigiberti: arri
tabantq; eos ex vtrisq; partibus, Fridegũdis &
Brunehildis. ¶ Eo ꝙꝙ tempore mortu⁹ est bo
næ memoriæ Guntrãmus rex inclytus, frater
Hilperici, cũ regnaret annis. xxxi. cuius regnũ
scilicet Burgundiã, Hildibertus fratruelis eius
accæpit. Post hæc cũ Fridegundis adulterium
cũ Landerico quodam cõmitteret, & hoc regi
Hilperico innotesceret: illa eum metuens, egit
consiliũ cum duobus iuuenibus qui regẽ sero
de venatione venientẽ statim vt de equo descen
dit / interfecerunt: clamantes ipsi insidias esse de
parte Hildiberti: sicq; ipsa cũ filio suo paruulo
Clothario regnũ tenuit. Hildibertus igiť fili⁹
Sigiberti cũ regnaret annis. xx. mortuus est: ha
bens duos filios, seniorem noĩe Theodebertũ
ex concubina: iuniorẽ Theodericũ ex regina.
Sed senior Theodebertus regnũ accæpit, scili
cet Austrasiã: iuniorẽ vero Theodericũ auia
sua Brunihildis direxit in regnũ Guntrãmi re
gis, videlicet Burgundiã. ¶ Eo tpe Fridegun
dis mortua est. Brunihildis aũt prauum consi
lium subministrauit nepoti suo Theoderico di
cens. Cur nõ requiris thesaurum & regnũ pa
tris tui, de manu Theodeberti, cum nõ sit fra
ter tuus, sed de meretrice quadã patris tui con
cubina sit editus. Ille vero hoc audiens, vt erat
acerbis moribus, exercitũ plurimum cõtra fra
trem direxit. Cumq; cõuenirẽt in præliũ, The
odebertus victus / fugit in Coloniã. Theode
ricus aũt illum ꝓsecutus, cum cuncta vastasset,
& popul⁹ vt subiectis parceret ad eum clamas
set, ait. Si vultis vt parcam vobis, Theodeber
tum mihi viuũ adducite: aut caput ei⁹ afferte.
Qui ciuitatẽ ingressi, cum suaderent Theode
berto vt thesaurꝫ redderet, quatenus frater ei⁹
recederet, ille verbis eorum credulus / ingrediť
thesaurariũ suum: & cũ preciosissima quæq;
regreret, vnus ex eis retro ceruicẽ eius gladio
percussit: & caput eius amputauit. Theoderic⁹
vero appræhendens ipsam ciuitatẽ, multos the
sauros accæpit: rediensq; ad vrbẽ Metensem,
filiam Theodeberti pulchram nimis cum duo
bus filijs paruulis abduxit: filiosq; occidens / fi
liam in coniugiũ accipere voluit. Cui cum di
ceret Brunihildis, nõ debes ducere filiã fratris
tui, ille iratus ait. Nonne tu dixisti mihi ꝙ non
esset frater meus? Cur induxisti super me pec
catũ hoc, auctrix mortis? Et euaginato cultro,
voluit eam transfigere: sed illa a circumstãtib⁹
erepta est. Post hæc odio nimio infecta, potio
nem venenatã ꝑ ministros suos ei direxit: quã
ille bibens, mortuus est. Taliter refert historia
Francorũ. Sed in libro actuum sancti Colum
bani legiť, ꝙ apud Talbiacũ pugnauerint: vi
ctumq; Theodebertũ & fugientẽ, Theoderi

cus insecutus apprahenderit, & ad auiā suam Brunihildem adduxerit, quē illa clericū fieri rogauerit: sed nō post multos dies impie peremerit: Theodericus vero apud Metēsem ciuitatē cōmorans, diuino igni crematus sit. De hac cōtrouersia scriptores videant. Mortuo aūt Theoderico, filius eius Sigibertus in regnū successit: ille scilicet de quo libro actuū sancti Galli legit/ q Gunzonis ducis filiā desponsauerit, quā idem beatus Gall⁹ a dæmonio liberauerit. Clotharius itaq filius Hilperici collecto exercitu, fines regni quæ suæ ditioni debebant, cū conabat recipere, Sigibertus ei cū exercitu occurrit: quē ille captū occidit: & qnq fratres ei⁹ filios Theoderici similiter interemit. Post hæc Burgundiones & Austrasij facta pace cū Francis, Clothariū in monarchia toti⁹ regni regem sublimauerunt. Tunc conclamantibus oībus Brunihildem morte turpissima esse condignā: primū camelo impositā/totum exercitū girare fecit: deinde indomitorū pedib⁹ equorū alligatā interimi præcæpit: sepulchrūq ei⁹ ignis fuit. Erat aūt Clothario filius noīe Dagobertus: puer efficax & strenu⁹, & ad oīa sollertissim⁹ quē rex adultū cum Pippino duce ī Austrasiā regnaturū direxit. Clotharius autē cū regnaret annis. xliij. plenus dierū mortu⁹ est: & Dagobertus filius eius monarchiā in tribus regnis solus obtinuit: fuitq fortissim⁹, & Francorū nutritius: in iudicijs ecclesiasticis seuerissimus, largitor elemosynarū præcipuus: pacē in toto regno suo statuens, & timorē gentibus in circuitu incutiēs: ipseq velut Salomon pacificus, regnū obtinuit quiet⁹. ❡ Eo tpe defuncto Gundoaldo maiore domus, Erchinoaldum virū illustrem in locū eius statuit. Habebat aūt idem rex ex regina Mathilda de genere Saxonū/ filios duos, Sigibertū & Clodoueū: quorū maiorem Sigibertū duci Pippino & sancto Chonibeito Coloniensi epo, in Austrasia regnaturū direxit: iuniorē Clodoueū secum retinuit. Sigibertus hic sancto Koniocho epium Traiectense dedit. Pippin⁹ aūt dux pater erat sanctæ Gertrudis virginis, & Beggæ quā duxit vxorem Angisus fili⁹ sancti Arnolfi viri magni, deoq dilecti: q p amore dei renuncians sæculo, diuino se mācipauit seruitio: factusq est postea eps Metensiū: deinde heremiticā diligens vitā, plenus virtutibus migrauit ad dñm. Huius sancti Arnolfi pater fuit Arnolfus vir illustris, filius Ansberti, & Blithildæ Lotharij regis filiæ. ❡ Dagobert⁹ aūt rex cū regnaret annis. xxxiiij mortuus est: & Clodoueus fili⁹ eius regnauit p eo/ sup Francos: accæpitq vxorē de genere Saxonū noīe Mathildem pulchrā & ingeniosam: q genuit ei tres filios, Lothariū Hildericū & Theodericū. Sigiberto vero fratre Clodouei rege Austrasiorū defuncto, dux Pippinus filiū eius Grimoaldū maiorē domus cōstituit. Habuit aūt & ipse Sigibert⁹ filiū paruulū noīe Dagobertū. Decedente igit tpe, Sigibertus defunctus est: & Grimoald⁹ maior domus filiū eius Dagobertū totondit: Di loneq Pictauiēsis vrbis epm in Scotiā exiliās, Dagobertū epi scopatui pposuit. Qd' indignātes Franci, Grimoaldo insidias statuūt: capiūtq Clodoueo deferunt. Quē ille vinculatū carceri mancipauit: vbi vt dign⁹ erat/ vitā finiuit. ❡ Eo tpe Clodoueus instigāte diabolo, brachiū sancti Dionysij martyris abscidit: ex quo regnū Francorū calib⁹ pestiferis cōcidit. Clodoueo itaq post. xv annos regni sui defuncto, Franci statuerūt Lothariū fratrem eius cū matre Mathilda regnare p eo. Hic sanctum Leodegariū Augustuduni fecit epm. Eo qq tpe Erchinoaldo maiore domus defuncto, in locū eius successit Ebroinus. Post nō multum vero tps mortuo Clothario, Ebroin⁹ maior domus/ Theodericū fratrē ei⁹ cōstituere voluit regē. Sed qa idē Ebroinus iā odiosus fuit Francis, spreto eius cōsilio, alterū eius fratrē Hildericū q Austrasijs iā imperabat sup se regē constituunt. Quod vidēs Ebroin⁹ in Luxouiēse cœnobiū tonso capite quasi ppetuo monachus se cōtulit. Post aliqd tps, Hilderico/ cū leuis esset, ac oīa incōsulte ageret, a qbusdā cū regina pgnante interfecto: rursumq Theoderico in regnum reuocato, Ebroin⁹ de claustro prumpens/ ad regē puenit: receptoq principatu suo, tyrānidem magnā in Frācos, qbus odiosus erat, exercuit: inter qs & sanctum Leodegariū occidit. Mortuo aūt Theoderico filij eius Clodoueus & Hildebertus regnauerunt: post qs Dagobertus iunior, cui Hilpericus cū Reginfrido succedētes, a Karolo Pippini filio deiecti sunt, & Lotharius substitutus: post quē iterū Hilpericus regnauit: post hunc Theoderic⁹. Quo. xx. Leonis īpatoris anno mortuo, & primo Constantini eiusdē Leonis filij anno/ Karolo defuncto, quinq annis post Theodericū sine rege īterlapsis, sexto demum anno Pippin⁹ & Karlomānus filij Karoli, Hildericū statuunt regē: qui & vltimus erat de antiquo genere regū. ❡ Tpe autē regum pcedentium post mortē Ebroini Angisus sancti Arnolfi filius, nomen vt aiunt ducens ab illo Troiano Anchisa patre Aeneæ, maior domus effectus est in regno Francorū: post quē Pippinus filius ei⁹ & Beggæ/ sororis sanctæ Gertrudis: post hunc filius eius Karolus cognomēto Fortis: q p multas pugnas principatū tulit de ma

nu Reginfridi: quē Karolum genuit Pippino
Albhaidis ſoror Diodonis domeſtici ſui: quā
ille ſuperduxit legitimæ vxori ſuæ Plectrudi:
de qua ſuſcæperat Drugonē & Grimoaldum.
Quā rem dum deteſtaret̃ ſanctus Lampertus
ep̃s, ab eodē Diodone eſt interfectus: Pippino
vt aiũt conſentiēte, Hildeberto Theoderici fi-
lio regnante. Mortuo aũt hoc Karolo, filij eius
Pippinus & Karlomānus principatũ tenuerũt
ſimul annis. iiij. poſtea Pippinus ſolus annis.
vij. adhuc q̄dem regibus in Francia ex antiqua
ſtirpe ſolo noīe regnātibꝰ, ſed nil regiæ digni
tatis habentibus, donec per autoritatē Zacha-
riæ papæ, Hilderico qui tunc falſum regis no
men habebat, detonſo & in monaſteriũ detru-
ſo, iſdem Pippinus ex p̄fecto palatij / in regnũ
eſt ſublimatus: ac deinde p̱ ſucceſſorē eius Ste-
phanũ papam / vna cũ vxore ſua Bertherata, fi-
lijſq; Karolo & Karlomāno regali eſt vnctiōe
conſecratus, & in regno confirmatus, anno ab
incarnatione dñi. dccliiij. ¶ His de gente regi
buſq; Francorũ notitiæ cauſa / ſiue per repetiti
onē præcedentiũ, ſeu per anticipationē ſequen
tium dictis quaſi per quendā exceſſum, iā rede
amus ad inceptũ. Anni Valentiniani.

i VAlentinianus primo regni ſui anno, qui
eſt dominicæ incarnatiōis. ccclxvij. fratri
ſuo Valenti regnũ oriētis dedit: ipſe occidenta
ij le tenuit. Anno dñi. ccclxviij. Damaſus papa
xxxviij. ordinatus, ſedit annis. xviij. ſub ſeditio
ne tñ: quia Vrſinus q̄dam diaconus Romanæ
eccleſiæ ſibi ſacerdotiũ vſurpauit: Damaſus ve
ro cōſtituit, vt pſalmi die noctuq; canant̃ in ec
iij cleſia. Anno dñi. ccclxix. lana pluuiæ permixta
iiij de nubibus fluxit. Anno dñi. ccclxx. Hylarius
v Pictauiēſis ep̃s obijt. Anno dñi. ccclxxi. Atha
laricus rex Gothorum chriſtianos in ſua gente
vi perſequit̃. Anno dñi. ccclxxij. Euſebius Vercel
vij lenſis, & Lucifer Caralitanus obierunt. Anno
dñi. ccclxxiij. Valentinianus Saxones cæde p̱-
viij domuit in Francia. Anno dñi. ccclxxiiij. Didi-
mus Alexandrinus multa de noſtro dogmate
ix cōmentat̃. Anno dñi. ccclxxv. Sanctus Marti
x nus Turonis ordinat̃ ep̃s. Anno dñi. ccclxxvi.
Magnentia quæ & Tecla Romanorũ nobiliſ
ſima Hieroſolymā veniēs, magnis virtutibus
xi & humilitate claruit. Anno dñi. ccclxxvij. Va-
lentinianus rupta vena nuper inciſa morit̃.

VAlens igit̃ frater Valētiniani dum per cō-
ceſſionē fratris regnaret cum eo in regno
oriētis, id eſt in Conſtātinopoli annis. xi. poſt
mortē fratris regnauit ibi annis. iiij. Gratiano
& Valentiniano fratris ſui filijs, regnũ occidē-
tis id eſt Romanũ tenentibus imperiũ. Hic ita
q; Valens mox vt frater eiꝰ ab eo diſceſſit, Do
minica vxore ſua vt aiũt ſuadente, ab Eudoxio
Arriano ep̃o rebaptizatus eſt: ſtatimq; in chri-
ſtianos perſecutionē moueret, ſi fratrē non ti-
meret. In Antiochia tñ plurimo tp̃e cōmorās,
oībus licentiā dedit ſua ſacra celebrare, Gentili
bus ſcilicet atq; Iudæis, & oībus hæreticis: il-
lis tantũmodo inimicus erat, qui apoſtolicā do
ctrinam prædicabāt. Poſt mortē vero fratris,
impietatē quam mente concæperat, operibus
explebat. Nam ſacerdotes dñi exiliabat: mona-
chos in militiā cogebat: nolentes militare, inter
fici iubebat. ¶ Inter hæc diabolico inſtinctu
perſcrutari cupiens, quis poſt eum regnaturꝰ
eſſet, necromantiā fecit: ſed diabolus eius auda
cia & crudelitate abuſus, nō apta / ſed obliqua
ei reſponſa dedit: per quæ multos artificioſe in
teremit. Dæmon enim ſtrauit ei quatuor lite-
ras, θ. ε. ο. δ. dicens hoc nomen poſt Valentem
imperij culmen accepturũ. Vnde ille zelo du-
ctus, multos interemit, quos tyrannidem aſſu
mere æſtimauit. Occidebant̃ itaq; Theodati,
Theodori, Theodunculi, & q̄cũq; has literas
in capite ſui noīs habebant. Hoc ergo timore
plurimi ſua noīa mutauerũt: negantes cũ iura-
mento, quæ prius habuerunt, vt pericula effu
gerent. Inter cæteros aũt occiſus eſt & Theo-
doſius vir fortis, ex Hiſpania genus ducēs, pa
ter Theodoſij poſtea imperatoris. Hic Theo-
doſius a Valentiniano fratre Valētis in Africā
miſſus, Firmũ quendam ſeſe in regnũ extollen
tem ad mortē coegit: totamq; Africā & Mau-
ritaniā Romano imperio ſubiecit. Sed cũ a Va
lente per inuidiā iuberet̃ occidi, prius in remiſ
ſionē peccatorũ rogabat baptizari: ſicq; iugu-
lum vltro præbuit percuſſori. ¶ Ea tempeſta
te Hunorũ gens diu inacceſſis ſecluſa mōtibꝰ,
repētina rabie percita / exarſit in Gothos: eoſq;
conturbatos ab antiquis expulit ſedibus. Qui
tranſito Danubio, ad Valentē venerunt: & ſi-
ne omni pactione ſuſcepti, Thracias ad habitan
dum ab eo accæperunt. Deinde cũ idem impe-
rator nō daret eis quod ſufficeret, nō ſuſtinen
tes famem, appræhenderũt arma: euntesq; per
Thraciā, oīa licenter vaſtabant & incendebāt.
Hoc audiens Valens, egreſſus ab Antiochia,
congregauit exercitũ vt pugnaret cum Gothis.
Primũq; moratus apud Conſtātinopolim, mi
ſit Traianũ magiſtrũ militiæ contra eos: q̄ vi-
ctus ignominioſe reuerſus eſt. Cui cũ Valens
mollitiē exprobraret / ait. Nō ego victus ſum o
imp̱ator: ſed tu q̄ contra deũ pugnans / Barba-
ris nutũ eius cōcilias. An neſcis q̄s ab eccleſijs
expuliſti, & q̄bus eas tradidiſti? Ille ſera pœni
tentia ſtimulatꝰ, ep̃os / cæteroſq; ſanctos reuo
cari de exilijs præcæpit. Inter hæc Barbari per

Thraciā discurrebāt: sāq; suburbana Constāti
nopolitana, nullo ꝓhibente incendebāt. Egres
sus itaq; de Constātinopoli, duxit exercitū ad
vrbem Hadrianopolim: cōmissaq; pugna cū
Gothis, primo impetu Gothorū/ Romani eq
brosio reptæ sunt. Anno dñi. cccxc. Anno dñi
cccxci. Augustin⁹ ad fidem cōuersus, ab Am- iij iiij
brosio baptisat̄. Anno dñi. cccxcij. Anno dñi. v vi
cccxciij. Iohannes heremita claruit. Anno do- vij
mini. cccxciiij. Syrici⁹ papa. xl. sedit annis. viij
decessitq;. vi. kal̄. Decemb. Anno dñi. cccxcv. viij
Hieronym⁹ librū quem de illustribus viris scri
psit, hucusq; perduxit. Anno dñi. cccxcvi. Di- ix
dimus Alexandriæ obijt. Corpora Abacuc &
Micheę ꝓphetarū reuelant̄. Anno dñi. cccxc- x
vij. Valentinianus dolo Arbogastis occiditur:
eiusq; locū Eugeni⁹ inuadit. Anno dñi. cccxc- xi
viij. Theodosius Eugeniū tyrannū superauit.
Arbogastes sua manu se interfecit. Theodosi⁹
vero Mediolano in pace quieuit. Augustinus
doctor facūdissimus Hypponi ordinatur eps.
¶ Hucusq; ecclesiasticā historiā Eusebius Ru
finus perduxit.

ANno dñicę incarnatiōis. cccxcix. vrbis cō
ditæ mil̄. cl. Archadius & Honorius filij
Theodosij. xlvi. loco ab Augusto cōe imperi
um diuisis tm̄ sedib⁹ tenuerūt: Archadi⁹ in ori

ente, Honoriꝰ in occidente. Tunc Rufinus pa
tritius Archadio principi tendens insidias. Ala
ricū regem Gothorū vt Graecias vastaret, mis
sis clam pecunijs inuitauit. Sed deiectus Rufi
nus ante portas vrbis Constantinopolitanæ vt
supra dictum est, a militibus decollatus est: ca⸗
putq́ꝫ eius cū dextera manu ad ludibriū per vr⸗
bē circūductum est: vxoreq́ꝫ exulata, opes eius
cunctas Eutropius Spado ꝓmeruit. Gildo aūt
Africæ comes a Theodosio dudū ordinatus,
cognita morte eius, arbitratus parū spei in pue
ris, coepit Africam sibi vendicare. Cuius frater
Mascezel, cum esset fidelis / Germani perfidiā
detexit: ille aūt duos filios fratris cum pater abi
ret / interfecit. Contra quē iam vt hostem idem
Mascezel cū exercitu missus, cū eū valde coar
taret, in fugā versus, post paucos dies strangu
latꝰ est. ¶ Hesperiā vero plagam in regno Ho
norij imperatoris primū Radagaisus Scytha
crudelissimus cū .cc. milibus Gothorū inunda
uit: qui oēm Romani populi sanguinē ꝓpina
re deuouit. Contra quē duo Pagani duces Hu
norū Huldinus & Sarus, a Romanis cōducti
sunt. Nolente deo causam potētiæ suæ per vir
tutē hoīm superare, diuinitus territꝰ est Rada⸗
gaisus: fugiensq́ꝫ in Peculanū montē / ingenti
vndiq́ꝫ timore concludit̄: & dum fame sitiq́ꝫ la
borat, volens fugere solus cōprēhendit̄ a Ro⸗
manis: missusq́ꝫ in carcerē, ibi mortuꝰ est. Tan
ta vero multitudo de Gothis cōpræhensa est,
vt sicut vilia pecora venderent̄: nā singuli Go⸗
thi singulis aureis vendebantur. Post Radagai
sum Alaricꝰ rex Gothorū Italiā intrauit: & vt
superius in gestis Gothorū scriptū est, multa
mala Romanis / cęterisq́ꝫ inferens, apud Con⸗
sentiā mortuꝰ est. Cui succedens Athaulfus cō
sanguineꝰ eius, q̄cquid ille reliquit / abrasit: &
Placidiā Honorij sororē auferens / in matrimo
niū accępit ¶ Stilico q̄q́ꝫ comes qui erat de pfi
da & dolosa gente Vuandalorꝫ natꝰ, & erat so
cer Honorij: cuiꝰ duæ filię Maria & Herman
tia altera post alterā principi Honorio despon
satę sunt: sed vtręq́ꝫ virgines defunctæ sunt: ob
litus beneficiorū: oblitus consanguinitatis, re⸗
gno eius inhiauit: & Alemannorū Sueuorūq́ꝫ
gentes elatis pecunijs super eum congregauit:
quia Eucheriū filiū suū christianis semp a pue
ro insidias molientē cęsarē facere cogitauit: sed
Honorius cōgregato exercitu cū eis pugnās
vtrosq́ꝫ occidit. Quo anno & Archadius orien
talis imperator regnās post obitū patris annos
xiij. defunctus est anno ętatis. xxxi. relinquēs fi
liū noīe Theodosiū, annorū. viij. quē añ mor⸗
tem suā appellauit iperatorē: qui succedens pa
tri, regnauit annos. xli. cū patruo Honorio. xv
postea, xxvi. qui fiunt. xli. Huius tp̄e Claudia
nus & Prudentius poetæ insignes habent̄.

Anni Archadij.

PRimo aūt anno Archadij & Honorij, qui i
est annus dñicę incarnatiōis. cccxcix. Iohā
nes heremita obijt. Anno dñi. cccc. Sanctus ij
Martinus ad supna migrauit. Anno dñi. cccci. iij
Sanctꝰ Ambrosiꝰ carne solutus est. Anno dñi iiij
ccccij. Anastasiꝰ papa. xli. ordinatꝰ est: sedēsq́ꝫ
annis. iij. migrauit. v. kal. Maij. Anno dñi. cccc v
iij. Gothi Radagaiso & Alarico regibus Italiā
prędati sunt. Anno dñi. cccciiij. Synodus Ale vi
xandriæ fit ꝓpter doctrinam Origenis. Anno vij
dñi. ccccv. Innocētius papa. xlij. ordinatꝰ, sedit
annis. xv. decessitq́ꝫ. iiij. Idus Martij. Hic insti
tuit ad missas pacis osculū dari. Anno dñi. cccc viij
vi. Anno dñi. ccccvij. Seuerus vitā sancti Mar ix
tini describit. Anno domini. ccccviij. Iohānes x
Chrysostomꝰ in exilio obijt. Et mors Eudoxię
Aug. subsecuta est. Anno dñi. ccccix. Anno do xi xij
mini. ccccx. Anno dñi. ccccxi. Archadiꝰ impe xiij
rator Constantinopoli morit̄.

ANno dñicæ incarnatiōis. ccccxij. vrbis cō
ditæ mil. clxiij. Honorius post mortem
fratris cū Theodosio filio fratris adhuc regnās
annis. xv. cū videret rēpublicā quotidie decre⸗
scere, elegit virū fortē & pugnatorē Constan⸗
tiū comitem, & transmisit eū ad Gallias. Con
stantinꝰ .n. q̄dam Gallijs occupatis inuasit im
periū: cuius hostes duo iuuenes locupletes Di
dimus & Viridianꝰ assumptis ꝓprijs seruis &
vernaculis, sese patriāq́ꝫ defensare moliti sunt:
capientesq́ꝫ filiū eius Constantē, monachū fe⸗
cerunt. Quē pater ex monacho cæsarē fecit: &
cōtra illos misit. Sed Constātius ab Honorio
missus, mox vt Galliā ingressus est, Constan⸗
tinū apud Arelatē inclusit, & occidit: filiū vero
eiꝰ Cōstantē in Viēna Gerontiꝰ comes Cōstā
tij peremit. Quorū exitij īmemores, Iouianꝰ
& Sebastianꝰ itē in Gallijs tyrānidē moliunt̄:
sed & ipsi mox interficiunt̄. Heraclianꝰ q̄q́ꝫ co
mes Africæ cū tribus milibus armatis, & .dcc.
nauibꝰ ad deprędandā Romā venit: cōtra quē
Marinus comes egressus sic eū pterruit, vt cū
vna tm̄ naui Carthaginem fugeret: vbi & mox
occisus est. In his ergo diebus præcipiēte Ho
norio, & adiuuāte Constātio, firma pax oībus
catholicis ecclesijs per vniuersam Africā reddi
ta est: q̄diu præclarissimus magister ecclesiæ
apud Hypponem regiū florebat Augustinus
Inter hæc Valia rex Gothorū pacē fecit cū Ho
norio, & reddidit ei placidiā sororem suā, quā
ipse Constātio patritio qui eam reuocauerat in
matrimoniū dedit. Honorius vero postq̄ cum
Theodosio fratris filio regnauit annis. xv. &

rẽpublicã pacificatã dimisit, Romę mortuꝰ est

Anni Honorij.

i ij iij ANno dñi.ccccxiij.Anno dñi.ccccxiiij.An
no dñi.ccccxv.Alaricꝰ rex Gothorũ Ro
iiij v mã inuasit.Anno dñi.ccccxvi.Anno dñi.cccc
vi xvij.Anno dñi.ccccxviij.Corpora sanctorum
Stephani, Nicodemi & aliorum reuelata sunt.
vij viij Anno dñi.ccccxix.Anno dñi.ccccxx.Zosimꝰ
papa.xliij.ordinatus sedit anno vno: decessitq́
vij.kal.April.Hic cõstituit vt diaconꝰ leuã te
ix gat.Anno dñi.ccccxxi.Bonifacius papa.xliiij.
sedit annis.iij.mẽsibꝰ.viij. Anno dñi.ccccxxij
x xi Anno dñi.ccccxxiij.Sanctus Hieronymꝰ mi
grauit anno vitę.xci.Anno dñi.ccccxxiiij.Ho
xij norius apud Rauennã Constantiũ cõsortẽ re
xiij gni fecit.Anno dñi.ccccxxv. Celestinus papa
xlv.sedit annis fere.ix.decessitq́.viij.kal.Ap.
Hic constituit sanctus, sanctus, sctũs, cantari.
xiiij Constituit etiã vt psalmi Dauid canerent.An
no dñi.ccccxxvi.Honoriꝰ Romę morit, anno
ĩperij sui.xxxi.quorũ duobꝰ regnauit sub prẽ
xiiij.cũ fratre.xv.cũ filio fratris Theodosio.
Faramũdꝰ filiꝰ Marcomedis regnauit ĩ Frãcia
¶Paulus Orosiꝰ pñsbyter librum suũ historicũ
a cõditione mũdi hucusq́ perduxit. Olympi
as.ccccc.

Anni Theodosij iunioris.

ANno dñicę incarnationis.ccccxx
vij.vrbis cõditę mil.clxxviij:The
odosius iunior Archadij filiꝰ, ne
pos Theodosij magni.xlvij. loco
ab Augusto solus tenuit imperiũ:
cũ antea regnaret cũ patruo Honorio ãnis.xv.
imperauit aũt postea annis.xxvi.qui sunt anni.
xli.Honorio aũt defuncto, Iohãnes qdam re
gnũ occidẽtale ĩuasit:misitq́ legationẽ ad The
odosiũ imperatorẽ, suscipi depcans. Qui lega
tis in carcerẽ trusis, Ardubariũ prętorẽ contra
eũ misit: quẽ ille apud Rauennã aggressus in
clusit.Quo Theodosius agnito, Valentinianũ
amitę suæ Placidiæ ex Constãtio filiũ cæsarẽ
fecit: & cũ matre sua ad recipiendũ occidentale
regnũ direxit, & Asparẽ Ardubarij filiũ an eũ
cõtra Iohannẽ misit.Angelus aũt dñi in habi
tu pastoris apparẽs, deduxit Asparẽ & qui cũ
eo erãt per paludẽ quę Rauẽnæ adiacuit, priꝰ
inuiã, quã tunc deꝰ fecit peruiã: veniẽtesq́ Ra
uennã, portas inuenerũt aptas: & ingrediẽtes,
tyrannũ Iohannẽ occiderunt: Ardubariũ a vin
culis absoluerũt.Valentinianꝰ igit veniens Ita
liã, consensu oĩm factꝰ est impator: ideoq́ ex
decreto Theodosij Augustꝰ appellat. ¶Eo
dem tpe erãt Gothi & alię gentes multę ac ma
gnæ trans Danubiũ Hyperboreis locis inhabi
tantes: ex qbꝰ rationabiliores erant.iiij.Gothi,
Hypogothi/qui & Vuisigothæ, Gepidæ, &
Vuãdali: nomen tantũ/ & nihil aliud mutãtes:
vnaq́ lingua vtentes: oẽs aũt erant fidei Arria
nę.Isti sub Archadio & Honorio Danubium
transeũtes, locati sunt in puincijs Romanorũ:
& Gepidę qdẽ ex quibꝰ postmodũ diuisi sunt
Longobardi & Auares, villas quæ sunt circa
Sigedonẽ & Sirmiũ habitauerũt. Vuisigothæ
vero post Alaricũ depopulãtes Romã/in Gal
lias abierũt: & quę ibi sunt/obtinuerũt.Gothi
aũt qui & Ostrogothę Pannoniã primũ habi
tauerũt.Deinde.xix.anno imperij Theodosij
iunioris Thraciæ villas habitauerunt: ibiq́ p.l
viij.annos morãtes: occidentis q̃q́ obtinuerũt
imperiũ.Porro Vuãdali sociatis sibi Alanis, &
Germanis q tunc Franci vocabant, transeũtes
Rhenũ fluuiũ Modigisclo duce habitauerunt
in Hispania.¶Eo tpe fuerũt duo prętores Ae
tius & Bonifacius: q̃s Theodosius postulante
Valentiniano Romã direxit.Cũq́ Bonifacius
principatũ Africę pcępisset, ibiq́ gloriose age
ret, ĩuidia ductꝰ Aetius accusauit eũ apud Pla
cidiã matrẽ Valentiniani q rebellationẽ medi
taret: ceterũ Bonifacio scripsit, si accersitus fue
ris/accedere noli: incusatꝰ.n.es: & dolose vo
cant te imperatores.Cui credens Bonifaciꝰ, ac
cedere distulit accersitꝰ. Tunc impatores Aeti
um quasi deuotũ acceperũt: & aduersus Boni
facium duo duces, Mauortius & Galbio missi
sunt, sed ab eo interẽpti sunt.Rursus contra eũ
Sigisuualdus comes dirigit. Bonifacius vero
cernens se Africã tenere nõ posse, trãsfretauit
in Hispaniã ad Vuandalos & Alanos: & cum
Modigisclus iã mortuus esset, filios eius Gun
thariũ & Geisericũ suasit ĩ Africã venire: eãq́
possidere.Qui venientes, totã pene Africã fer
ro & flãma rapinisq́ dissipauerũt.Sub hoc tur
bine beatissimꝰ Augustinꝰ Hipponẽsis eps,
ne ciuitatis suę ruinã cerneret, tertio mense ob
sidionis eius migrauit ad dñm. lxx.&.vi.vitæ
annis expletis: ex qbꝰ.xl.in clericatu vel epatu
transegerat.Interea qdã senatorũ amici Bonifa
cij/falsam accusationẽ Aetij intimauerũt Placi
dię, ostẽdentes ei epistolã ab eodẽ ad Bonifaci
um scriptã.At illa stupefacta, Aetiũ qdem nõ
lęsit: Bonifacio vbũ vero exhortatoriũ vt secu
rus veniret/cũ iuramentis misit. Qui veniens,
suspicionẽ dissoluit: & magister militũ effectꝰ
nõ multo post morbo extinctꝰ est.Deinde Ro
mani dederũt Vuandalis partẽ Africę ad habi
tandum, facta pace cũ eis.Mortuo aũt Gũtha
rio, Geisericꝰ Alanorũ & Vuãdalorũ impera
tor factus est.Qui quoniã Arrianus erat, infra
limites habitatiõis suæ in Africa persecutionẽ
cõtra christianos fecit, catholicã fidem cupiens
subuertere: multosq́ epos catholicos in tantũ

persecutus est, vt priuatos ecclesiarū suarū iure
de ciuitatibus expelleret. Deinde Carthaginē si
mulata pace īuadens, oēs diuitias & ornamen
ta ecclesiastica abstulit. Valentinianus aūt Au-
gustus, Constātij & Gallę filius ad Theodosi
um consobrinū suum Constātinopolim ꝓfe-
ctus, filiā eius Eudoxiā quā sibi Eudoxia ge-
nuit, in matrimoniū accępit: Romamqʒ redijt.
Tricesimo aūt anno imperij Theodosij, terræ
motus magni facti sunt Constātinopoli ꝑ qua
tuor menses: ita vt timētes Bizantij extra ciuita
tem in loco q̄ dicit̄ Campus, vna cum epō Pro
culo perseuerarēt, in letanijs ad deū vociferan
tes. Quadam ergo die terra fluctuante, & omī
populo attentius kyrieleison clamāte, circa ho
ram tertiā oībus videntibus/ q̄dam adolescētu
lus in aerē subleuat̄: audiuitqʒ vocem dicentē
sibi, vt nūciaret epō ac populo letanias facere:
& sic dicere. Sanctus deus, sanctus fortis, san-
ctus immortalis miserere nobis: nihil aliud ap
ponentes. Quod cū fieret, terręmotus cessauit.
Porro beata Pulcheria soror Theodosij vna cū
fratre super hoc miraculo valde mirata, sanxit ꝑ
vniuersum orbē hunc hymnū taliter decantari.
Sub his fere diebus Roma tanto terręmotu cō
cussa est, vt plurima ędificia corruerēt. Per hęc
tpa rex Hunorū Attila dum Thracias & Illy-
ricū deuastaret, coactus Theodosius, legatio-
ne ad eū missa. vi. milia librarū ei ꝓ recessu præ
buit: & . j. miľ. librarum tributū annuū ꝓmisit
Post hęc Theodosius morbo cōsumpt⁹, apud
Constātinopolim obijt, anno imperij. xli. Fuit
aūt sapiens multū, patientia & clæmētia vni-
uersos præcellens. Sic. n. fuit clæmens, vt si q̄n
aliquid dignū morte quispiā committeret, nō
vsqʒ ad portas ciuitatis moritur⁹ perueniebat,
sed eius clæmentia mox subsequēs/ eum reuo-
cabat. Quem cū q̄dam familiariū interrogaret,
cur nullum se lędentiū morti subiugaret, vtinā
inquit mihi esset possibile/ etiā mortuos ad vi-
tā reuocare. Nec tn̄ vir iste vitijs caruit: erat. n.
mobilis, omī vento circundatus: vn̄ & in char
tis non perlectis se subscribebat. Hoc aūt mor-
tuo, beata Pulcheria soror eius, nōdum morte
eius diuulgata, Martianū in religione & pudi
citia conuersantē senem & idoneū virū ad se ac
cersiuit, eiqʒ dixit. Quoniā imperator mortu⁹
est, & ego te eligo tanqʒ beneplacentē ex omni
senatu: da mihi verbum q̄ virginitatē meam cu
stodias quā deo deuoui, & ꝓnūciabo te impe
ratorē. Quod illo cū sacramento pollicente, ac
cersito patriarcha Anatholio cum omni senatu
ꝓnunciauit eū Romanorū imperatorē. ¶ Hu
ij ius tpe sanct⁹ Seruati⁹ floruit. Anno dñi. cccc
iij iiij xxviij. Anno dñi. ccccxxix. Anno dñi. ccccxxx

Anno dñi. ccccxxxi. Aetius multis Francis oc v
cisis, partē Galliæ quam possederāt/ recæpit.
Clodius Faramūdi filius regnauit in Frācia an
nis. xx. Iste cū iuxta mare in ęstu diei cū vxore
sedisset, bestia marina Etauro similis vt fert̄ vxo
rem ad lauādum pergentē appetijt: statimqʒ si-
ue a bestia/ siue a viro cōcipiens, filiū peperit:
qui a mari & a maculosa facie Merouęe⁹, id est
Merefech dictus est: a quo etiam postea reges
Francorum Merofingi, id est Mereiungilingi
sunt appellati. Huius filius Hildericus genuit
Ludeuuicū, qui etiā Clodoueus dict⁹ est. An
no dñi. ccccxxxij. Cassianus collationes patrū vi
scripsit. Anno dñi. ccccxxxiij. Anno dñi. cccc vij viij
xxxiiij. Sixt⁹ papa. xlvi. sedit annos. viij. obijtqʒ
v. kal. April. Anno dñi. ccccxxxv. Anno dñi. ix x
ccccxxxvi. Sanctus German⁹ Antisiodori eps
claruit. Anno dñi. ccccxxxvij. Synodus tertia xi
vniuersalis. cc. episcoporū sub Sixto papa con
gregat̄ in Epheso cōtra Nestoriū. Anno dñi. xij
ccccxxxviij. Anno dñi. ccccxxxix. Aetius Gun
dichariū Burgundiorū regem vicit: petentiqʒ xiij
gratiā tribuit: quem Huni postea peremerūt.
Anno dñi. ccccxl. Valentinianus filiā Theodo xiiij
sij accæpit. Anno dñi. ccccxli. Iulianus Pelagia
nista hæreticus a Sixto papa damnat̄. Terræ- xv
motus magni facti sunt Constātinopoli. An- xvi
no dñi. ccccxlij. Leo papa. xlvij. ordinat̄: sedēs-
qʒ annis. xvi. migrauit. iiij. kal. Iulij. Anno dñi xvij
ccccxliij. Anno dñi. ccccxliiij. Theodosius bel xviij
lum contra Vuandalos inutiliter mouit. Anno xix
dñi. ccccxlv. Alani terram Galliæ vlterioris vi
possident. Anno dñi. ccccxlvi. Sanctus Bricci xx
us Turonorū eps migrauit. Anno dñi. ccccxl xxi
vij. Eustochi⁹ Briccio successit. Anno dñi. cccc xxij
xlviij. Anno dñi. ccccxlix. Bleda Hunorū rex xxiij
Atilæ fratris fraude percutit̄. Anno dñi. ccccl. xxiiij
Anno dñi. ccccli. Merouęus Clodij filius re- xxv
gnauit in Francia annis. x. Anno dñi. cccclij. xxvi
Theodosius iunior oriētis impator obijt anno
imperij sui. xli. & vero. xv. regnauit cū patruo Ho
norio. xxvi. cū Valentiniano cōsobrino suo.

ANno dñicæ incarnationis. cccclij
ab vrbe cōdita miľ. cciiij. Martia-
nus. xlviij. loco ab Augusto orien
tali aulę præficit̄ imperator: & re-
gnauit cū Valentiniano annis. vij.
Cęterū Valentiniani tpa/ huius vel superioris
imperatoris, ascribunt̄ curriculis. Igit̄ Valenti
nianus occidentalis rector imperij, pacē firma
uit cum Geiserico, diuisa inter vtrosqʒ Africa.
Geiseric⁹ vero dum de rerū successu etiā apud
suos superbiret, valida suorū conspiratio facta
est aduersus eū. Qua detecta, multos ex eis per
diuersa occidit supplicia. Martianus aūt admo

dum religiosus, & egentibus multa beneficia præstans, regnum quod delicati decessores & prædecessores eius per annos fere.lx. vicissim imperãtes minuerant, diuina ꝓuisione sic reparauit, vt exultatio ingẽs cunctis accresceret. Nã cum Parthis & Vuandalis oĩno regnum infestãtibus pacẽ instituit, Attilę minas cõpescuit, Nomades, Blemyesq; ex Aethiopia prolapsos per Florũ Alexãdrinæ vrbis ꝓcuratorẽ a finibus Romanorũ expulit. Inter hæc beata Pulcheria dormiuit in Christo, quę multa bona fecit: & omnia sua pauperibus dereliquit: quæ imperator Martianus cũ multa essent, alacriter dispertiuit. Per hæc tempora Hunorũ rex Attila Gallias deuastans, & Italiã irrũpere cogitans, ab Aetio & Gothorum rege Theoderico vt in historia Gothorũ scriptum est/ deuincit̃. Sed q̃a semꝑ virtus inuidiã parit, Valẽtinian⁹ imperator timẽs ꝓsperos Aetij successus, occidit eũ: simulq; Boetiũ senatorem nobilissimũ. Cum q̃bus pariter occidentis imperiũ, salusq; publicæ rei corruit: nec vltra releuari potuit. Sed Valentiniano mors Aetij nõ impune cessit: nam sequẽti anno a Strantila Aetij milite ꝑ consilium Maximi patritij, & ipse cõfossus interijt, anno imperij sui.xxx. ex quibus cũ Theodosio socero suo regnauit.xxv. cũ Martiano.v. Quo mortuo, Maximus inuasit imperiũ: & Eudoxię Valẽtiniani vxori vi sociat̃. Quę nullum fore auxiliũ a Constãtinopoli existimãs, Theodosio patre/ & pulcheria amita defunctis, missa legatione Geisericũ ex Africa inuitauit: qui subito per mare cũ magna multitudine Italiã intrauit: cũ adhuc beatus Leo Romanũ regeret põtificatũ. Perculsis itaq; Romanis ꝓ aduentu Geiserici, plurimi ex vrbe fugerũt: inter quos & magni & Maximus fugiens, membratim a Romanis discerpt⁹ est mense tertio tyrãnidis suæ. Geiseric⁹ aũt ĩueniẽs vrbẽ vacuã inuasit eam. Cui beatus Leo papa extra portã occurrit: & diuino nutu precibus eum in tantũ deleniuit, vt cũ omnia potestati eius essent tradita, ab incẽdio atq; occisiõe & supplicijs abstineret. Per.xiiij. vero dies Romã omnibus diuitijs suis euacuabant, multosq; captiuos exinde auferentes: Eudoxiã quoq; quæ Geisericũ ad hoc malũ ĩuitauerat, cũ duab⁹ filiab⁹ suis Africam deportabant. Hoc modo capta est Roma secundo postq̃ eam Alaricus inuasit, expletis ab eo tpe annis.xliiij. a cõditione sua mil'.ccvij. Relicta itaq; vrbe, Vuandali per Campaniam diffusi sunt: oĩaq; ferro & igne consumũt: Capuam ciuitatem nobilissimã destruxerunt: Nolam q̃q; vrbem ditissimã & alias multas subuerterunt: Neapolim vero quia erat firmissima/ capere nõ valebant: omnia tñ a foris dissipabant. Inter has angustias vir sanctissimus Paulinus Nolanę vrbis eps̃ expensis ꝓ redemptione captiuorũ oĩbus quę habuit, seipsum ꝓ redimendo filio viduę tradidit: sicut beatus Gregorius in libro dialogorũ plenius scribit. At Geisericus postq̃ ditatus Italiæ opibus, ad Africã redijt, filiã Valentiniani principis Trasamũdo filio suo vxorẽ dedit: ex qua Hildericus nat⁹ est qui quartus post Geisericũ suꝑ Vuandalos regnauit. Tres quippe filios Geisericus habuit: quibus ante obitũ suum ita regnũ ordinauit, vt alius post aliũ iuxta ętatis ordinẽ regnaret. Regnauit igit̃ primus post eũ Hunericus: secundus Gunthemãdus: tertius Trasamũdus, post quẽ filius eius Hildericus quartus regnauit: q̃ matris monita sequẽs, catholic⁹ fuit. Martian⁹ vero imperator cũ apud Constãtinopolim.vij annis regnaret, facta suorũ conspiratione peremptus est. Huius tempore Iohannes baptista caput suũ iuxta Herodis quondã regis habitaculum reconditũ reuelauit duobus monachis orientalibus qui Hierosolymã causa orationis venerunt: quod deinceps Edissam Foenicis vrbem perlatũ, digno cultu est honoratũ.

ANNI MARTIANI.

PRimo anno Martiani, q̃ est a dñica incarnatione.cccclij. Aetius Attilam superauit. Anno dñi.cccclij i
Anno dñi.cccclliij. Anno dñi.cccclv. Synodus quarta quingentorũ.xxx. episcoporũ in Calcedone congregatur ij iij iiij
sub Leone papa cõtra Euticen. Anno dñi.cccclvi. Valentinianus Aetiũ patritiũ occidit. Anno v
dñi.cccclvij. Valentinianus ab amicis Aetij occidit̃. Anno dñi.cccclviij. Hylari⁹ papa.xlviij. vi
ordinat̃: sedit annis.vij. decessitq;.iiij. Id⁹ Sep. vij
Per hunc scripsit Victorinus paschalem cyclũ.
dxxxij. ãnorũ. Anno dñi.cccclix. Martian⁹ ori viij
entis imperator occidit̃. Anno dñicæ incarnati ix
onis.cccclx. vrbis cõditę mil'.ccxi. Leo Bessica ortus ꝓgenie, ex tribuno militũ imperator electus, & ab Anatholio patriarcha coronatus.xlix. loco ab Augusto regnũ orientale accępit: & xvi. annis tenuit. Qui deinde sequẽti tpe filium suũ Leonẽ sociũ sibi fecit in regno: occidentale vero imperiũ Maiorianus q̃dã accepit apud Rauennã: sed quarto anno haud ꝓcul a Dertona ciuitate occisus est. Statimq; Seuer⁹ sine iussu Leonis apud Rauennã imperator efficit̃, & August⁹ appellat̃: sed & ipse post quatuor annos Romę defunct⁹ est. Post cuius mortẽ consensu totius militiæ Leo imperator Anthemiũ

diuini Martiani generũ ex patritio cęsarē faci-
ens, Romã misit i imperiũ. Sequēti anno Ser
uandus qui præfectus erat in Gallia, volens in
uadere imperiũ, ab Anthemio in exiliũ missus
est. Rursus post annũ Romanus patritius ten-
tans fraudulenter accipere imperiũ, iussu An-
themij occisus est. His tpib⁹ Leo impator Ze
nonem generũ suum totius orientis magistrũ
fecit: & Basiliscũ fratrē Verenæ vxoris suæ ma
gistrũ Africę constituit. Leo itaq; impator pa-
cem faciens cũ Ostrogothis, qbus tunc Vuala
mir præerat, filius eius Dietmari filiũ Theode
ricũ iam octauũ ętatis annũ gerentē, obsidem
accepit: quem tñ postea patri cũ honore remi-
sit. Per hæc tpa inter Anthemiũ principē eiusq;
generũ Recimerem patritiũ qui tunc Mediola
ni pręposit⁹ præerat Liguriæ, magn⁹ discor
diarũ fomes exortus est: qbus se vir sanctitate
cõspicuus Epiphanius Ticinēsis eps interpo-
nens, eos ad concordiã reuocauit. Sed quia Re
cimer de pfida erat gente Gothorũ, pacem dis-
rupit: & cũ manu valida ad vrbē tendens, An-
themiũ iam. iiij. anno regnantē occidit: sed nõ
diu de perfidia sua lętatus est: nã post mensem
tertiũ excruciatus languore interijt. Inter hæc
Olibrius a Leone augusto missus, ad vrbē ve-
nit: viuo adhuc Anthemio/ regiã adeptus est di
gnitatē: Placidiã Valentiniani principis natam
duxit vxorē. Qui cũ. vij. menses imperiũ tenu
isset, morte propria Romę defunctus est. Post
cuius mortē Licerius apud Rauennã impera-
tor factus est. Sed anno sequēti veniens cũ ex-
ercitu Nepos patritius Nepotiani filius, Liceri
um expulit: ipseq; sumens imperium, illum in
Salona ciuitate Dalmatiæ ordinauit episcopũ.
Eo tpe Euricus apud Tholosam super Vuisi-
gothas regnauit, Filius Theoderici qui cũ Ae
tio cõtra Attilam pugnans occubuit. Leo igit
imperator postq; orientale imperiũ sedecim re
xerat annis, Leonē nepotem suũ ex Ariagne fi
lia Zenonis filiũ ordinãs impatorē diem clau
sit extremũ. Leo itaq; iunior cũ paucis mensi-
bus rexisset imperiũ/ manu sua coronans geni
torē suum Zenonē: constituensq; imperatorē
rebus excessit humanis. Mox Basiliscus magi-
ster Africę imperator acclamatus/ Marcũ filiũ
suum cæsarē fecit: & Zenobiã vxorem suã in
augustã coronauit. Interea Zeno totius orien
tis magister, cũ Ariagne vxore sua ad regiã p-
ueniens vrbē, susceptus est a populo & senatu
Basiliscus vero fugiēs ad ecclesiã, imperiali di-
gnitate, hoc est corona in mensa diuina posita
ipse cũ vxore sua Zenobia fugit ad baptisteriũ
Zeno sũt continuo imperialem nactus digni
tatem/ obtinuit imperium.

ANNI LEONIS.

PRimo igit anno Leonis, qui est dñicæ in- i
carnationis. cccclix. corpus sanctæ Anasta
siæ delatũ est a Sirmio: & repositũ est in tem-
plo eius in porticibus dñi. Anno dñi. cccclxi. ij
Hildericus Merouei filius, regnauit in Fran-
cia annis. xxiiij. Anno dñi. cccclxij. Hildericũ iij
insolēter & luxuriose se agentē/ Franci regno
deturbant. Anno dñi. cccclxiij. Anno dñi. cccc iiij v
lxiiij. Anno dñi. cccclxv. Simplicius papa. xlix vi
sedit annis. xij. migrauitq;. vi. Noñ. Mar. An-
no dñi. cccclxvi. Anno dñi. cccclxvij. Pictor q vij
dam cũ saluatorē pingere præsumpsisset, scd'm viij
similitudinē Iouis arefacta est manus eius: quē
peccatũ suum cõfessum/ sanauit Gennadi⁹ eps
Constãtinopoli. Anno dñi. cccclxviij. Trans- ix
latus est apud Alexandriã Heliseus ppheta in
monasteriũ Pauli Leprosi qui leprosum sana-
uit, & leprosum fecit, & in ea quæ leprosi erãt
translatus est. Anno dñi. cccclxix. Mammert⁹ x
Viennensis eps qui letanias ante ascensionē dñi
instituit/ claruit. Anno dñi. cccclxx. Basina regi xi
na Thuringorũ repudiato Hilderico, quæ po
tentior & ditior fuit in cõiugio se iunxit. Verũ
in prima nocte dixit ei. Mi dñe ne concumbas
mecũ, donec in somnis aliquid tibi videas pfu
turũ. Ille consentiens, videt in somnis leonē in
palatio deambulare: quod interpretata est for-
tem se filiũ generare. Quod & factum est. Nã
Clodoueũ virum potentissimũ genuit. Anno xij
dñi. cccclxxi. Anno dñi. cccclxxij. Anno dñi. xiij xiiij
cccclxxiij. Anno dñi. cccclxxiiij. Anni Zenõis xv
Anno dñi. cccclxxv. Leo senior obijt: pro quo i
Leo iunior paucis mensibus regnauit.

ANno dñicæ incarnatiõis. cccclxxvi. ab vr-
be vero condita mil. ccxxvij. Zeno gene-
re Isaurus: gener Leonis impatoris, quinqua-
gesimo loco ab Augusto adeptus imperiũ ori
entale, regnauit annis sedecim. Occidentale ve
ro imperiũ Romæ tenuit Nepos. Quem Ore
stes patritius de regno proturbans, Augustu-
lum filium suum imperatorē fecit: sequentiq;
anno cum rege Vuandalorũ Geiserico fœdus
statuit. Dum hæc Romæ geruntur, Odoacar
genere Rugus, Thurcilingorum & Scirorum
Herulorumq; turbis fretus, ab extremis Pan-
noniæ finibus Italiã contendit. Qui dũ adhuc
per Noricorũ rura duceret exercitũ, cognita fa
ma serui dei Seuerini qui illis tũc degebat in lo
cis/ ad eũ benedictionē petiturus accessit. Qui
benedictione pcepta egrediēs a cellula, dũ ca-
put inclinaret ne impingeret eo q, pcerę statu
ræ esset, a dei viro futurorum præscio audiuit.

Vade nunc ad Italiã Odoaccar vade vilissimis interim animantiũ pellibus indutus, multis cito plura largiturus. Hæc verba exitus vera probauit: nã postmodum per omnem Italiã regnauit. Ingresso igitur Italiam Odoaccari, statim apud Liguriæ terminos Orestes patricius occurrit. Sed videns multitudini tantę se nõ posse resistere, intra Ticinũ quæ nunc Papia dicitur, se trepidus inclusit. Veniẽs aũt Odoaccar, expugnatã vrbem intrauit: omnia rapinis vastauit: cõprehẽsumq; Orestem gladio trucidauit: indeq; dispersi Barbari, omnẽ Italiã sine tarditate suo subdiderũt iuri. Odoacar itaq; psperos sibi cernẽs successus accrescere, statim regiã arripuit dignitatẽ. Augustulus vero cernens vniuersam Italiã odoacaris viribus subdi, inopinabili metu perterritus, cũ vix.xi. mensibus rempublicã obtinuisset, sponte purpurã miserabilis abiecit, & imperialem maiestatẽ deposuit. Ita Romanũ imperiũ toto orbe venerandum, & augustalis illa sublimitas quæ ab Augusto quondam Octauiano.dccix.a cõdita vrbe anno cœpit, in hoc Augustulo periit anno ab vrbe cõdita miľ.ccxxvij. a Cæsare vero qui primus singularẽ in ea principatũ arripuit, anno.dxxiiij.ab incarnatõe dñi anno.cccclxxvij. Igitur deiecto Augustulo, Odoacar vrbẽ ingressus, totius Italiæ regnũ adeptus est: quod per xiiij.annos nullo inquietante obtinuit, donec Theoderic⁹ rex Ostrogotharũ permittẽte Zenone Augusto Italiã possessur⁹ intrauit. Qđ qualiter sit actum, superius legi potest in historia Gothorũ. Zeno itaq; Augustus dum præfuisset orientali regno annis.xvij. vitæ terminũ accepit. Cuius frater Longin⁹ imperiũ tentãs inuadere, ab Ariagne repulsus est: & Anastasius Silentiarius per eius suasum ab oĩ senatu & populo eligiť: indutusq; purpura, eandem
ij Ariagnem in coniugio sortiť. Anno dñi.cccc
iij lxxvij. Fœlix papa.l. sedit annis.viij. Anno dñi
iiij cccclxxviij. Odoacar Italiã intrauit. Anno dñi. cccclxxix. Corpus Barnabę apľi, & euangeliũ Matthęi apostoli stilo ipsi⁹ scriptũ inuentũ est Clodoueus Rothildem filiã regis Allobrogũ qui nunc Burgundi appellanť, amans: cũ propter insidias inimicorũ aperte nõ posset, occulte per Aurelianum fidelem suum sub habitu peregrini anulũ mittẽs, eam desponsauit. Sed cũ finibus Burgũdiæ appropinquaret, his qui eã ducebant persuasit, vt ex vtraq; parte, xij. miliaria incenderent, deprędarent: quatenus vel vnã vindictam cõspiceret, de his qui sibi patrẽ occiderãt, matrẽ saxo ad collũ ligato aqua submerserant, fratres exiliauerant, Sigismũdum regẽ patruelem suũ cum vxore & filijs in puteũ pręcerant. Quod factum est. Hunc. S. Remigius
baptizauit.xxx. ãnis regnauit. Anno dñi.cccc v
lxxx. Anno dñi.cccclxxxi. Anno dñi.cccclxxxij vi vij
Anno dñi.cccclxxxiij. Anno dñi.cccclxxxiiij. viij ix
Anno dñi.cccclxxxv. Gelasi⁹ papa.li. sedit an x
nis.iiij.mensib⁹.viij.obijt.xiij.kaľ.Decẽb.An xi
no dñi.cccclxxxvi. Huneticus rex Vuãdalorũ filius Geiserici plus q̃.cccxxxiiij.ep̃os catholicos exiliauit: quibusdam linguas abscidit, qui tñ loquebanť: quorũ beatus Gregori⁹ in libro
dialogorum meminit. Anno dñi.cccclxxxvij. xij
Anno dñi.cccclxxxviij. Anno dñi.cccclxxxix. xiij xiiij
Auitus Vienensis ep̃s Gallias cõuertit. Anno xv
dñi.ccccxc. Anastasi⁹ papa.lij. sedit anno vno,
mensibus.x. Anno dñi.ccccxci. Anno dñi.cccc xvi xvij
xcij. Symmachus papa.liij. sedit annis.xiiij.

ANNI ANASTASII.

ANno dñicę incarnatiõis.ccccxciij. vrbis aũt conditę miľ.ccxliij. Anastasius imperiũ accępit: &.xxvij. ãnis regnauit.li. loco ab Augusto Theodericus vero cũ Gothis Romano pręsedit imperio. Hic Arrianus, ille Euthitianus hęreticus. His tpibus magna discordia facta est Romę ppter Symmachũ & Laurentiũ: qbusdam eligẽtibus Laurentiũ præter cõsuetudinẽ Romanorũ, alijs vero sanioris cõsilij Symmachũ diaconũ. Pro qua causa facta sunt multa homicidia Romę ciuiũ Romanorũ clericorũ etiam & sacerdotũ, per tres circiter annos vsq; quo Theodericus princeps Romã venit: qui q̃uis Arrianus esset, habita tñ synodo Symmachũ ep̃m Romæ firmauit: Laurentiũ vero in ciuitate Nucerina ep̃m locari præcępit Qui tñ nullo pacto quiescẽs, sed seditiones cõmouens, a Symmacho deponitur, & in exiliũ Dalmatiã mittiť. Eodem tempore Trasamundus Geiserici filius qui iã super Vuandalos regnauit, secutus patris & fratris perfidiã, ecclesias dei clausit: &.ccxx: ep̃os in Sardiniã exiliauit: quibus beatus Symmachus papa quotidiana subsidia ministrauit. Inter has tẽpestates beatus Fulgentius ep̃s in cõfessione fidei & scientia claruit. His ipsis diebus apud Africã dũ Arrianus quidam Olympi⁹ nomine in balneo lauaretur, & indigna quædam & blasphema verba de sanctæ trinitatis fide loqueretur, subito igneus gladius de cælo venit, eumq; percussit. Deuterius aũt episcopus Arrianorũ baptizãs quendam Bizantij nomine Barbam, dum contra regulam fidei minorem patre filiũ & spiritũ sanctum asserens diceret. Baptizo te Barbas in noĩe patris p filiũ in spũ sancto, subito aqua in qua baptizare debuit, nusq̃ cõparuit. Quod

videns qui baptizandus erat, confestim ad ec-
clesiā catholicā ꝓperauit: & iuxta morē rectæ
fidei baptismū accæpit. Hisdem tpibꝰ Alamun
daro principe Sarracenorū baptizato venerūt
ad eū duo epi Arriani suadētes ei vt suæ sectæ
cōsentiret. Qui ab orthodoxis baptizatꝰ & in
structus memorabiliter eos redarguit, huiusce
modi fabula. Ait.n. literas accepi hodie, qa Mi
chael archangelus mortuꝰ est. Illis vero dicēti-
bus hoc ĩpossibile fore, ait priceps. Et quomō
Christus scd'm vos viuus crucifixꝰ est, nisi na-
turarū esset duarū, qn̄ qdem nec angelus mor-
tuus est. Et ita cū cōfusione recesserūt epi. Hu
ius Anastasij tpibus Clodoueus in Francia re-
gnauit: qui & Alaricū regē Gothorū interfe-
cit: & ab eodē Anastasio epl'as ꝓ consulatꝰ di-
gnitate accępit. Anastasius itaq; dum in hæresi
qua dilapsus fuerat perseueraret, Hormisda pa
pa Symmachi successor misit ad eum Eunodiū
Ticinēsem epm cū alijs catholicis vt eū redu-
cerent ad regulā fidei catholicæ. Sed ille nō so
lum monita eorū salubria spreuit, verū etiam a
conspectibꝰ suis nō sine iniuria expulit: nauiq;
veteri fragiliq; impositos ne vspiā ꝑ totā Græ
ciam ciuitatē vllam intrarēt præcępit. Quā eiꝰ
impiam temeritatē diuina mox vltio subsecuta
est. Nam cū.xxvij.imperij ageret annū/mortu
us est. Quidā vero aiunt, ꝙ fulmine percussus
i ij iij sit. Anno dñi.ccccxciij. Anno dñi.ccccxciiij.
Anno dñi.ccccxcv. Thedericꝰ Odoaccarē in
teremit: & ipse occidētis regnū.xxx. & vno an
iiij v nis tenuit. Anno dñi.ccccxcvi. Anno dñi.cccc
vi xcvij. Anno dñi.ccccxviij. Trasemundus rex
Vuandalorū filiꝰ Geiserici catholicas ecclesias
vij clausit: &.ccxx.epos in exiliū misit. Anno dñi
viij ix ccccxcix. Anno dñi. Quīgētesimo. Anno dñi
x xi di. Anno dñi.dij. Anno dñi.diij. Boetius con-
sul Romę plurima ingenij sui monimenta scri
xij xiij bendo reliquit. Anno dñi.diiij. Anno dñi.dv.
Theodericus Romā venit, & multa miranda
xiiij ędificia in ea cōstruxit. Anno dñi.dvi. Hormis
xv xvi da papa.liiij.sedit annis.ix.decessitq;.viij. Idus
xvij Aug. Anno dñi.dvij. Anno dñi.dviij. Anno
xviij xix dñi.dix. Anno dñi.dx. Anno dñi.dxi. Genofe
ua virgo Parisiēsis octogenaria migrat ad deū
xx xxi Anno dñi.dxij. Anno dñi.dxiij. Clodoueꝰ rex
obijt relinqnēs.iiij.filios, hæredes regni. An-
xxij no dñi.dxiiij. Lothariꝰ Clodouei filius regna
xxiij uit annis.li. Anno dñi.dxv. Iohannes papa.lv.
xxiiij sedit annis duobꝰ, mēsibꝰ.ix. Anno dñi.dxvi.
Theodericus filiā suam Amalsuindā dedit Eu
xxv tharico. Anno dñi.dxvij. Anno dñi.dxviij.
xxvi Fœlix papa.lvi.sedit annis.iiij.trāsijtq;.xi.kal'.
ANno dñicę incarnationis.dxix. (Ian.
A vrbis cōditę mil'.cclxx. Iustinꝰ genere Illy
ricus, vir catholicus & senior, multūq; peritus
comes excubitorū a militibus ꝓficiens ad sena
tum.lij.loco ab Augusto senatus electione ac
cępit imperiū: regnauitq; annis.viij. Ad hunc
ob causam redintegrandę fidei directus a Ro-
mano pręsule vir sanctitate pręcipuus Germa
nus Capuanę vrbis eps digne ab eo est susce-
ptus: multorūq; corda dubia in fide solidauit.
Eo tpe mortuo apud Africā Trasemūdo rege
Vuandalorū, Hildericꝰ filius eius ex Eudoxia
captiua Valentiniani filia regnū suscæpit: q nō
patrem auūq; Arrianos, sed matrē catholicā se
cutꝰ, rectę fidei cultor extitit. Hic vniuersos epi
scopos qui in exilio erant regredi fecit: eisq; ec
clesias reformare ꝑcępit, quę a Geiserico vsq;
ad Hildericū per.lxx.annos fuerāt destructæ.
Iustinianus ꝗq; Augustus sexto imperij sui an
no pro ardore catholicę fidei decertabat hęreti
cos dissipare: præcępitq; vt vbiq; illorū ecclesi
as catholici epi cōsecrarēt. Quod audiēs The
odericus, q & ipse fuit Arrianus, misit Iohan
nem tunc tpis papā ad Iustinū, vt aut hereticis
ecclesias suas redderet, aut ipse totius Italiæ po
pulum gladio feriret. Quo abeūte, ipse interim
Symmachū patritiū & Boetiū senatorē gladio
peremit: redeuntēq; papā fame ĩterfecit. Vnde
diuinę iudicio vindictę.xcix.dehinc die subita
nea morte interijt. Iustinꝰ vero Augustus cū iā
octauo anno augustalē dignitatē teneret, men
se Aprili indictione quarta ęgrotare incipiens,
ꝓuexit dum adhuc viueret in imperiū Iustinia
num sororis suę filiū: qui & coimperauit men
sibus quatuor: mense vero Augusto ipse apud
Constātinopolim rebus excessit humanis.

ANNI IVSTINI.

HIc anno regni sui primo Amantiū prępo i
Hsitū palatij & alios regno suo inhiātes/in
terfecit. Anno dñi.dxx. Anno dñi.dxxi. Anno ij iij iiij
dñi.dxxij. Bonifacius papa.lvij. sedit annis.ij.
Anno dñi.dxxiij. Anno dñi. dxxiiij. Iohannes v vi
qui & Mercurius papa.lviij. sedit annis.ij. de-
cessitq;.v.kal'.Iunij. Hic missus Constātinopo
lim ad Iustinū a Theoderico: cum venisset ad
portam aureā/cęcū illuminauit. Anno dñi. d- vij
xxv. Theodericus rex Boetiū & Symmachum
gladio trucidauit: Iohānem papā fame in car-
cere necauit: ipseq;.xcix.die interijt. Anno do- viij
mini.dxxvij. Iustinus Iustinianū regni consor-
tem & successorē faciens/obijt. Agapitus pa-
pa.lix. sedit annos.x.obijt.x.kal'.Maij.
ANno ab incarnatione domini. dxxvij. ab
A vrbe cōdita mil'.cclxxviij. Iustinianus fili
us sororis Iustini imperatoris quinquagesimo
q̄rto loco ab Augusto imperiū solꝰ obtinuit:

&.xxxviij.annos regnauit. Hic mox vt impe-
rialia iura suscępit, ad reparādū reipublicę sta
tum aīm intēdit;ac primū Belisariū patritium
ingentem virum contra Persas qui Romanos
fines inuaserāt direxit:qui de illis viriliter triū-
phauit. Interea rex Herulorꝝ Gretes noīe cum
populo suo Constātinopolim venit, petens vt
baptizaret. Quē in Epiphania baptizatū impe
rator de fonte suscæpit, ꝓmittentē ei se in oībꝰ
auxiliari. Eodē anno adhæsit Romanis mulier
quædā ex Hunis vidua, habens secū Hunorū
centū milia. Tunc & rex Hunorū qui sunt iu-
xta Bosphorū noīe Gorda accessit ad impera-
torē:& factus christianus susceptus est ab eo:
multisq; ei præstitis donis, misit eū in regionē
ipsiꝰ ad Romanas res custodiēdas: & Bospho
rum ciuitatē quę pro eo Bosphorꝰ est dicta, ꝙ
Romanis ꝑ singulos annos boues ꝓ pecunijs
inferebat. Renouauit imperator leges, faciens
codicē singularē, & vocans eū nouellas consti
tutiones. Eodem anno passa est Antiochia ter-
ræmotus magnos & tēpestates:& faciebant le
tanias oēs discalciati clamātes kyrieleison. Ap-
paruit aūt in visu cuidā dei cultori vt diceret oī
bus ꝙ scriberent in superliminaribꝰ suis, Chri
stus nobiscū state. Quo facto, stetit ira dei. In-
terea Athalaricꝰ nepos Theoderici rex Gotho
rum cū paucis annis regnaret, īmatura morte
pręuentus est. Cuiꝰ mater Amalsuinda Theo
datū consobrinū suū sibi asciuit in regnū. Sed
post dies aliq̄t isdem īmemor collati beneficij,
eam in balneo strangulari præcępit. Quia ve-
ro ipsa dum viueret se suūq; filiū principi com
mendauerat, audita eius morte imperator gra-
ui exarsit iracūdia in Theodatū. Quod ille sen
tiens, Agapitū papam intercessorē misit Con-
stantinopolim. Qui cū venisset, & colloquiū
cū imperatore habere coepisset, repperit eū in
Euticetis dogma corruisse. Quo ad fidei regu
lam reuocato, idem Agapitus papa Anthimū
Constātinopolitanū epm q eandem hæresim
defendebat/publice conuicit:eūq; cōione pri-
uauit:& vt eundem in exiliū mitteret imperato
ri ꝑsuasit. Hoc facto nō multo post idem pon
tifex Agapitꝰ ibi defunctus est. Interea cū iam
per multos annos Vuandali Africā tenerēt, mi
sit imperator Belisariū patritiū cū exercitu con
tra eos. Qui veniēs, tribusq; mensibus, id est a
kalendis Septēbris vsq; ad kalendas Decēbris
eos impugnās, multis occisis/tandē eos vicit.
Carthaginē intrauit:regē Vuandalorū Gelis-
merē viuū cœpit: oēmq; Africā post.xcvi.an-
nos a Vuandalico iure liberatā, Romano im-
perio subiecit. Deinde cōtra Theodatū missus
cū veniret Siciliā Theodato interfecto, Vuiti-
gis regnū eius inuasit:sed eundem captū Beli-
sarius Constātinopolim perduxit. Alia q̄q; ꝓ
lia multa idē Belisariꝰ cōmisit:multasq; gentes
bellando deuicit:vn̄ & ꝓpter multas victorias
diuersa agnomina meruit:ita vt vocaret Ale-
mannicus, Gothicꝰ, Frācicꝰ, Germanicꝰ, Ala
nicus, Vuandalicus, Africanus. Magnam q̄q;
gloriā & honorē apud imperatorē & oēs opti
mates obtinuit. Qui cū Romæ moraret, The
odora augusta ei demādauit, vt Siluerių papā
falsorū testiū accusatiōe cōuictū truderet ī exi
liū, eo ꝙ Anthimū hæreticū Cōstātinopolita
nū epm quē Agapitꝰ papa excōicauit, absol-
uere noluisset. Quod Belisarius licet nolens ef
fecit:eūq; ad Pontianā insulam exiliauit, vbi &
obijt. Similiter & Vigilius papa successor eius
causa eiusdē indignationis per Anthimū. Scri
bonē Constātinopolim ductus, inde in exiliū
est missus. Sub hoc papa Vigilio Arator sub-
diaconus Romę floruit:actusq; apostolorum
versibus scripsit. His q̄q; tpibus Cassiodorus
Romæ tam sęculari/q̄ diuina scientia claruit:
qui inter alia bona quæ scripsit, psalmorū secre
ta optime interpretatus est. Iste antea cōsul fuit
deinde senator, ad vltimū monachus. Hoc etiā
tpe Dionysius abbas in Romana vrbe positꝰ,
cyclos paschales sapienter cōposuit:sed & Pri-
scianus Cęsariēsis ꝓfundum grāmaticę inqui
siuit. Fœlix q̄q; Taruisianę ecclesiæ pręsul, &
Fortunatus cōdiscipulus eius fuerūt. Hic For
tunatus fuit de loco qui dicit Duplabilis, non
longe a Taruisio: Grāmaticā vero & Rhetori
cam didicit apud Rauennā. Qui cū dolorē pa
teret oculorū, simulq; socius eius Fœlix, abie
runt ambo ad ecclesiā sanctorū Iohānis & Pau
li, quæ in eadē ciuitate Rauēna, in qua est & al
tare sancti Martini: iuxta quod fenestra est in
qua lucerna poni solebat, de cuius oleo sup o-
culos suos posuerūt, & sanitatē recęperūt. Pro
qua causa Fortunatus beatū Martinū in tantū
dilexit, vt patriam dimittens/ad sepulchrū eius
Turonū veniret, anteq; Longobardi Italiā in-
trarent: indeq; Pictauiū tendens, ibiq; manens
multas passiones sanctorū alias per versus, ali-
as per prosas cōposuit:ibiq; primū presbyter,
postea episcopus factus est. Iisdem tpibus san
ctus pater Benedictꝰ post heremiticā vitā quā
duxit, in loco cui Sublatꝰ vocabulū est in mon
te Cassino doctrina & miraculis claruit. Quo
cū primū tēderet, relicta priore habitatiōe ex di
uina iussione tres corui, q̄s quotidie nutriebat
ꝓpe ipsum semp volādo secuti sunt eum, vt in
Longobardorū historia scribit. Cumq; veniret
ad quoddam biuium, duo angeli apparebāt ei
in specie duorū iuuenū ostendentes ei per quā

viã ire deberet. In loco aũt ipso qdã dei seruus
habitabat, cui vox de cælo dicebat. His tu pce
locis, alter amicus adest. Quod apertius dicit.
Amice exi de loco isto: quia alter amicus debet
hic habitare. Veniens aũt sanctus Benedictus in
summitatẽ mõtis in magna se cõstrinxit absti-
nẽtia: factoq; monasterio, habitauit ibi sicut in
dialogo legit. ¶ Hoc eodẽ tempore gens Lon
gobardorum amica tunc Romano populo, in
Pannonia habitabat: cui tunc in regni guberna
culo Audoin præerat: omniq; tpe quo Longo
bardi in Pãnonia habitabãt, Romanę reipubli
cæ aduersus ęmulos adiutores erãt. Vñ & Al-
boin Audoin filius rogatus a Narsete quẽ Iusti
nianus exarchũ Italiæ fecit: & in defensionẽ Ro
manorũ contra Totilam Gothorũ regẽ dire-
xit, validam ei manũ in auxiliũ misit: qua fretus
Narses, Totilã vicit: omnẽq; Italiã a potestate
Gothorũ liberã deinceps fecit. Belisarius aũt pa
tritius accusatus apud imperatorẽ φ aduersus
eũ conspirasset, ablatis oĩbus, missus est in cu-
stodiam: sed post non multũ tempus dimissus
oĩa recepit. Iustinianus vero imperator postq̃
xxxviij. annis regnauit, rebus humanis excessit.

ANNI IVSTINIANI

i PRimo huius anno missus cõtra Persas Be
lisarius patritius magnis eos prælijs fudit:
& ex voluntate principis Constãtinopolim tri
ii umphãs intrauit. Anno dñi. dxxviij. Terręmo
iij tus magnus Antiochiæ factus est. Anno dñi.
dxxix. Iustinianus sententiã ꝓmulgauit, nemi
litarẽt Pagani vel Hęretici dans illis menses ad
iiij v inducias cõuersionis. Anno dñi. dxxx. Anno
vi dñi. dxxxi. Anno dñi. dxxxij. Dionysius abbas
Romanus paschales cyclos ab hoc inchoauit an
vij viij no. Anno dñi. dxxxiij. Anno dñi. dxxxiiij. In
Põpeiopoli Mysiæ ciuitate scissa est terra a ter-
ræmotu: & obrutũ est mediũ ciuitatis cũ habi-
tatoribus: & voces eorũ audite sunt de subtus
terra clamãtiũ vt sibi succurreret: & imperator
ad educẽdos eos multa donauit: viuẽtesq; libe
raliter liberauit. Eodẽ anno tradidit Iustinianus
ad psallendum ecclesię illud quod canitur vni
ix genitus filius & verbũ dei. Anno dñi. dxxxv.
x Anno dñi. dxxxvi. Siluerius papa. lx. sedit ãnos
xi duos: obijt. xij. kal. Iulij. Anno dñi. dxxxvij.
Theodericus filius Clodouei frater Lotharij
obijt anno regni sui. xxiij. relinquẽs filiũ The-
xij odebertũ. Anno dñi. dxxxviij. Vigilius papa. lxi
xiij sedit annos. xiiij. Anno dñi. dxxxix. Mundus
xiiij xv qdam ex genere Gepidarũ sociatus est Roma
nis. Anno dñi. dxl. Anno dñi. dxli. Ypapanti
dñi sumpsit initiũ vt celebraret apud Bizantiũ
xvi cum esset eo anno ibi magna mortalitas. Anno
xvij dñi. dxlij. Anno dñi. dxliij. Factus est terręmo

tus magnus in vniuerso mũdo. Eodemq; anno
apparuit qdam ex regione Italorũ noĩe Andre
as per villas discurrens, habens canẽ rufum &
cęcũ, qui iussus ab eo fecit mirãda. Cũ. n. staret
in foro, & turba ĩ circuitu adesset, clam eodem
cane deferebant astantiũ anuli aurei & argen-
tei ac ferrei, & ponebant in terra q̃s ille coope-
riebat: ipsoq; pręcipiente canis tollebat, & vni-
cuiq; suũ dabat. Similiter & diuersorũ impe-
ratorũ numismata mixta porrigebat per noĩa.
Turba etiã astãte interrogatus ostẽdebat, in vte
ro habẽtes fornicarios & adulteros, auaros &
magnanimos, & qcquid de singulis interroga
bat, cũ veritate demõstrabat. Vñ dicebant qdã
φ spiritũ Phitonis haberet. Anno dñi. dxliiij. xviij
Diffusum est mare per Thracen miliarijs. iiij.
Corpus sancti Antonij repertũ, Alexãdriæ re
cõdit. Anno dñi. dxlv. Anno. dñi. dxlvi. The xix xx
odora Augusta defuncta est. Arator subdiaco
nus librũ suũ publice corã Vigilio papa legit.
¶ His tpibus Cassiodorus Romæ floruit: &
apud Constãtinopolim Priscianus Cæsariẽsis
Iuliano cõsuli librũ suum de arte grãmatica ob
tulit. Anno dñi. dxlvij. Quinta Synodus vni- xxi
uersalis in Constãtinopoli congregata est sub
Vigilio papa cõtra Theodorũ & oẽs hæreti
cos. Anno dñi. dxlviij. Anno. dxlix. Facta sunt xxij xxiij
encęnia sanctorum apostolorũ Constantino-
poli mense Iunio, & recõdita sunt lipsana An
dreæ & Lucę ac Timothei apostolorũ: & trãsi
it Menas eps cũ sanctis lipsanis sedẽs ĩ carruca
ĩperatoris aurea & gẽmata, tenẽs tres thecas san-
ctorũ aplorũ i genibus suis: & ita celebrauit en
cęnia. Anno dñi. dl. Anno dñi. dli. Victor Ca- xxiiij xxv
puanus eps librũ de pascha scribẽs, Victorini
redarguit errores. Theodebertus filius Theode
rici filij Clodouei obijt anno regni sui. xiiij. cu
ius filius Theodobaldus fuit. Anno dñi. dlij. xxvi
Pelagius papa. lxij. sedit annis. xij. Anno dñi. xxvij
dliij. Terręmotus terribilis factus Constãtino
poli, & in vrbibus circunquaq; positis per dies xxviij
xl. Anno dñi. dliiij. Anno dñi. dlv. Apparuit xxix
ignis in cælo quasi species lanceæ. Anno dñi. xxx
dlvi. Sanctus Medardus obijt. Anno domini
dlvij. Radegundis regina vxor quondam Lo- xxxi
tharij regis sanctitate claruit. Anno dñi. dlviij. xxxij
Gregorius ex prætore Vrbano monachus Ro
mæ floret. Anno dñi. dlix. Theodobaldus fili xxxiij
us Therdorici obijt anno regni. ix. Anno dñi. xxxiiij xxxv
dlx. Anno dñi. dlxi. Anno dñi. dlxij. Anno do xxxvi
mini. dlxiij. Hilpericus Lotharij filius regnare xxxvij
cœpit. Anno dñi. dlxiiij. Iohannes papa. lxiij. xxxviij
sedit annis. xiij. Iustinianus ĩpator obijt. Lo
tharius filius Clodouei rex Francorũ obijt an-
no regni sui. li. relinquens quatuor filios.

¶ Hucusq̧ Iordanis episcopus chronicā suam perduxit ab Adam.

ANNI IVSTINI MINORIS.

ANno dñicæ incarnatiōis. dlxv. vrbis aūt conditæ mīl.cccxvi. Iustinus Minor Iustiniani nepos, gente Thrax. liiij. loco ab Augusto monarchiam accepit: & xiij. annis regnauit: habens vxorē nomine Sophiā: quam coronauit Augustā: coronatus & ipse ab Euthicio patriarcha. Hic cū esset pius & orthodoxus, adornauit ecclesias, quas Iustinianus edificauit: dās eis thesauros & oēm redditū, misitq̧ Photimū monachū priuignū Belisarij patritij, dans ei potestatē contra omnē personā & causam vt pacificaret vniuersas ecclesias Aegypti & Alexādriæ. Fuit autē vt dictum est in initio bonus: postea vero in omnē auaritiā incidit: factus exemptor pauperū, spoliator senatorū, faciens arcas ferreas, in quibus quæcunq̧ rapiebat auri talenta recōderet. Huius anno octauo rupta est pax inter Romanos & Persas, eo q̧ Homenitæ Indi legationē miserint ad Romanos, & imperator miserit Iulianum magistrū cū epistola ad Arethā regem Indorū. Qui susceptus est cū gaudio multo ab Aretha rege appetente nimirū amicitiā imperatoris Romanorum. Enarrabat aūt idem Iulianus cū redisset, q̧ idem Aretha rex quādo eū suscæpit, nudus esset, habens in lumbis cincturā & linea vestimenta auro cōtexta: circa ventrem vero portabat indumenta scissa, margaritis preciosis consertа: habens in brachijs quinos circulos, & aureas armillas in manibus suis: in capite aūt pannum gemmatū, habētem ex vtroq̧ ligamento plectas quatuor: & in collo torquem aureū, & stabat sup excelsum velatū petalis aureis; stāsq̧ ipse desuper, ferebat scutū paruissimū deauratum, & duas lanceolas aureas: & senatus eius omnis erat cum armis, canētes modulationes musicas. Introductus ergo legat⁹ Romanorū cū adorasset, iussus est ab eo erigi, & adduci ad se. Cum aūt accepisset imperatoris sacrā, osculatus est signaculū quod habebat imperatoris pectusculū; susceptis autē & donis, gauisus est valde. Porro cū legisset epistolam, inuenit vt se armaret cōtra regem Persarū, & eius regnum vastaret. Quod ꝓtinus fecit: tenensq̧ caput Iuliani dedit ei pacis osculum: dimisitq̧ eū in magna beniuolentia multisq̧ muneribus. ¶ His temporibus Narses cartularius quondā imperatoris Iustiniani, sed ꝓ bono seruitio fact⁹ patritius, Totilam regem Gothorū auxiliantib⁹ Longobardis Romanorū tunc amicis, sed adhuc in Pannonia positis occidit: gentemq̧ Gothorū de Italia exterminauit. Idem etiā Narses Bucellinū ducem Frācorū a Theoderico rege missum ad deuastandam Italiā, occidit: & Sindoaldū regem Brendorū qui remanserat de generatione Herulorū quos Odoaccar duxit in Italiā, apprehendit, & in alta trabe suspēdit: totamq̧ Italiā ab hostibus liberā reddidit. Erat. n. vir sapiētissimus: in fide Christi catholicus: in pauperes largus: recuperator ecclesiarū: in vigilijs & orationibus assiduus, in tantū vt victoriam magis obtineret oratione q̧ armis. ¶ His temporibus facta est magna mortalitas in Italia: incipiens a Liguria, ita vt pene destitueret habitatoribus terra illa. Inter hæc mortuus est Iustinian⁹, & successit Iustinus. Narses aūt patritius cū superata gente Gothorū Italiā securus iam teneret, Romani per inuidiā accusatione aduersus eū direxerunt, Iustino augusto & Sophiæ vxori eius dicētes. Melius esset nobis seruire Gothis, q̧ Græcis vbi Narses castratus imperat, & nos seruitio ꝑmit: & noster sanctissim⁹ princeps hoc nescit. Aut libera nos de manu eius, aut certe ciuitatē Romanā & nosmetipsos gentibus tradem⁹. Audiens hoc Narses, scripsit ad Augustū dicens. Si male feci cū Romanis, male inueniā. Sed Augustus ira cōmotus aduersus Narsetē, Longinū statim præfectum misit in Italiā, q locū Narsetis teneret. Sophia ꝗq̧ Augusta inter alia verba Romanis sic scripsit de eo. Ponā illum castratū in gynæceo vt pensam filet lanam cum puellis. Ad hæc Narses respondit. Talem eidē ordiar telam, vt q̧diu vixerit ipsa Sophia non possit deponere eam. Et quia timuit redire Constātinopolim, cōtulit se Neapolim: & præsentialiter legatos suos ad Longobardos misit: eosq̧ in Italiā introduxit. Cuius gentis aduentū in Italiā & habitationē eius in ea vsq̧ in præsens vt apertius describamus, de origine eius, regūq̧ illius successione aliqua hic carptim inseramus.

Historia Longobardorum.



SEptentrionalis plaga quāto longi⁹ est ab ardore solis, & frigida de assiduis niuib⁹, tanto seniores homines semp habet, & eo aptior est ad multiplicandas gentes. Vñ fit vt tanta multitudo populorū i ea parte nascatur, quæ ibi viuere nō possit: sed in partem meridianā alij precio vendanī, alij spōte egrediant. Qua de re vt ī historia Gothorū dictū est, multæ gentes ex eisdem partibus exierunt, Gothi, Gepidæ, Rugi, Vuandali, Heruli, Turcilingi, Huni q & Auares, similiter &

Vuinili, q & Longobardi. Est itaq; insula quę
dam in partib⁹ septētrionalis oceani dicta Scan
danauia vel Scanzia: quæ vt q̄dam dicunt, nō
est in oceano posita: sed ꝓpter planitiē eius/ vn
de maris exęstuationes circumdant eā. In hac er
go dum mult⁹ populus excreuisset, ita vt in ea
habitare nō posset, cōsilio inito, multitudo illa
omis in tres partes est diuisa: quæsitūq; est per
sortis diuinationē quę pars ex illis patriā relin
quere, nouasq; sedes deberet exquirere. Igitur
illa pars quā sors iubebat exire/ ordinauit sup
se duces fratres duos Ibor & Aionē ętate iuue
nes: & corpore alijs maiores & valētiores: quo
rum mater Gambara erat sapiētissima, & consi
liatrix optima: de cuius prudentia magnā con-
fidentiā omnes habebāt. Osculantes igit̄ paren
tes & amicos/ recesserūt: veniētesq; in regionē
Scoringam, aliquātos annos ibi sederunt. Illo
itaq; tempore Ambri & Assi duces Vuandalo
rum fortiter premebant vicinas sibi regiones:
& cū iam gloriarent̄ de multis victorijs, man-
dauerunt Vuinilis, qui & Longobardi, vt aut
tributa illis darent/ aut ad pugnā se præpararēt
Tunc Ibor & Aio ꝑ consiliū matris suæ Gam
baræ definierūt, melius sibi esse aut pugnando
mori/ aut per arma defendi: q̄ tributis turpiter
subdi: miseruntq; legatos Vuādalis se paratos
esse ad pugnā dum magis q̄ ad seruiēdū. Com
misso vero pręlio, Vuinili pro libertatis gloria
fortiter pugnantes, victoriam habuerunt: sed
postea famem magnā passi in eadem ꝓuincia
Scoringa, valde humiliati sunt. De qua exeun
tes/ venerunt in Maringā: indeq; itē in Godo
landam ꝓuinciā, & ibi aliquāto tempore stete
runt. Mortuis interea Ibor & Aione ducibus,
Longobardi iam nolentes habere duces super
se, Agelmūdum regem sibi primū constitue-
rūt, ad similitudinē aliarum gentiū: qui regna
uit super eos annis. xxxiij. Fuit aūt Agelmun-
dus filius Aionis, de gente Thuringorū: quæ
gens apud eos melior & fortior esse dicebatur.
His temporibus quædam meretrix in vno par
tu septē filios generauit: vltraq; bestiā crudelis
in piscinā eos iactauit. Quam piscinā cum prę
dictus Agelmūdus forte præteriret, videns in
fantulos/ doluit: hastamq; mittens, eos huc il-
lucq; voluit. Quorū vnus cum appręhendisset
hastam regis, misericordia motus rex, leuauit
eum de aqua/ dicēs. Quia iste magnus futur⁹
est. Et cum omni studio dedit eum ad nutrien-
dum. Et quia eū de piscina leuauit, eorūq; lin-
gua aqua lama dicit̄, Lamisso ei nomen impo-
suit. Qui cū creuisset, factus est fortissimus pu
gnator & sapientissim⁹: & post Agelmūdum
ipse regnauit. Defuncto post hæc Lamissone
rege secundo, tertius regnauit Lethus. Qui cū
regnaret annis. xl. filium suū Childeoc quartū
regem reliquit. Et hoc defuncto, regnauit Go
deoc. Quo mortuo, filius eius Calpho regna-
uit sext⁹. Et isto mortuo, regnauit septim⁹ Ta
do. Post hæc egressi Longobardi de Rugilant
quæ latino eloquio Rugorū patria dicit̄, habi
tauerunt in apertis campis, qui sermone Barba
rico appellant̄ felt. In quo loco dum ꝑ tres an-
nos habitassent, pugna surrexit inter Tadonē
& Rudolfum regem Herulorū, q prius ami-
ci fuerūt: & hoc fuit malum vnde in eos discor
dia intrauit. Frater Rudolfi regis pro causa pa-
cis ad Tadonē venerat: & cū ad suam patriā re
uerti vellet, ante domū Rumetrudæ filiæ regis
transijt. Illa vero cū videret multos viros nobi-
les ire cū eo, interrogauit qs esset: dictumq; est
illi q frater Rudolfi regis fuisset. Tunc illa mi
sit puellē quę eū inuitaret vt dignaret̄ cū ea bi-
bere. Qui vt hoc audiuit, cū simplici corde ve-
nit. Sed quia modicā staturam habebat, puella
superba & gloriosa despiciebat eum/ & deride
bat. Ille aūt talem verecundiā non sustinēs, am
plius eam iniuriauit. Illa vero accensa ira fœmi
nea, malum quod in mente concęperat/ cōple
uit. Finxit enim se per patientiam lętam esse: &
inuitans eū ad sedendum, fecit eū in tali loco se
dere, vbi fenestra erat post dorsum eius: & ne il
le aliquam suspicionē mali posset habere, pan-
num preciosissimū ante fenestrā iussit tendere:
dixitq; pueris suis, vt ī qua hora diceret misce,
illi eum a dorso lanceis transforarent. Sicq; fa-
ctum est. Quod cū Rudolfo regi nunciatū es-
set, nimis iratus de tā funesta morte fratris sui,
disrupit pacē quam cū Tadone rege habuit, &
ei pugnā indixit. Cumq; venissent ambę partes
in campum apertū, Rudolf suos mandauit ad
pugnā: ipse vero in tentorio sedens/ iocabatur
ad tabulam: nō dubitans aliquid de sua victo-
ria. Gens. n. Herulorū multum docta erat pu-
gnandi: & vt leues essent ad pugnādum, omes
nudi pugnabāt: solummodo verēda corporis
membra cooperiētes. Rex vero indubitāter de
virtutibus eorū confidens, securus vt diximus
ad tabulam iocabat̄: vnum tn̄ de suis in arborē
iussit ascendere qui ei victoriam suorū nuncia-
ret: ꝑmittens ei se caput eius abscidere, si Heru
los suos nūciaret fugere. Sed ille cū videret eos
fugere, & Longobardos fortiter instare, inter
rogatus a rege, quid Heruli facerent: respon-
dit, optime pugnant. Nec ausus fuit antea dice
re malum quod videbat/ q̄ omnes Heruli ter-
ga vertebant. Tunc q̄uis tarde vocē emisit di-
cens. Ve tibi misera Herulia, dei cęlestis ira ꝑ-
cussa. Rudolfus vero hoc audiens, commotus

ait. Forſitan Heruli mei fugiũt. Ille dixit. Non
ego, ſed tu rex dixiſti. Tũc vt in talibus fieri ſo
let, rex ipſe & omñes qui cũ eo erant turbati, q̃d
agerent neſcierunt. Longobardi vero ſuperue
nientes, regẽ & omnes qui cũ eo erant occide-
runt. Herulorũ vero exercit⁹ dum huc & illuc
fugeret, tanta ira de cęlo ſuper eos venit, vt fru
tices virides in campo videntes, aquas eſſe pu-
tarent: & dum quaſi ad natãdum brachia exten
derent, crudeliter ab hoſtibus cędebant̃. Lon-
gobardi itaq; victores effecti, prædam magnã
inter ſe diuiſerũt: Tado vero vexillũ & galeã
Rudolfi regis accæpit: quã poſtea ſemp̃ in bel
lo portauit. Ex illo tp̃e Herulorũ virtus ſic hu-
miliata eſt, vt ſuper ſe regẽ ampli⁹ nõ haberẽt.
Longobardi vero ex hoc diuites facti, cœpe-
runt de ꝓpria voluntate pugnas quærere, &
gloriã / virtutẽq; ſuã vbiq; extendere. Poſt hęc
Tado de ſua victoria non multũ lętat⁹ eſt: nã
irruit ſuper eũ Vuacho filius fratris ſui Zuchi-
lonis / & occidit eũ. Tunc Hildegis fili⁹ Tado
nis pugnauit aduerſus Vuachonẽ: ſed vicit eũ
Vuacho. Qui fugit ad Gepidos, & ibi mortu
us eſt. Pro qua cauſa Longobardi cũ Gepidis
ex eo tp̃e inimicitias habuerunt. Habuit autem
Vuacho vxores tres. Primã Ranigundam filiã
regis Thuringorũ, deinde tulit Auſtrigoſam
filiã regis Gepidorũ: de qua fecit duas filias:
nomen vni Vuiſelgarda, quã Theodebert⁹ rex
Francorũ tulit vxorẽ: altera dicta eſt Vualdera
da, quã iterum tulit vxorem Chuſabaldus rex
Francorũ: quam odio habens, dedit vni de ſuis
qui dicebat̃ Garibald in cõiugiũ. Tertiã vxo
rem habuit Vuacho Salingam filiã regis Heru
lorũ: e qua natus eſt Vualthari: qui patre mor-
tuo / ſup̃ Longobardos regnauit octauus. Iſti
omnes Litingi fuerunt de quadam ſtirpe quæ
nobiliſſima dicebat̃ apud eos. Vualthari regna
uit annis. vii. & mortuus eſt. Poſt quem regna
uit nonus Audoin: qui poſt nõ multũ tempus
Longobardos in Pannoniã introduxit. Hic ha
buit vxorẽ Rodelindam: quæ peperit ei filiũ
Alboin, qui fuit fortis & aſtutus in omnibus.
Gepidis igit̃ cum Longobardis rixam facienti
bus / pugnã ſibi ambę partes præparant. Com
miſſo itaq; prælio, dũ ambę partes fortiter pu-
gnarẽt, & in nullam partẽ terga verterent, con
tigit vt in ipſa pugna Alboin filius Audoin &
Thuriſmõd⁹ fili⁹ Thuriſindi regis Gepidorũ
ſibi inuicẽ obuiarẽt: ſed Alboin Thuriſmõdũ
ſpata ꝑcutiẽs de equo deiecit, & ſic mortu⁹ eſt.
Gepidi vero vidẽtes filiũ regis mortuũ: in quo
magnã habebant fiduciã / ſtatim fugerũt. Lon-
gobardi autẽ ſequentes illos fortiter ſternunt:
multiſq; ex eis occiſis, ad ſpolia recurrunt. Fini
ta victoria, Longobardi ad ſua loca cũ redirẽt,
rogauerunt regẽ Audoin vt filiũ ſuum Albo-
in ſecũ ad menſam permitteret ſedere & pran-
dere: eo q̃ per eum victoriam haberẽt, vt ſicut
patri ſuo ſocius fuit in periculo, ita eſſet & in
conuiuio. Sed pater Alboĩn reſpõdit eis. Hoc
facere nõ poſſum, vt rumpam cõſtitutã legem
gentis noſtræ. Vos ſcitis talem cõſuetudinem
apud nos eſſe, vt filius regis cum patre ſuo ante
non prandeat / q̃ ab extraneo rege arma recipiat
Alboin vt hoc audiuit a patre, tulit ſecũ. xl. iu-
uenes & perrexit ad Thuriſindum regẽ cum q̃
antea pugnauit: & pro qua cauſa veniſſet / ei in
dicauit. Rex aũt bene ſuſcæpit eũ, & inuitauit
ad prandiũ: fecitq; eũ ſedere ad dexteram ſuã,
vbi filius eius Thuriſmondus ſedere conſue-
uit, quẽ Alboin interfecit. Poſt q̃ autẽ iam lęti
facti ſunt, Thuriſindus rex videns interfectorẽ
filij ſui ſedere in loco ei⁹, alta traxit ſuſpiria, &
dolorem quem habuit in corde, aperuit dicẽs.
Amabilis eſt mihi locus iſte: ſed perſona quæ
ibi ſedet / multũ mihi grauis eſt ad videndum.
Tunc alter filius regis audiens ſermones patris
ira ſuccenſus eſt, & Longobardos nimis iniuri
are cœpit: & q̃a faſciolas albas habebãt in cru-
ribus / deridebat eos dicens. Tibias albas habe-
tis vſq; ad pedes: & ſimiles eſtis iumẽtis varijs,
& fœtus faciẽtibus. Tunc vnus de Longobar
dis ſic illi reſpondit. Perge in campũ qui vocat̃
affelt, & ibi ſine dubio cognoſcere poteris qua
les ſunt iſti quos tu iumentis ſimiles eſſe dixiſti
quomodo poſſunt calcitrare: ibi enim inuenies
oſſa fratris tui diſperſa quaſi de vili iumento in
medijs pratis. Gepidi hæc audientes, & turpi-
tudinem tantã non ſuſtinentes nimis irati ſunt:
& de tam manifeſta iniuria ſe vindicare volue-
runt. Econtra Longobardi ad pugnã ſe præpa
rantes, omnes appræhenderũt gladios. Rex ve
ro ſurgens a menſa / in mediũ illorum ſe miſit:
& ſuos ab ira cõpeſcuit, iurans ſe illum occide
re, qui primus auderet pugnã cõmittere. Dixit
enim. Nõ eſt illa victoria adeo placita, cũ quis
in domo ꝓpria inimicũ ſuum in pace ſuſceptũ
occiderit. Et ſic pace inter eos facta, iterum lęti
conuiuiũ ineunt. Completo conuiuio, Thuri-
ſindus rex tollens arma filij ſui Thuriſmondi,
tradidit ea Alboin: & ſaluũ illum in pace dimi
ſit. Alboin vero reuerſus ad patrem ſuũ, con-
uiua eius factus eſt. Et dum ad menſam cũ pa-
tre ſuo ſederet, dixit illi omnia quæ circa eũ fa
cta ſunt: & omnes qui aderant, admirantes lau
dabant Alboin pro audacia ſua, Thuriſindum
pro tali fide maxima. ¶ His temporibus Iuſti-
nianus imperator Romanũ regebat imperiũ:
qui per Beliſariũ patritiũ multas victorias per

fecit, leges renouauit, ecclesias reparauit, basilicam quoq; quã ad Agian Sophian, id est sanctam sapientiã nominãt, fabricauit: cuius opus in tantũ super omnia ędificia extollentius ęstimaf, vt in tantis terrarũ spaciis ei simile non inueniaf. Tunc etiã Cassiodor⁹, Dionysi⁹, Arator, Romę claruerunt: Priscianus Constãtinopoli floruit: sanctus quoq; Benedictus virtutib⁹ effulsit. Igit Audoin mortuus est, & Alboin filius eius regnũ accepit. Qui cũ esset nominatissimus & fortis multũ, Clotharius rex Francorũ filiam suã nomine Gloisuindam dedit ei in cõiugiũ: de qua fecit vnam tm̃ filiã nomine Albsuindam. Interea mortuus est Thurisind⁹ rex Gepidorum, & accepit regnũ Chunimundus. Qui cũ vellet vindicare iniurias Gepidorũ rupit pacem cũ Longobardis: & plus amauit pugnam q̃ pacẽ. Alboin vero fecit pacẽ firmã cũ Auaribus, qui primũ Huni vocabanf, sed postea de nomine regis sui Auares sunt appellati: deinde iuit ad pugnãdum cũ Gepidis. Sed cũ Gepidi contra Alboin pergerẽt, Auares statim in terram eorũ intrauerũt, sicut cũ Alboin constituerũt. Hac de causa cũ tristis nũcius veniret ad Chunimũdum, ille nimis afflict⁹, coepit orare suos vt primũ cum Longobardis pugnarẽt, & postea ad depellẽdos Auares repedarent. Inito aũt ꝑlio, Alboin occidit Chunimũdũ, & de capite eius postea fecit scyphũ q dicit apud eos scala, apud latinos patera: & filiam ei⁹ Rosemũdã cũ magna multitudine virorũ ac mulierũ secũ abduxit captiuã. Gepidi. n. sic sunt deleti, vt ab illo tpe iã de suis regẽ non haberẽt. Vt aũt mortua est Gloisuinda regina filia Clotharii, Alboin ad interitũ suum vt in sequẽtibus dicef, duxit Rosemũdam vxorẽ filiã Chunimũdi. Inter hęc Iustinian⁹ priceps mortuus est: & Iustinus minor successit ei ad regendã Constãtinopolim. Apud quẽ vt supra scriptũ est, accusat⁹ Narses patriti⁹, quẽ loco Belisarii ad defensionẽ Italię misit ĩpator Iustinianus, in vindictam iniurię suę misit legatos ad Longobardos amicos suos, dicens. Dimittite paupertatẽ Pannonię, & venite ad fertilem Italiam oĩbus diuitiis plenã. Et vt animos eorũ amplius incitaret ad veniendũ, misit eis de oĩbus generibus pomorũ, & quicquid delectabile poterat excogitare de diuitiis terrę. Longobardi hęc audientes, gratanter accęperunt: & qualiter irent, pręparauerũt. Et cõtinuo apud Italiã apparuerũt signa in cęlo, scilicet ignęę acies, sanguinem humanũ qui postea effusus est significãtes. Alboin igit petiit auxilium ab antiquis Saxonibus amicis suis, vt spatiosam Italiã intraret cũ multis. Cui Saxones plus q̃ cũ. xx. mil. iuncti sunt: & scd'm ei⁹ voluntatẽ cũ vxoribus & filiis Italiam cũ eo intrauerunt. In ipso tempore Alboin Pannoniã dimisit Hunis amicis suis, ea conditione, vt si aliquando Longobardis reuerti necesse esset, vnusquisq; in sua rediret: habitauerunt aũt Longobardi in Pannonia per annos. xlii. Exierũt vero de Pannonia cũ mulieribus & filiis, & cum omnibus suis, anno dñicę incarnationis. dlxviii. indictione prima, secũdo die post pascha: qd' sanctũ pascha celebratum est in ipsis kalendis Aprilis. His igit diebus quibus Longobardi inuaserũt Italiã, Clotharius rex Francorũ mortuus est, relictis quatuor filiis, Heriberto, Guntrãmo, Helberico, Sigiberto. In hoc tempore Romanam regebat ecclesiã vir sanctus papa Iohãnes post quẽ Benedictus. Ciuitatem aũt Aquileiã & populum eius regebat beat⁹ patriarcha Paulus. Qui timẽs crudelitatẽ Longobardorũ, ex Aquileia ad insulam Gradus secessit: & omnẽ thesaurũ ecclesię suę portauit. Narses itaq; de Campania Romã reuersus, non post multum tp̃s mortuus est. Cuius corpus in cantra plum bea cũ omnibus diuitiis suis collocauerunt, & Constãtinopolim transmiserunt. Igit Alboin intrauit Liguriã indictione. iii. iii. Nonas Septemb. & sub tpe Honorati archiepiscopi Mediolanũ intrauit: deinde cęteras Ligurię ciuitates appręhendit. Obsedit aũt Ticinensem ciuitatẽ quę nunc Papia dicit, per tres annos: quibus peractis, post aliquãtos menses tradita est in manus eius. Qui cum introisset per portam quę dicit sancti Iohannis a parte orientis, equus sup quẽ sedebat, fixit se in medio portę. Quem cũ ille truderet cũ calcaribus, & omnes qui circũstabant cęderent verberibus, omnino moueri nõ potuit equus. Tunc vnus ex Longobardis sic ait ad regem. Memẽto dñe rex qd vouisti, & frange tã durũ votũ, & ingredieris ciuitatẽ: vere. n. christian⁹ populus est in ciuitate ista. Vouerat. n. Alboin antea q̧ vniuersum populũ occideret gladio q sibi se tradere noluisset. Quod votũ vbi disrupit, equus se cõtinuo mouit, & sic ciuitatẽ intrauit. Tunc data pace, omnis populus ad eũ tandem cucurrit ad palatiũ quod aliquando rex Theodericus fecit. Alboin igit postq̃ regnauit in Italia annos. iii. & menses. vi. interfectus est consilio cõiugis suę, ꝓ hac causa. Cũ sederet Alboin apud Rauennã in conuiuio & bibisset plus cõgruo, pręcępit afferri vinũ reginę Rosemundę in vasculo quod de capite patris eius fecit Chunimũdi regis, dicens ei vt lęta biberet cum patre suo. Pro qua re illa maximũ concipiẽs in corde dolorẽ, cogitauit qualiter maritũ interficeret, & patrẽ

vindicaret:consiliũq; habuit pro hacre cũ Hel
miche armigero regis, qui cũ regina vnius æta
tis erat. Helmichis vero dedit ei consiliũ, vt ad
hanc perficiẽdam assumeret Peredeũ quẽdam
fortem virũ, qui cũ vestiaria eiusdem reginę so
lebat dormire. Cui cũ illa suam voluntatẽ indi
caret, & ipse in interfectionem regis sui consen
sum suũ denegaret, regina in tpe noctis collo-
cauit se ĩ lecto vestiariæ suę quã ille amauit: ve
niensq; Peredeꝰ, reginam adulterauit. Qua re
pfecta, cœpit illa dicere Peredeo. Quã me con
sideras esse? Cumq; ille nominaret nomen ami
cæ suę, illa respondit. Non est vt tu speras, ego
sum Rosemũda: certe talem causam modo feci
sti, vt si tu nõ interfeceris Alboin, ipse te interfi
ciet. Qui intelligens malum quod fecit, licet in
uitus, in mortẽ regis cõsensit. Tũc Rosemun-
da crudelior omni bestia cũ Alboin in meridie
se somno dedisset, præcæpit magnum silentiũ
in palatio fieri, & omnia arma inde subtrahi: &
gladiũ illius fortiter ligauit ad caput lectuli, ne
posset euaginari, aut tolli: sicq; interfectores
eius introduxit. Alboin vero excitatꝰ a somno
& intelligens malum quod imminebat, cõcite
manum ad gladiũ qui alligatus erat/tendebat:
sed non valens eũ extrahere, scabellum appræ-
hendebat, & aliquãdiu se defendebat: sed illi p̄
ualentes, eũ occidebant. Helmichis aũt accipi-
ens Rosemũdam in vxorẽ, decertauit vt regnũ
Alboin app̄henderet, sed nõ potuit: quia Lon
gobardi multũ dolentes de eius morte, quæsie
rũt Helmichin interficere. Inter hæc Rosemũ-
da mandauit Longino præfecto Rauennæ vt
concite nauim mitteret, quæ eos deportaret.
Quam cũ ille misisset, per silentiũ noctis Hel-
michis & Rosemũda nauim ĩtrauerũt, & Alb
suindam filiã regis Alboin, & omnẽ thesaurũ
secum deportauerũt. Longinus aũt præfectus
suasit Rosemundam vt Helmichin occideret,
& se maritũ acciperet. Quæ cũ cõsensisset qua
dam die dum Helmichis ad balneũ iret, perre-
xit cũ eo vt ei deseruiret, portans secũ venenum
quo eum interficeret. Cumq; ille de balneo exi
ret, porrexit ei venenũ in poculo dicens. Si hoc
biberis, magnã salutẽ inde habebis. Qui cũ bi-
beret, ac venenũ esse sentiret, appræhenso gla-
dio Rosemundam per capillos tenuit, & vene
num quod remanserat illam bibere coegit: sicq;
dei iudicio ambo perierunt veneno. Longinus
vero præfectus Albsuindam cũ omĩ thesauro
misit Constantinopolim imperatori Iustino.
Longobardi aũt om̃es habito inter se consilio
fecerunt regem Cleph, virum nobilissimũ gen
tis Longobardorũ in ciuitate Ticinensiũ. Hic
multos potentes viros Romanorũ alios occi-

dit, alios de Italia eiecit. Nec enim Romanis il-
lo tempore virtus fuit/vt resistere possent Lon
gobardis: quia & mortalitas quæ sub Narsete
fuit, & fames quæ postea venit, omnem Italiã
dissipauit. Cũq; per vnũ annum & menses sex
Cleph regnaret, a quodam puero familiari suo
cũ gladio quẽ in mensa ad obsequiũ suum ha-
bebat, occisus est. Post cuius mortem Longo-
bardi regẽ iam per annos decem nõ habuerũt,
sed duces: vnaquęq; ciuitas suũ ducem. Ex qui
bus ducibus aliquãti cum multis pugnatoribꝰ
Gallias ingressi, prædati sunt: contra quos A-
matus patritius qui erat ex parte Guntrãmi re
gis mouẽs exercitum, ab eis occisus est: ipsiq;
cum multa pręda reuersi sunt. Quibꝰ disceden
tibus/rex Euniũ qui & Nummulus dictus est
ad se vocauit: eumq; patritium fecit. Iterũ Lon
gobardi intrauerũt Galliam: Nummulus autẽ
iungens se Burgundionibus, iuit cõtra eos, &
circundans eos insidiis, multos ex eis occidit,
cęteros redire vacuos coegit. Post hæc Saxo-
nes qui cũ Longobardis Italiã intrauerũt, cum
viderent Longobardos regnare, nec ipsi vellẽt
sub eis viuere, cũ omnibus suis per Galliam re
dierunt, & per adiutoriũ Sigiberti regis in pa-
triam suã tetenderũt. Quo cũ peruenissent, in-
uenerũt eam tenere Sueuos & alias gentes. In-
surrexerunt ergo contra eos, & certabant inde
expellere illos. At illi dederũt illis tertiam par-
tem regionis dicẽtes, quia possumus cõmuni
ter viuere. Saxonibus nõ consentientibus, ite-
rum dederunt eis aliã tertiam vt ipsi tenerent
vnam: sed Saxonibus nullo modo acquiescen
tibus/cõmiserunt pugnã: in qua de Saxonibus
mille. xx. mortui sunt: de illis vero. cccc. milia,
& . lxxx. sicq; Saxones terram suã obtinuerũt.
Hoc tpe Sigibertus rex Francorũ occisus est,
fraude Hilperici fratris sui: & regnũ eiꝰ susce
pit filius eius Hildibertꝰ cũ Brunihilde matre
sua. Iustinus quoq; minor cũ. xi. annis regnas
set eisdem tpibus obiit: & Tyberiũ Constanti
num successorẽ reliquit. Quo post annos se-
ptem defuncto, Mauritius ei successit in impe
rio. Longobardi vero cũ per decẽ annos essent
sub ducibus, postea cõmuni consilio constitue
rũt sibi regem Authari filiũ Calphamis supra
dicti principis qui ante Tadonem regnauit: &
pro magno honore vocauerũt eum Flauiũ: &
istud prænomen postea in vsu habuerũt reges
Longobardorũ. Duces vero qui tunc erant ꝓ
restauratione regni medietatẽ omniũ suarũ sub
stantiarũ in expendium reipublicę dederũt, vt
esset vnde viuere potuisset ipse rex: vel q̃ in ser-
uitio eius erant, vel qui ad eũ veniebant. Hoc
autem erat mirabile in regno Longobardorũ,

q̄ nullus alicui faciebat violētiā: nulla fraus ibi erat: nemo aliquē iniuste angariabat: nō ibi latrones erant, sed vnusquisq; vbi volebat, securus pergebat. Hoc tempore Mauritius imperator quinquaginta milia solidorū misit Hildiberto regi Francorū vt Longobardos de Italia expelleret. Quo veniēte cū magno exercitu, Longobardi ciuitates suas intrauerūt & xenia Hildiberto regi miserunt: pacēq; cum eo fecerūt. Qui reuersus est in Galliā. Quod audiēs Mauritius, solidos quos ei pro dissipatione Longobardorū dedit, repetere cœpit: sed ille in virtute sua cōfidens, nullum ei respōsum dedit. Interea Hildibertus pugnauit cū Hispanis, & vicit eos: & ista fuit causa vnde inter se pugnare cœperunt. Hildibertus rex sororē suā nomine Ingundem dederat vxorē Ermengildo filio Leouigildi regis Hispanorū. Qui Ermengildus p̄ prædicationē Leandri ep̄i & p̄ monita vxoris suę de Arriana hęresi quā pater suus colebat, ad fidem catholicā conuersus fuerat: pro qua causa impius pater eius in ipsa festiuitate paschę cū securi eū percuti iussit. Vxor vero illius fugiēs de Hispania, voluit reuerti in patriā suam: sed milites Romani qui in illis partibus erant, appræhenderūt illam cū filio suo paruulo, & adduxerūt illam in Siciliā, ibiq; mortua est: filiū vero eius direxerūt in Constātinopolim Mauritio imperatori. Iterū Mauritius imp̄ator misit ad Hildibertū, rogans illum vt exercitū dirigeret in Italiā contra Longobardos. Qui sperans q̄ soror sua adhuc viueret, & in Constantinopoli esset, volēs eam recolligere, cōpleuit voluntatē imperatoris, & misit exercitū Francorum in Italiā: sed Longobardi frequēter pugnabāt cōtra ipsos. Post hæc Frāci & Alemanni rixam inter se habentes, egressi de Italia, redierunt ad p̄pria. Hoc tempore inundatio aquarum facta est in Italia: de qua beatus Gregorius scribit in dialogo: & pestilentia illa pro qua ipse iam archidiaconus septiformē letaniā constituit: ipseq; Romanū pontificatū inuitus accæpit. Post hæc misit Authari legatos suos ad Garibaldum regem Bauuariorū, petēs filiam suam vxorē. Qui bene legatos suscæpit: & filiam suā noīe Theodelindam ei p̄misit. Quod dum missi renunciarent Authari, ille cupiēs videre sponsam suā, elegit secū paucos iuuenes fortissimos, & vnum fidelissimū quasi p̄ dn̄o & cū summa festinatiōe perrexit in Bauuariā. Cumq; starent in conspectu Garibaldi regis, & ille qui quasi senior videbat̄, dicta sua complesset, dixit Authari ad regē. Dn̄s meus Authari p̄prie pro ista causa me misit, vt videam filiā vestram, dn̄am nostrā, vt qualis sit forma eius, possim domino meo vere nunciare. Qui statim fecit eam venire. Quæ cū placuisset Authari, dixit ad regem. Si placet vestræ potestati de sua manu det nobis bibere, sicut & post hæc debebit facere. Quod cū rex fieri iussisset, illa tollens calicem plenū mero, dedit primū illi q̄ senior videbat̄: dein de porrigebat Authari, nesciens quis esset. Ipse vero postq̄ bibit, & calicem reddidit, nemine vidente, digito eā tetigit: & manū suam per faciē eius duxit. Quę verecundans cū hoc nutrici suę indicaret, nutrix respondit. Si rex & sponsus tuus nō esset, te nullo modo tangere pręsumpsisset. Sed taceamus ne audiat hoc pater tuus. Iste qui talem habet p̄sonā, dignus est & imperiū habere, & te vxorem ducere. Erat.n. Authari iuuenis pulcherrimus, & boni status. Post hæc cōmeatū petentes a rege, perrexerunt ad patriā suam. Authari vero cū peruenisset p̄pe fines Italiæ comitantibus aliquātis Bauuarijs, appropinquauit arbori quæ stabat iuxta viā, & erexit se super caballum, quātū potuit, & securim quā portabat in manu, in ipsam arborem impegit, ibiq; dimisit dicēs. Taliter ferire solet Authari. Quo dicto ītellexerūt Bauuarij q̄ ipse esset Authari. Post aliquantū tempus conturbatus est rex Garibaldus de aduentu Francorū, & Theodelinda filia eius cū fratre suo nomine Gūdoaldo fugit ad Italiā, & mandauit spōso suo Authari vt veniret obuiam ei. Qui gauisus est, & faciens magnam præparationē perrexit in campū qui dicitur Sardis super Veronā, & suscępit eam cum gaudio. Erat aūt ibi tunc inter alios Longobardos Egilolfus dux de ciuitate Taurinensi. Tūc subito conturbatus est aer, & cœpit tonare, & coruscare fortiter: statimq; fulmē p̄cussit vnum lignū quod erat positū in clusura regis. Egilolfus aūt habuit puerū quendam qui (nescio per quā artem) intelligens quid hoc significaret, ait Egilolfo secrete. Ista mulier quā modo rex tulit vxorē, post nō multū tua cōiūx erit. Qui iratus ait. Si alia vice hoc dixeris, caput tuū abscidam. Cui ille respondit. Verū est quia caput meū abscidere poteris: sed & hoc verū est, q̄a ista fœmina ad hoc venit in istā patriā, vt vxor tua sit. Quod & postea factū est. Interea mandauit Authari rex verba pacifica Guntrāmo regi Francorū patruo Hildiberti regis, vt faceret pacem cū eo. Ille vero cū gaudio suscæpit missos Authari, & direxit ad Hildibertū nepotē suū, vt p̄pter voluntatē suam & consiliū, faceret pacem cū Longobardis. Erat.n. ipse Guntrammus rex pacificus, & omni bonitate præditus. Cum aūt legati tardarent in Francia, Authari apud Ticinū veneno vt dicunt mortuus

est, postq̃ regnauit annis sex. Statimq̃ Longobardi miserunt ad Hildibertũ regem, q ei mortem Authari nunciarent, & pacẽ ab eo postularent. Quos ille benigne suscæpit: pacẽq̃ petitã dedit. Regina vero Theodelinda q̃a placebat Longobardis, dimiserũt eam regnare: dicentes ei, vt quẽcunq̃ amaret virũ tolleret maritũ: talem tñ qui dignus esset regere regnũ. Quæ habito cõsilio cũ sapiẽtibus, elegit sibi maritũ ducem Egilolfum, qui erat vir sapiẽs & bellator: & per omnia aptus ad regnãdum. Cui statim mandauit vt veniret ad eã: ipsaq̃ ad castellum quod Laomellũ vocat̃ perrexit ei obuiã. Qui cũ inter se colloquiũ haberent, iussit regina afferri vinũ, bibensq̃ ipsa prior, dedit Egilolfo. Qui cũ acciperet, honorabiliter manũ ei⁹ osculatus est. Quæ subridens ait. Non debes manũ meam osculari: quia rex & maritus meus eris. Et sic eũ amplexata est: & manifestauit ei omnia quæ per consilia sapientũ de gubernatione regni & nuptijs suis ordinata essent. Inter hæc fiunt nuptię cũ letitia magna: & Egilolfus qui erat cognatus regis Authari, cœpit regnare intrante mense Nouẽbre: postea tñ congregatis Longobardis apud Mediolanũ in mẽse Maio confirmatus est in regno. Igit̃ Egilolfus qui & Agio dictus est, cõfirmata sibi regia dignitate mandauit Agnellum ep̃m de Tridẽto in Franciam, ꝓ illis hominibus qui captiuati fuerant a Francis de castellis Tridẽtinis. Qui cũ veniret Brunihildis regina multos ex eis precio suo redemit: eisq̃ reducendos dedit. ¶ His diebus beatus Gregorius papa Romanus dialogũ scripsit: eũq̃ Theodelindę reginę pro munere misit: quia sciebat eam esse christianissimã, & timentẽ deum: per ipsam quippe multa bona in ecclesia dei facta sunt. Nam Longobardi cũ adhuc gentilitatis errore tenerent̃, ꝑpe om̃es substantias ecclesiarũ abstulerũt: sed ista supplicando & ipsum regẽ ad catholicã fidem adduxit: multas possessiones ecclesijs cõtulit: ep̃os quoq̃ qui antea nullum honorẽ habebant, ad ꝓpriam dignitatẽ restituit. Hoc tp̃e ordinat⁹ est rex Tassilo in Bauuaria ab Hildiberto rege Francorũ: statimq̃ iuit cũ exercitu in ꝓuinciã Sclauorũ: & victoriã habens, cũ magna præda ad terrã suã reuersus est. Igitur dñantibus per omnem Italiã Longobardis, dum veniret Egilolfus in partes Romanas, beatus Gregori⁹ de aduentu eius in tantũ territus est, vt ab expositione Ezechielis sicut ipse testat̃ cessaret. Cœpit aũt frequẽter per ep̃las suas Theodelindam reginã monere, vt hortaret̃ Egilolfum maritũ suum pacẽ cũ Romanis habere. Quod & factũ est. Vnde idẽ venerabilis vir gratias agẽdo epistolas ad eandẽ reginã & ad ipsum Egilolfum regẽ transmisit: quę in libro vitæ ipsius scriptę reperiunt̃. Hoc tp̃e Hildibertus rex ꝑ venenũ vt dicũt occisus est cũ vxore sua: mortu⁹ est & Guntrãmus rex. ¶ Circa hæc tp̃a destructum est a Longobardis monasteriũ sancti Benedicti in castro Cassino. Nocte quippe illuc intrauerunt: & oĩa inde abstulerũt: sed iuxta ꝓphetiam viri dei nullum ex monachis appræhẽdere potuerũt. Fugerunt nanq̃ & venerunt Romã, portãtes secũ codicem sanctæ regulæ quã idẽ beat⁹ pater cõposuit, & alias scripturas: necnõ & pondus panis, & mensurã vini, & q̃cquid exinde tollere potuerũt. Post beatũ nanq̃ Benedictũ rexit ip̃m monasteriũ Constãtinus: post quẽ Simplicius, post ipsum Vitalis, post hunc Bonitus, sub quo ista destructio facta est. His diebus fecit Theodelinda regina ecclesiã beati Iohãnis baptistę in Modicia: qui locus. xij. miliario est a Mediolano: & decorauit eandem ecclesiã multis ornatibus auri & argẽti: & dedit ei multas possessiones. In eodẽ loco fecit quondam palatiũ Theodericus rex Gothorũ, eo q̃ ęstatis tp̃e locus ipse temperatus est, & bonus: est. n. vicinus alpibus. Tunc ꝗ̃q̃ natus est Egilolfo fili⁹ de Theodelinda regina ĩ palatio Modeciano, & baptizat⁹ est ibi, vocatusq̃ est Adolandus: & suscæpit eũ de sacro fonte Secũdus seruus dei de Tridento. ¶ Vsq̃ ad hæc tp̃a rebellis fuit Longobardis Patauiũ ciuitas, eo q̃ milites qui ibi erant, fortissime resistebant: sed postea iactantes ibi ignẽ incendebant eam: & iussione regis Egilolfi euersa est vsq̃ ad terrã: milites tñ qui in ea erant dimissi sunt redire Rauennã. Huius Egilolfi tp̃ibus beatus Columbanus venit in Italiã: & fecit monasteriũ quod vocat̃ Bobiũ in montibus Coccijs. Igit̃ Egilolfus qui & Agio dictus est, postq̃ regnauit annis. xx. defunctus est: relinquens in regno filiũ suum Adolãdum adhuc puerũ cum matre sua Theodelinda. Qui cũ regnaret decẽ annis, ꝑdidit sensum, & eiecerunt eũ de regno: & in locum eius constituerũt Arioaldum quendam, cuius generatio nõ est descripta. Qui postq̃ tenuit regnũ per annos. xij. mortu⁹ est: & regnũ suscepit Ruotheri vir fortis & strenu⁹, sed Ariana perfidia maculatus. ¶ Huius tp̃ibus pene per oẽs ciuitates regni eius duo erant ep̃i: vnus catholicus, alter Arrian⁹. Hic Ruotheri rex legem Longobardoꝝ cõposuit: & ipsum codicem Edictum appellauit. Erat aũt iam. lxxvij. annus ex quo Longobardi venerant in Italiã. Postq̃ vero sedecim annos regnauit & quatuor menses, mortu⁹ est: regnũq̃ filio suo Radoaldo dimisit: ipse aũt sepultus est iuxta ecclesiã

beati Iohãnis baptistæ. Post aliq̃d tempus qui
dam homo ꝑ maligna cupiditate aperuit sepul
chrũ eius nocte: & tulit oĩa ornamenta corpo-
ris illius. Apparuit aũt ei per visionẽ beat⁹ Io-
hannes dicens. Quare ausus es tangere corpus
hoĩs isti⁹? Quis nõ recte crediderit, tñ se mihi
cõmendauit. Quia igiť hoc facere ꝑsumpsisti,
nunq̃ amodo eam ecclesiã intrabis. Quod &
factum est. Nam q̃tiens eandem ecclesiã intra-
re voluit, subito quasi aliq̃s cũ magno cultello
vellet eũ in guttur ferire retro cedit. Radoaldus
igiť post mortẽ patris accipiẽs regnũ, tulit vxo
rem Guntbirgam filiã Egilolfi & Theodelin-
dę. Ista Guntbirg fecit ecclesiã sancti Iohãnis
baptistę in Ticinẽsi ciuitate sicut mater eius fe-
cit in modicia: & decorauit eã ornatibus, & di
tauit opibus: in qua & ipsa sepulta est. Hæc dũ
accusata esset apud maritũ suũ q̃ cõmisisset ad-
ulteriũ, Carellus seruus eius petiuit a rege, vt
ad singulare certamẽ pugnare sibi liceret, cũ il
lo qui dñam suam infamauit: pugnansq̃ cũ eo
corã omni populo eũ ꝓstrauit: sicq̃ regina pri
stinũ honorem recuperauit. Rex vero Radoal
dus (vt dicunt) cũ adulterasset vxorẽ cuiusdã
Longobardi, ab eo occisus est: cũ iam ꝑ q̃nq̃
annos & .vij. dies regnasset. Cui successit Ari-
pertus filius Gundoaldi, qui fuit frater Theo-
delindę reginę. Hic fecit ecclesiã in honore dñi
saluatoris in Ticino: & decorauit eã varijs or-
namẽtis: ditauitq̃ substãtijs. Igiť Mauritius im
perator postq̃ regnauit annis .xxi. cũ filijs suis
Theodosio & Tyberio, & Constãtino, occi-
dit illos Focas, qui fuit strator Prisci patritij: &
ipse regnauit. Qui postq̃ regnauit annis. viij.
Heraclius q̃ regebat Africã rebellauit ei: & ve-
niens cũ exercitu occidit eũ, & suscepit ĩperiũ.
Quo post .xxvij. ãnos defuncto, fili⁹ eius Cõ
stãtinus suscæpit imperiũ. Sed hoc post quatu
or mẽses ꝑ venenũ extincto, Heracleonas fra-
ter eius cũ Martina regnũ inuaserũt. Quibus
mox deiectis, Constãs fili⁹ Constãtini regna-
uit annis .xxviij. Aripertus rex postq̃ apud Ti
cinũ Longobardos rexerat per annos .ix. mor
tuus est: & reliquit regnũ ipsum duobus filijs
suis Perthari & Goteberto: & Gotebertus se-
debat in Ticino: Perthari in Mediolano. Deni
q̃ facientibus malignis hominib⁹, surrexit odi
um & discordia inter ambos fratres, in tantũ vt
alter ab altero regnũ tollere decertaret. Pro hac
causa Gotebertus direxit Garibaldum ducem
Taurinensiũ ad Grimoaldum ducẽ Beneuen-
tanũ, vt veniret & adiuuaret eũ contra fratrem
suũ, ꝓmittẽs ei dare sororẽ suam vxorẽ si eum
adiuuaret. Garibaldus vero fecit fraudem con-
tra dñm suum: deditq̃ Grimoaldo consiliũ, vt
veniret / & regnũ Longobardorũ quod ambo
fratres qui erant adolescẽtes dissipabant appræ
henderet: vtpote qui habebat iam maturã ętatẽ
& erat consilio bonus / & fortis in virtute. Au
diens hæc Grimoaldus, statim eleuauit animũ
suum ad accipiẽdum regnum Longobardorũ
& ordinans filiũ suum Romoaldum ducem in
Beneuento: ipse cũ electa multitudine virorũ
appræhendit viã contra Ticinũ, & per omnes
ciuitates misit, & faciebat sibi amicos, vt regnũ
accipere posset: Trasemundum vero Capua-
num comitem misit per Polentiã & Tusciã, vt
oĩes Longobardos de partibus illis in eius ad
iutoriũ inuitaret. Quod & fecit: & cũ magno
adiutorio apud Aemiliã ei occurrit. Igitur Gri
moaldus cum venisset Placentiã, misit Garibal
dum ante se, vt Goteberto nũciaret de eius ad-
uentu. Audiens hoc Gotebertus, quęsiuit con
silium ab eodem Garibaldo, in quo loco præ-
paret hospitiũ Grimoaldo. At ille respõdit, di
gnum esse vt Grimoaldus qui causa illius ve-
nerat, & sororẽ eius accipere debebat, hospitiũ
haberet intra palatiũ. Quod ita factum est. Prę
dictus ergo Garibaldus seminator malitiæ di-
xit ad Gotebertũ. Quando veneris cũ Grimo
aldo ad colloquiũ, habeto loricam subtus vesti
mentũ, quia ipse te occidere quærit. Deinde di
xit eadem verba ad Grimoaldum. Cũq̃ die al-
tera venissent ad colloquẽdum, videns Grimo
aldus q̃ Gotebertus lorica esset indutus, euagi
nato gladio interfecit eum, & inuasit imperiũ
eius. Habebat aũt Gotebertus filiũ paruulum
nomine Reginbertũ, quem rapientes fideles
eius nutrierũt occulte. Sed nec curauit Grimo
aldus eum persequi, quia puer adhuc erat. Au
diens autem Perthari qui apud Mediolanũ re-
gnabat, q̃ frater eius mortuus fuisset, quãta ve
locitate potuit fugit: & ad Cacanũ regem Aua
rum abijt. Vxorem vero illius nomine Rode-
lindam, & paruulum filiũ nomine Chuniber-
tum transmisit Grimoaldus in Beneuentum.
Post hæc malignus homo Garibaldus, cuius
consilio hæc omnia facta sunt, non diu sup̃ his
gaudebat. Erat enim in ciuitate Taurinẽse par
uus quidam homunculus, natus de ꝓpria gen
te Goteberti. Iste cũ sciret q̃ Garibaldus ipso
sacratissimo die paschali venturus esset ad ora-
tionem in ecclesiam beati Iohannis baptistæ,
abijt & ascendit super fontem sacrum baptiste
rij, & cũ sinistra manu tenuit se ad vnã colum-
nellam vbi Garibaldus transire debuerat: cum
dextra vero euaginatũ gladium sub vestimen-
to tegebat. Cũq̃ ꝓpe eũ Garibaldus venisset,
ille homuncio euaginato gladio cũ tota virtute

qua potuit, percussit eũ in ceruicẽ, & amputa-
uit caput ei⁹. Hoĩes aũt eiusdẽ Garibaldi, mul
tas illi plagas faciẽtes, ad vltimũ occiderũt eũ.
Qui ꝗuis sic punitus mortuus fuisset, tñ iniu-
riam & mortem dñi sui vindicauit. Grimoald⁹
aũt confirmatus in regno apud Ticinũ, occidit
Chunibertũ filium Goteberti, & sororẽ eius-
dem Goteberti/filiã Ariperti duxit vxorẽ. Be-
neuentanũ vero exercitum cum quo regnũ ap
praehendit remisit ad ꝓpria ditatũ magnis mu
neribus: sed aliquantos secũ retinuit, quib⁹ lar
gissimas possessiones cõcessit. Audiens aũt ꝙ
Perthari in Scythiam fugisset, & apud Cacanũ
regem Hunorũ stetisset, mandauit eidem Ca-
cano, ꝙ si Perthari in regno suo mansisset, pa-
cem cũ Longobardis sicut hacten⁹ habere nõ
posset. Quod Cacanus vt audiuit, Perthari di
xit. In qualemcunq; partẽ volueris/vade: quia
in meo regno nõ poteris stare: ne ꝓpter te ini-
micitiã Longobardorũ incurram. Perthari hęc
audiens, delegit reuerti ad Grimoaldum: quia
audierat eũ esse misericordissimũ. Cũ vero ve-
nisset ad Laudẽsem ciuitatẽ, misit Vnulfum fi
delissimũ sibi virum ad Grimoaldum, qui suũ
ei nunciaret aduentũ. Hoc audiẽs Grimoald⁹
gauisus est nimiũ: & mandauit ei ꝓmittẽdo ꝙ
nullum malum haberet, si ad eum veniret. Igiẽ
Perthari ad Grimoaldum ĩgressus, voluit se ad
pedes eius iactare: sed Grimoaldus nõ permit
tens eum hoc facere, retinuit eũ, & osculat⁹ est
eũ. Tunc dixit Perthari ad Grimoaldum. Ser-
uus tuus sum. Potui quidem viuere inter Paga
nos: sed audiens te christianissimũ & misericor
dissimũ, ꝓ tuo nomine bono veni ad te. Tunc
rex ꝓmisit ei iureiurando coram oĩbus dicens.
Per eũ qui me nasci fecit quãdo qdem ad meã
fidem venisti, nullum malum erit tibi. Et dedit
ei optimã domũ: praecipiens suis ministris, vt
oĩa quae sibi essent necessaria, ex publico abun
dantius haberet. Tunc Ticinẽses omnes coepe
rũt ad eũ currere, & quasi notũ salutare: statim
maleloqui accedẽtes ad Grimoaldum, dixerũt
ad eũ. Nisi Perthari citius occideris, regnũ non
habebis: oẽs. n. ad eũ concurrunt: & ꝓpter eũ
te forte occidere habebunt. His verbis Grimo
aldus credulus, oblitus est illi quod illi iurauit
& qualiter illum occideret/cum suis tractauit.
Deniq; per consiliũ misit ei ad coenã diuersos
cibos, & optimũ merum, ac diuersas potiones
vt cũ per noctem quasi mortuus iaceret, leuius
occidi posset. Sed cũ ad coenã sedisset, venit ad
eũ suus ꝗndam seruiẽs, afferens ei cibũ quem
misit ei rex, & cũ posuisset eũ super mensam,
finxit se salutare Perthari, & mittens caput sub
mensam, clam nũciauit ei consiliũ Grimoaldi.
Qui statim vocauit ad se pincernã suũ: praecę-
pitq; ei, vt ĩ fiala aurea sibi misceret, semꝑ aquã
solam in eã mitteret. Tunc missi regis rogabãt
eũ ex mandato ei⁹, vt lętus biberet, & in hono
re Grimoaldi totã fialam cõsumeret. Ille aũt di
cebat se cũ gaudio bibere, totãq; fialã in hono-
re eius effundere. Nihil aũt bibebat nisi aquã.
Pergebant igiẽ ministri regis nunciantes ei, ꝙ
multum vinũ biberet Perthari, etiã ebriosus es
set. Ille vero cũ gaudio dixit. Bibat ille ebriosus
hodie: cras. n. euomet eadem vina cũ sanguine.
Interea clamauit Perthari ad se Vnulfum fide-
lissimũ suum, & ĩdicauit ei regis voluntatẽ &
consiliũ. Quod audiens Vnulfus, vocauit pue
rum suũ, & p̄cępit ei vt lectum sibi faceret iu-
xta Perthari lectum. Coena vero pacta, cũ mi-
sisset rex hoĩes suos qui Perthari custodirẽt, ne
fugere potuisset, intrauit Perthari in cubiculũ
vbi dormire debuit cũ Vnulfo & vestiario suo
fidelissimo: nũciauitq; eidẽ vestiario ꝙ de mor
te sua rex cogitaret, & ait. Si ego effugere po-
tuero, tu finge loquẽdo ad hoĩes regis ꝙ ego
dormiã in isto cubiculo, & forsitan effugiens
de manib⁹ eorũ me liberabo. Quod cũ ille gra
tanter se facturũ ꝓmitteret, tulit Vnulfus culci
trã & pellẽ vrsinã, & posuit supra dorsum Per
thari, & coepit eũ quasi seruũ rusticanũ cũ ve-
cte caedere, & cũ pugno in collo pellendo/ ex
tra regiã iactare. Cũq; milites regis interroga-
rent quid hoc esset, Vnulfus dixit. Seruus iste
rusticanus fecit mihi lectum iuxta lectum Per
thari, qui sic ebri⁹ est/vt dormiat quasi sit mor
tuus. Hoc illi audiẽtes, & verũ esse credentes,
lęti facti sunt: & Perthari quasi seruum rustica
nũ exire dimiserũt. Vestiarius aũt ille fidelissi-
mus in cubiculo mansit, illudq; claudẽs, firmi
ter obserauit. Quod vidẽtes serui regis, reuer
si sunt ad dñm suum. Vnulfus aũt per funẽ de
posuit aliquantos viros ad Perthari dñm suũ,
qui cũ illo irent. Pergẽtes igiẽ simul fugere coe
perunt: & cũ inuenissent caballos in prato, ap
praehenderũt eos, & caballicauerũt: & in ea no
cte peruenerunt ad ciuitatẽ Astensem, vbi erãt
verissimi amici Perthari: quia eadẽ ciuitas nec
dum subdita erat Grimoaldo: indeq; fugiẽs in
ciuitatẽ Taurinensem/ꝑuenit in Franciã: sicq;
deus oĩpotens Perthari innocentẽ a morte libe
rauit: & Grimoaldũ ne homicidiũ faceret/cu-
stodiuit. In crastinũ ergo Grimoaldus sperans
ꝙ Perthari dormiret in hospitio suo, misit ad
eũ hoĩes qui eũ adducerent, & ab eodem loco
suo usq; ad palatium fecit stare hoĩes hinc & il
linc, ne ꝑ qualecunq; ingeniũ posset effugere.
Cũq; venissent missi a rege/coeperunt clamare
ad regiã vbi vestiari⁹ ille manebat, vt Perthari

a somno excitarent. Vestiarius aũt ille dicebat. Misericordiã cum eo facite, & dormire illũ ꝑmittite, quia de via lassus est, & adhuc nimiũ dormit. Qui cũ hoc regi renunciarent, ait. Sero sic ebrius fuit, vt adhuc euigilare nõ possit. Iterum misit/vt festinãtius adduceret. Qui venientes ad ianuã vbi eum dormire sperabant, magnis vocibus vt eũ excitarent, clamabãt. Vestiarius ille iterũ eos rogabat/vt aliquantulum dormire permitterent. Qui irati, dixerũt. Satis iam dormiuit ebriosus ille: & calcibus rumpebant regias, & ingressi cubiculum, requirebãt eum in lecto: & nõ inuenientes, interrogabãt vestiariũ quid factum sit de illo. Qui eũ fugisse respondit. Quem illi appræhendentes per capillos, fustibus cędebant: cũq; ligatis post tergum manibus ad regẽ ducebant, dicentes. Iste sapit quomodo Perthari fugit: & ideo dignus est morte. Rex aũt solui eũ præcępit: & per ordinem qualiter Perthari fugisset, edicere iussit. Qui omnia sicut facta fuerãt/enarrauit. Tunc rex interrogauit circũstantes/dicens. Quid homo iste promeruit, qui tale malum fecit? Qui omnes responderunt, mala morte illum mori debere. Rex aũt dixit. Per illum qui me nasci fecit, bene debet homo iste habere, qui se ꝓ domino suo morti voluit tradere. Tunc præcępit eum inter suos vestiarios esse: multa ei promittens, si sibi talem fidem seruaret, qualẽ Perthari seruauit. Deinde requisiuit rex quid de Vnulfo factum sit. Qui ait. In ecclesiã sancti Michahelis archangeli fugit. Statim rex misit ad eum ꝓmittens nullum malum eum habiturũ, tantũ festinantius veniret ad eũ. Vnulfus hoc audiẽs festinanter ad palatiũ venit: & ad pedes regis se ꝓnus misit. Quem cũ rex interrogaret, qualiter Perthari effugeret. Ille omnem rei veritatẽ ei narrauit. Tunc rex corã omnib⁹ collaudans prudentiã eius & fidem, dedit omnes diuitias suas in illius potestatẽ, vt esset honoratissimus in palatio suo. Post aliquãtos dies interrogauit eum rex vtrum secũ, an cum Perthari libentius esset. Ille aũt cœpit iurãdo dicere ꝙ magis optaret cũ Perthari mori, q̃ vbicunq; in maximis delitijs viuere. Deinde vocauit vestiarium illum, & iussit eum vtrũ melius sibi videret in palatio esse, an cũ Perthari ĩ peregrinationẽ ire Ille aũt eadem verba dicebat, quæ & Vnulfus antea dixerat. Rex aũt cum audisset, gauisus est valde, & laudauit fidem illorũ, dixitq; ad Vnulfum. Quotcunq; volueris de domo mea tolle homines, vel caballos, vel quęcunq; alia, & vade ad dñm tuum sine aliqua læsione. Similiter dixit ad vestiariũ illum. Illi aũt tulerunt omnia sibi necessaria, & cũ licentia regis Grimoaldi,

perrexerũt ad dilectissimũ dñm suum Perthari in partes Francorũ. Hoc tempore Dagobertus regnũ Francorum tenebat, cũ quo Grimoaldus pacem firmã habebat. Romanũ vero imperium Constantinus Constãtis filius accępit & per. xvij. annos tenuit. Post hęc Grimoald⁹ flebotomauit se in palatio: & cum post. ix. dies vellet sagittare columbam vnã, disrupta est vena de eius brachio: & mortuus est. Hic in edicto quod rex Rutheri fecit, aliquanta capitula annexuit. Fuit aũt corpore maximus & audacissimus, capite caluo, barba longa, consilio & virtute primus. Sepultus est in ecclesia sancti Ambrosij quã ipse fecit. Reliquit aũt filium suum Garibaldum quẽ de filia regis Ariperti habuit successorẽ regni adhuc puerũ, Romoaldũ vero filium suũ iam in Beneuento ducem constituit. Igiẽ Perthari cũ esset in Frãcia ꝓpter timorem Grimoaldi, quia fœderatus erat cũ rege Francorũ/voluit fugere in Britanniã. Cũq; nauigasset per pelagus, subito audiuit a littore dicentẽ. Si Perthari est in ista naui, dicite illi vt reuertatẽ in patriam suã: quia iam dies tres sunt ex quo rex Grimoaldus mortuus est. Quod cũ audisset Perthari, ibat ꝓpe littus vt videret illũ qui loquebatẽ: sed cum neminẽ inueniret, considerauit ꝙ angelus hæc diceret: statimq; reuersus venit Ticinũ: & inuenit ibi multitudinem Longobardorũ, qui eum cũ gaudio suscæperunt. Expulit aũt Garibaldum puerũ Grimoaldi de regno: & post mensem tertiũ ordinauerunt eũ Longobardi regẽ super se. Erat enim homo iustus, & in fide Christi rectus, & nutritor pauperum. Misit aũt in Beneuentũ, & fecit exinde venire Rodelindam vxorẽ suã, & Chunibertum filiũ suũ, quos Grimoaldus illuc direxit in exiliũ. Post hæc idem Perthari fecit monasteriũ in eodẽ loco vnde prius fugerat, & fecit illud dedicari in honorẽ dei & sanctæ virginis Agathæ: in quo multas virgines congregauit: multaq; ornamenta & substãtias ibi dedit. Fecit aũt & vxor eius Rodelinda eccclesiam in honorẽ sanctę dei genitricis & virginis Marię foris muros Ticini, in loco q̃ diciẽ ad Perticas, decorans eã mirificis ornamentis. Igiẽ Perthari cũ regnaret solus ꝑ annos. vij. in octauo anno ordinauit Chunibertũ filiũ suũ in regno, vt pariter regnarent: & regnauerũt pariter per decẽ annos. Cũq; in omni tranquillitate regnarent, surrexit cõtra eos fili⁹ diaboli Alachis nomine de Tridẽto: sed Chunibert⁹ fili⁹ regis diligẽs Alachis, reuocauit eũ in gratiã patris sui. Sępe quippe voluit rex ĩterficere Alachin: sed Chunibertus semꝑ rogauit ꝓ eo, sperãs ꝙ aliqñ ei fidelis esset: insuꝑ nõ cessauit rogare patrẽ vt da

ret ei ducatū Brixię. Perthari vero dixit. Ad tuā
perditionē hoc rogas vt talis potentiae virtutē
Alachi dem, vt possit regnare. Ciuitas nanq
Brixiana semper habuit multitudinē de nobili
bus Longobardis, ꝓpter hoc timuit Perthari,
ꝙ Alachis ibi dominaret. Postq̄ aūt idem Per
thari regnauit per annos. xviij. defunct⁹ est, &
iuxta ecclesiā quam Aripertus pater eius fece-
rat, sepultus est. Post mortē vero eius Chuni-
bertus filius ei⁹ tulit vxorē noīe Ermelindam
de genere Anglisaxonū. Alachis vero oblitus
omnia bona quae in eū fecit Chunibertus, iun
xit se cū Aldone & Grausone de Brixia, & cū
multis Longobardis: & cū nō esset Chuniber
tus in Papia, introiuit ille in palatiū eius, & re-
bellauit ei. Quod audiens Chunibertus fugit
intra lacū Lanium iuxta Comū. Facta est autē
magna tribulatio oībus qui eū amabant, ma
xime clericis & presbyteris q̄s Alachis odio ha
bebat. Erat aūt illo tempore in Ticinensi eccle-
sia epūs nomine Damianus, sanctissim⁹ homo,
atq̄ sapiētissimus. Hic videns ꝙ Alachis habe
ret palatiū, ne ecclesia sua vel ipse aliquod ma-
lum pateret, misit ad eum cū benedictione ec-
clesiae suae diaconū suum nomine Thomā, sa-
pientem hominē & religiosum. Cumq̄ nunci
atum esset ei ꝙ veniret ad eū Thomas diacon⁹
cū benedictione epī sui, Alachis pro eo ꝙ oēs
clericos odio habebat, mandauit ei dicens. Si fe
moralia, id est bracas mundas habet/ intret ad
me: sin aūt, foris stet. Thomas autē respondit.
Nunciate ei quia mūda femoralia habeo: nam
hodie lotas indui vestes. Ille aūt remandauit ei
Non dico de femoralib⁹, sed de eo quod intra
femoralia habet. Ad haec Thomas diaconus re
spondit. Deus solus potest de his causis repre-
hensionem in me inuenire: ille aūt non potest.
Cumq̄ illum intrare fecisset, cū magna ira lo-
cutus est ei. Quod audiētes oēs clerici timue
runt, nimiū sperātes ꝙ ī illa ciuitate ꝓpter cru
delitatem eius viuere non possent: coeperuntq̄
tantū desiderare & amare Chunibertū regem
suum, quantū audierunt Alachin crudelem &
superbū. Vnde crudelitas eius & superbia non
durauit per tempora multa. Deniq̄ cū quadam
die solidos super mensam numeraret, vnus tre
missis decidit, quē filius Aldonis adhuc pueru
lus de terra collegit, eiq̄ reddidit. Qui sperans
ꝙ ipse puer adhuc nihil itelligeret, dixit. Pater
tuus multos habet de istis, si deus voluerit in ꝓ
ximo tempore mihi daturus est eos. Cum aūt
puerulus ad vesperū rediret domū, interroga-
uit eū pater suus si rex aliquid dixisset ad eum.
Qui cū ei nunciasset oīa facta & dicta, timuit
Aldo fortiter, & vadens ad fratrē suum Grau-
sonē, nunciauit ei regis verba: statimq̄ coepe-
runt ambo consiliari cū amicis suis de interitu
regis. Mane autē perrexerunt ad palatiū, & sic
ad Alachim locuti sunt. Quid dignaris semper
stare in ciuitate. Ecce tota ciuitas & vniuersus
populus tibi fidelis est: ebriosus ille Chuniber
tus in tantū humiliatus est, vt iam amplius vir
tutē aliquā cōtra te habere nō possit. Exi ergo
de ciuitate, & vade in venationē cū iuuenibus
tuis: nos aūt cū alijs fidelibus tuis defendimus
tibi hanc ciuitatem: sed & hoc ꝓmittimus tibi
vt in ꝓximo tempore caput inimici tui Chuni
berti adducamus tibi. Alachis aūt iuxta suasio-
nem eorū exiuit de ciuitate in siluam ad venan
dum cū hominibus suis. Aldo vero & Grau-
so ierunt ad lacū Cumacinū, & ingressi nauim
perrexerunt ad regem Chunibertū, & iactan-
tes se ad pedes eius, veniā petebant, de hoc qd̄
contra eū fecerunt: & indicauerūt ei quale ma-
lum eis facere voluerit Alachis, & quale consi
lium dederint ei. Quod audiēs rex Chuniber-
tus, gauisus est valde: & sacramentū inter se de
derunt: & statuerūt diem quādo Chunibertus
Ticinū veniret, ipsiq̄ eū in ciuitatē intromitte
rent. Constituto aūt die venit Chunibertus: &
illi sicut ꝓmiserant/ gratanter eū susceperunt.
Tunc omnes simul epūs & presbyteri & clerici
iuuenes & senes cū gaudio cucurrerunt ad eū
gratias agētes deo ꝓ reditu eius: & alij ample
xabant genua ei⁹, & alij pedes: sed & ille quos
potuit/ familiariter osculatus est. Subito autē
nūcius exinde veniens ad Alachisum, dixit ei,
ꝙ Aldo & Grauso non tm̄ caput Chuniberti
sicut ꝓmiserāt, sed & totū corpus adduxissent
& in palatiū misissent. Quod ille audiens, con
tristatus est valde: & cū magno furore discedēs
iuit per Placentiā & multas ciuitates, alias per
blanditias, alias vi appręhendens, congregauit
omnes quos potuit/ vt cū Chuniberto pugna
ret. Cumq̄ Chunibertus econtra suos collige-
ret, conuenerunt in cāpo qui Coronatus dicit:
ibiq̄ steterunt. Misit aūt Chunibertus ad Ala-
chisum dicēs. Vt quid perit tanta hominū mul
titudo? Pugnemus ego & tu, & qui vicerit, re
gnum teneat. Alachis aūt noluit. Cui dixit vn⁹
de populo suo nomine Tuscus. Quare non
pugnas cū eo. Tu fortissimus & audacissimus
es, & cur non exis cū audacia vt pugnes cū eo.
Alachis respōdit. Chunibertus q̄uis ebriosus
sit, tamen satis est fortis. Nam tempore patris
sui quando eramus pueri, erant in palatio ver-
uece maiores, & Chunibertus apprąehendit
quemuis illorum per lanam de dorso, & por-
tauit eum vna manu, quod ego facere non
poteram. Quod audiens Tuscus ille, dixit:

Si tu cũ illo pugnare nõ poteris, nec me ampli us in adiutorium habebis: & statim relicto eo, iuit ad Chunibertũ, & indicauit ei omnia hęc. Cum aũt iam ꝓpe esset vt iungere se deberent ad pugnam, diaconus quidam nomine Sceno multũ amans Chunibertũ, & timens ꝙ in eadẽ pugna moreref, dixit ad eum. Domine mi rex, oĩs spes nostra in te est: si tu mortuus fueris in pugna, oẽs nos ille crudelissimus Alachis per diuersa occidet tormenta. Placeat itaq; tibi consiliũ meum, & da mihi omnia arma tua, & ego vadam & pugnabo cũ isto aduersario. Si ego mortuus fuero, tu recuperabis causam tu⸗am: si vicero, maiorẽ inde habebis gloriã: quia per seruũ tuum habebis victoriam. Cũq; Chu nibertus hoc omnino recusaret, rogauerunt eũ fidelissimi sui qui aderant vt ei cõsentiret. Tũc ille cõsensit: indutũq; diaconẽ oib⁹ armis suis pro se ad pugnã misit. Cũq; pugnarent ambæ partes, Alachis semper intẽdebat vbi Sceno di aconus stabat: putansq; ꝙ Chunibert⁹ esset, im pugnauit eũ & occidit: & cũ gaudio caput ei⁹ abscidi præcepit: leuansq; illud in hasta, grati⸗as egit deo ꝙ Chunibertũ occiderit. Sed cum cassidem de capite eius tulissent, apparuit ꝙ cle ricus esset. Tunc Alachis cum ira magna excla mauit. Heu me, nihil fecimus quãdo hanc pu gnam cõmisimus, in qua clericũ occidimus: & statim tale votũ vouit, ꝙ si victoriam de Chu⸗niberto haberet, puteum vnũ de clericorũ testi culis impleret. Igiť Chunibert⁹ videns suos de ficere, putantes ipsum mortuũ esse, ostendit se eis, cõfortans eos, & dicẽs. Nolite timere: mo do enim debemus inimicos nostros vincere. Ite rum præparauerũt se ambæ partes ad pugnã: & cũ iam ꝓpe esset, vt se coniũgerent, rursum mandauit Chunibertus ad Alachisum dicens. Cur perit populus? Pugnem⁹ nos duo: qui vi cerit, dominet̃ omni huic populo. Cumq; Ala chiso sui homines dicerent, quare non pugnas cũ eo: ille respondit. Non possum hoc facere: quia video imaginẽ sancti Michaelis archange li inter hastas suas vbi ei iuraui. Tunc vnus ex illis dixit ei. Propter timorẽ videbiť tibi quod nõ est: & iam tibi tardum est hoc dicere. Con⸗gredientibus aũt vtrisq; partibus, multi vtrinq; ceciderũt: Alachis quoq; cecidit: & Chuniber tus adiuuante domino, victoriã habuit. Caput aũt Alachis & crura abscisa sunt: & solum cor pus trũcus remansit. Rex vero cũ gaudio & vi ctoria reuersus est Ticinum. Cum ista fierent, apud Longobardos trãs padum, Romoaldus filius Grimoaldi dux Beneuentorũ congrega to exercitu, cœpit expugnare Tarentũ, & Brũ disiũ, & totam illam regionẽ sibi subiugauit.

Diederada vero vxor ei⁹ fecit monasteriũ in ho nore scti Petri apostoli foris muros ciuitatis Beneuẽtanę, in quo puellarũ Christi fecit con uentũ. Postq; regnauit Romoaldus per annos xvi. mortuus est: & filius eius Grimoaldus re xit Beneuentũ per trienniũ: duxitq; vxorẽ Vui gilindã filiã Perthari sororẽ Chuniberti. Post mortẽ Grimoaldi Gisolfus frater eius dux fa⸗ctus est: & tenuit ducatũ p annos xvij. hic vxo rẽ habuit Vuinibirgã filiã Radoaldi ducis. Cir ca hæc tẽpora cũ iam p multos annos monaste riũ sancti Benedicti in Cassino monte esset de relictũ, venerũt Franci de Celmania & de Au⸗relia in eundem locũ: & dum se fingerẽt iacere in eodem loco vbi iacebant corpora sancti Be⸗nedicti & sanctæ Scholasticæ tulerunt ossa eo rum & portauerunt in patriam suam, vbi facta sunt duo monasteria: vnũ in honore sancti Be nedicti, aliud in honore sanctæ Scholasticæ. Sed nos certũ credim⁹ illud venerabile os diui na semper ruminans verba, & oculos semp cæ lestia videntes, & alia membra illius, ꝗuis dis⸗soluta, in eodem loco remansisse. Solum enim corpus domini nõ vidit corruptionẽ: aliorũ ve ro corpora sanctorũ ꝗuis in eterna gloria repa randa sint, tñ in hoc sæculo dissoluta sunt. Dũ hęc in Italia gerunť, orta est heresis apud Con stantinopolim: quam excitauerũt Georgi⁹ pa triarcha Constantinopolitanus, & Machari⁹, & Pyrrhus, & Petrus, & Paulus, separãtes in Christo deitatẽ & humanitatẽ. Propter quam causam Constantin⁹ imperator fecit congrega ri centũ qnquaginta episcopos: inter quos fue rũt duo legati sanctæ Romanæ ecclesiæ missi a papa Agathone, Iohãnes diacon⁹, & Iohan nes Portuensis ep̃s: factoq; concilio, damnaue rũt hæresim prædictam. Eadem vero hora tan tæ telę aranearũ in medio populi ceciderũt, vt omnes exinde mirarenť. Hoc aũt visæ sunt si⸗gnificare, vt heresis illa esset exterminanda. Pre⸗dictus aũt Georgi⁹ patriarcha ab episcopis ad monitus & correctus est: alij vero in sua perfi dia permanentes, ab omnib⁹ episcopis anathe⸗matizati sunt. Hæc est sexta synodus vniuersa lis, id est quã mundus vniuersus tenet. His ꝗꝗ; tpibus per octauã indictionẽ eclipsis lune ap⸗paruit: & secũdo die intrãtis Maij eclipsis solis facta est, hora diei decima: ac deinde mense Iu⸗lio, Augusto, & Septẽbre mortalitas magna fa cta est. Tunc visibiliter multis hoĩbus apparu erunt duo angeli, vnus bonus, & alter malus, ambulantes per vrbẽ tpe nocturno: & ille ma⸗lus tenebat venabulũ in manu, & p iussionẽ bo ni angeli de quacũq; domo ianuã pcutiebat: a⸗lia die oẽs hoĩes de eadem domo moriebanť.

¶Post hæc cuidam homini bono per visionē dictum est, ꝙ ipsa mortalitas non cessaret/ nisi in ecclesia sancti Petri quæ dicit̄ ad vincula/ dedicaret̄ altare in honore sancti Sebastiani martyris. Quo facto, mortalitas cessauit. Interea rex Chunibertus cum quodam fidelissimo suo consiliatus est, quomodo Aldonē & Grausonem occideret. Cumq; de hac re inter se loquerentur stantes ꝓpe fenestram quandam, subito in fenestra illa musca cōsedit. Quā Chunibertus occidere volens, cū cultello quod in manu tenebat, pedem illius tm̄ abscidebat. Cūq; Aldo & Grauso ad palatiū regis tenderēt, & iam appropinquarent, obuiauit eis vnus homo pede truncato, & dixit eis ꝙ Chunibertus rex vellet eos occidere. Hoc illi audiētes, fugerunt in ecclesiā sancti Romani martyris, & absconderunt se post altare ipsius ecclesiæ. Cūq; hoc regi nunciatū fuisset, statim vocauit ad se illum fidelissimum suum cui hoc soli crediderat, & dixit ei. Quare consiliū meum credidisti cuiquā homini. Ille cū tremore respōdit. Dn̄e mi rex, tu scis qa postq̄ mihi locutus es, nunq̄ de tuo conspectu foras exiui: quomodo hoc alicui homini dicere potui? Tunc rex mandauit ad Aldonem & Grausonē vt quid in ecclesiā fugissent. Qui responderūt. Quia audiuimus ꝙ rex nos occidere vellet. Iterū mandauit ad eos rex, interrogans quis eis hoc nunciaret: & dixit ꝙ gratiā suam nō haberent, nisi hoc sibi manifestarent. Tunc illi omnia quæ facta fuerant/ manifestauerunt dicentes: qa obuiauit nobis vnus homo pede trūcato vsq; ad geniculum, & ipse hoc nobis nunciauit. Tunc rex Chunibertꝰ intellexit ꝙ musca illa diabolꝰ fuisset, & ipse hoc eis nunciasset: statimq; vocauit eos ad se, & reddidit eis gratiā suam, & vsq; ad mortē habuit eos honoratos. Inter hæc Constantinus imperator mortuus est: & Iustinianus filius eius minor tenuit regnū per annos decē. Contra hunc Leo quidam venit, apprehēsumq; naso detruncauit: eijciēsq; de regno, ipse per annos tres regnauit: & illū in insulam quādam exiliauit. Iterum Tyberius hunc Leonē de regno expulit: ipseq; regnū tenuit, & illum in custodiā posuit. Post hæc Iustinianus regnū suum per adiutoriū Terebelli regis Bulgarū recepit: & Leonē atq; Tyberiū corā populo in medio circulo decollari fecit. ¶His diebus rex Anglisaxonū noīe Cedoaldus qui multas pugnas in sua patria cōmisit, ad Christum cōuersus est: & tendens Romā venit ad Chunibertū regem a quo cum magno honore susceptus iuit Romā: & a beato Sergio papa baptizatus, petrus noīatus est: & cū adhuc in albis esset, mortuus est: & in ecclesia sancti Petri sepultꝰ. Hoc etiā tempore fuit in regno Francorū vir nomine Arnoldꝰ deo amabilis: qui relicto sęculo, postea episcopus factus est. Chunibertus vero postq̄ regnauit annis. xij. solus post mortē patris mortuus est: regnūq; filio suo Lieperto adhuc paruulo dimisit: cui Asprandum virū sapientē nutritorem constituit. Post octo menses Reginbertꝰ dux Taurinēsiū venit cū exercitu cōtra Asprandum & Rothariū duces Pergamensiū, & pugnans cū eis, vicit eos & appræhendit regnū: sed eodem anno mortuus est. Cuius filius Aripertus iterū pugnauit aduersus Liepertū regā apud Ticinū, & Liepertū in pugna viuum appræhendit: Asprandus vero nutritor eius in insulam Cumacinā fugit. Dux aūt Rotharius cū redisset Pergamū, Haripertus cū magno exercitu obsedit & expugnauit ciuitatē: apprehensoq; Rothario, fecit radi caput eius & barbam: & exiliauit eū: vbi post aliquantū tempus mortuus est. Liepertū vero puerum misit in balneum, & clausit ianuam super ipsum: sicq; nimio calore mortuus est. Aripertus aūt cum securus iam regnaret, appræhendit Sigebrandum filiū Asprandi, & excæcauit eū: & omnes parentes eius per diuersa tormēta afflixit: Luiprandum aūt filium eiꝰ minorē tenuit in carcere. Et quia adhuc erat puerulus, personā eius despexit: & noluit ei facere aliquod malum: insuper dimisit eū ire ad patrem suū. Igitur Luiprandus venit ad patrem suū in Bauariā, quo ipse iā dudum fugerat eundem Aripertū, ad ducem Theodebertū: stetitq; cum eo per annos nouē. Quo cū venisset Luiprandus, cū gaudio magno est susceptus. ¶Hoc tempore apud Gallias in regno Francorum sub nomine maioris domus principabatur Ansgis filius Arnoldi supradicti: qui nomen trahere videt̄ ab Anchisa Troiano. Igitur postq̄ Asprandus per annos nouē mansit in Bauuaria mouit exi de Theodebertū Bauuariorū ducem, & cū exercitu venit in Italiā: pugnauitq; cū Ariperto: & mortui sunt multi de partibus vtrisq;. Sed q̄uis in ipsa pugna nox finem fecisset, certum est tn̄ ꝙ Bauuarij fugerūt & Aripertus cum victoria redijt ad castra. Qui cū noluisset manere in castris, sed iter in Ticinum, fecit desperationē populo suo, & aduersarijs dedit audaciam. Postq̄ vero ciuitatē intrauit, & sensit iratū sibi esse populū pro tali facto habuit consiliū vt fugeret in Franciam: & tulit de palatio aurū quantū voluit, & exiuit. Cūq; Ticinū fluuium oneratus auro transnatare voluisset, suffocatꝰ ab aqua mortuꝰ est. Alio die inuentū est corpus illius: & sepultū est in ecclesia dn̄i saluatoris. Post cuius mortē Asprandus

Longobardorū regnum tenuit, & solummo-
do tres menses regnauit: vir per omnia bonus,
& cuius sapientiæ pauci hoīes assimilari pos-
sunt. Videntes aūt Longobardi ꝙ Asprandus
morereť, fecerūt sibi regem filiū eius Luitpran
dum, patre adhuc viuente. Philippicus aūt Iu-
stinianū impatorem occidit: regnūq; eius per
annū & sex menses tenuit. Surrexit enim cōtra
eum Anastasius, qui & Arthemic⁹ dictus est,
& eiecit eū de regno: oculosq; eius erūpere fe-
cit. Anastasius aūt cum mitteret naues in Ale-
xandriā contra Sarracenos, diuertentes milites
Constantinopolim, exquisierūt Theodosium
orthodoxū virum, & inuitū per violentiā po-
suerunt in regnū. Exiens aūt idem Theodosi⁹
de Constantinopoli in Niceā, pugnauit cōtra
Anastasiū, & vicit eū, & tulit ab eo sacramen-
tum, & eū clericū fieri iussit, & postea presby-
terum ordinari fecit. Mortuo aūt Theodosio,
post annū vnū Leo fact⁹ est imperator. Apud
regnum Francorū in illo tempore Pipinus re-
gnauit: qui fuit nimiū audax, semperq; ab ho-
stibus victoriam habuit. Hic habuit filios, sed
ex eis Carolus optimus extitit: qui post eū re-
gnū accępit. ¶Circa hæc tpa cōpunctus diui
no amore Petronax de Brixia, venit Romā, &
ad exhortationē beati Gregorij tunc temporis
papæ venit in Cassinū castrum, cœpitq; ibi ha
bitare cū hominibus q tunc ibi residebant. Qui
deinde eundem venerabilem virū Petronacem
fecerūt sibi seniorē. Cœperūt aūt statim ad eū
concurrere multi viri nobiles: & adiuuāte diui
na gratia pro meritis beati patris Benedicti, re
parauit priora habitacula: viuensq; cū omnib⁹
sub iugo sanctæ regulæ scd'm ordinē beati Be
nedicti, sanctum illud monasteriū ad bonū p-
duxerat statū. Huic venerabili viro multa fecit
adiutoria dilect⁹ deo Zacharias papa, dans ei
libros sanctæ scripturæ, & alia quæ ad vtilita-
tem monasterij pertinent: insuper & regulam
quā beatus pater Benedictus manib⁹ suis scri
psit. Ab illo aūt tpe ex quo locus ille destruct⁹
est, vsq; ad iam dictum abbatē Petronacē com-
pleti fuerūt centū & decē anni. In Francia mor
tuo Pipino, filius eius Carolus q̄uis per mul-
tas pugnas tulit pricipatū de potestate Regin-
fridi. Inter hæc Luitprādus rex audiens ꝙ Sar
raceni deprædarenť Sardiniā, dedit magnum
preciū & misit in Sardiniā: fecitq; inde adduci
ossa sancti Augustini epī, & posuit illa hono
rifice in Ticino. Post hæc Carolus rex Franco
rum misit Pipinū filium suū ad Luitprandum
regem vt tonderet capillos eius, & faceret eum
sibi ex ide compatrē: quod ille fecit, puerumq;
cū donis multis ad patrē remisit. Igit Luitpran

dus rex multas ecclesias p loca diuersa constru
xit. Fecit enim monasteriū beati Petri apli foris
muros Ticinensis ciuitatis quod dicit ad cælū
aureū: & sursum in alpibus in propria sua villa
fecit monasteriū quod dicitur Barcetū. Itēq; in
Lonna villa ꝓpria monasteriū fecit in honore
sancti Anastasij martyris. Similiter fecit eccle-
siam dñi saluatoris ī palatio suo, & ordinauit ibi
sacerdotes & clericos qui quotidie diuina offi
cia celebrarēt ibi: quod nunq; alij reges añ ipm
habuerūt. Postq; vero regnauit p annos .xxxi.
& menses .vij. mortuus est: sepultusq; est in ec
clesia sancti Hadriani martyris, vbi & pater ei⁹
sepultus est. Fuit aūt sapiens & fortis, amator
pacis, oelpantibus misericors, castus, orationi-
bus & vigilijs deditus, in elemosynis largus: li
teras nō nouit, sed tñ sic sapiens fuit/ vt philo-
sophis assimilandus sit. ¶Hucusq; de Longo
bardorū gentis origine, eiusq; in Italiā ingres-
sione, regumq; eius successione strictim descri
psisse, impatorū quoq; Romanorū interim re-
gnātium nomina & tempora breuiter tetigisse
sufficiat: nunc ad cœptę seriei digestionē vnde
paululum digressi sumus, descriptio redeat.

IVstinus imperator Tyberiū comitem ex-
cubitorū sibi filiū faciens/ Cęsarē appella-
uit: & confessorē suum constituit. Erat impera
tor pedib⁹ ęger: & per hoc magis in lectulo ia
cuit. Post hæc infirmatus: sed post paululum a
languore dimissus, cōuocauit tā Euticiū pon-
tificē & senatum, q̄ omes sacerdotes & ciues:
& adducto Cęsare Tyberio, palam omnibus
appellauit eū impatorē, his sermonibus vsus.
Ecce deus benefecit tibi: hunc habitū deus tibi
dedit, nō ego. Honora illum, vt tu q̄q; hono-
reris ab illo: honora matrem tuā, quæ aliquan
do tibi dña fuit: nosti ꝙ primū fueris eius ser-
uus, nunc aūt filius. Ne gratuleris in sanguini
bus: nec cōmunices homicidio: ne malum pro
malo reddas: ne in malo inimicitiæ mihi simi-
lis efficiaris: nō eleuet te habitus hic quēadmo
dum me: sic attēde omibus sicut tibi: scito quis
fueris / ne superbias, & non peccabis. Omnes
isti filij tui sunt & serui: hos cū videas/ omnes
qui sunt reipublicæ vides. Hæc cū dixisset, &
facta oratione a patriarcha/ cū dixissent omnes
amen, cecidit Cæsar ad pedes imperatoris, &
dixit ei. Si vis sum, si vis nō sum. Et imperator
ait. Deus qui fecit cælum & terrā, ipse omnia
quæ dicere oblitus sum in cor tuū mittat. Hęc
cum loquereť imperator, replebat lacrimis to-
tum collegiū. Post hęc Iustinus anno .xi. regni
sui mortuus est, relicto Tyberio successore.
¶Primo aūt anno Iustini, qui est annus dñicę
incarnationis .dlxv. Armenij suscipiunt fidem.

ij iij Anno dñi.dlxvi.Anno dñi.dlxvij.Sophia Au
gusta accersitis notarijs, deferri iussit cautiones
debitorũ & breues & dimisit eis oĩa. Eodẽ an
no Narses patritius Totilam regẽ occidit: Go
iiij thosq; dispersit.Anno dñi.dlxviij.Longobar
v di Italiã petẽtes, de Pannonia egressi sunt. An
vi no dñi.dlxix.Anno dñi.dlxx.Lõgobardi Me
diolanũ intrauerunt. Sanctus Vedactus obijt.
vij Anno dñi.dlxxi.Gregori⁹ Turonẽsis eps cla
viij ix x ruit.Anno dñi.dlxxij. Anno dñi.dlxxiij. An
xi no dñi.dlxxiiij. Anno dñi.dlxxv. Iustinus im
perator obijt. Quidã scribunt q in hęresim Pe
lagianã inciderit: & ideo iusto dei iudicio sen
su perdito cũ amentia vitam finiuerit.

Anno dñicę incarnationis.dlxxvi. vrbis ve
ro conditæ mil'.cccxxvij. Tyberius Con
stantin⁹ genere Thrax.lv.loco ab Augusto im
periũ accipiens, coronatus est ab Euticio patri
archa: regnauitq; annis.vij. Qui mittens addu
xit vxorẽ suã Anastasiã, & coronauit eã. Quæ
cum coronaret/clamabant partes, Anastasia tu
vincas. Salua dñe quos iussisti imperare. Hoc
audiens Sophia vxor Iustini, aĩo perculsa est:
nesciebat.n.q haberet vxorẽ: volebatq; ipsa nu
bere Tyberio, & permanere Augusta. Quidã
vero dicebant, q viuente Iustino /adamicata fu
erit Tyberio: & ipsa persuaserit Iustino, vt eũ
cęsarẽ faceret. Qui cũ adhuc viuẽte Iustino pˀ
esset palatio, & cũ vt vere christianus thesaurũ
multũ quẽ Iustin⁹ male cõgregauit, peiusq; in
ferreis arcis reposuit paupib⁹ distribueret, So
phia augusta frequẽti⁹ eũ icrepauit dicẽs. Qđ
ego per multos annos cõgregaui, tu in modi
co tpis expendis. Cui ille ait. Confido in dño:
quia pecunia non deerit fisco regali: tm̃ paupe
res elemosynas accipiant, & captiui redimant.
Hic cũ impialem coronã accepturˀ esset, eũq;
iuxta cõsuetudinẽ in spectaculo circi vbi reges
coronari solebant populus expectaret, qdã ad
uersarij insidias ei parauerunt, & Iustinianum
nepotem Iustini in imperium sublimare volu
erunt. Ille aũt prius loca sancta perambulauit:
postea vocãs ad se pontificẽ vrbis Euticiũ cum
cõsulibus & præfectis, cęterisq; honoratis, pa
latiũ intrauit: & induens se purpura, coronãq;
sibi imponens, sedit sup sedem imperialem, &
cũ magnis laudibus in gloria regni est cõfirma
tus. Quod videntes eius aduersarij, magna cõ
fusione sunt cooperti. Iustinian⁹ vero post pau
cos dies veniens/ pˀiecit se ad pedes eius: & vt
gratiã eius haberet, qndecim centenaria dedit
ei. Ille aũt vt semper fuit patiens, suscæpit eum
bene: iussitq; eũ in palatio semper manere. So
phia quoq; immemor pmissionis quã aliquan
do fecerat Tyberio, tentauit ei fraudem ingere
re: exeunte.n. illo ad villam vt iuxta consuetu
dinẽ imperialem p.xxx. dies iocundaret cum
suis ad vindemiã, Sophia Iustinianũ clam vo
cauit, eũq; in regnum sublimare quęsiuit. Hoc
audiens Tyberius/ festinãter Constantinopo
lim redijt: appræhensamq; Sophiã omnibus su
is rebus eam spoliauit, dimittens ei tm̃ vnde vi
ueret: & tollens omnes pueros eius de suis fide
libus posuit qui ei seruirent: præcipiens vt nul
lus ex his qui ei antea seruiebant ad eã accede
ret. Iustinianum vero solis verbis corripiẽs, in
tantũ eum postea dilexit, vt filiam suã filio eius
pmitteret: rursumq; filio suo filiã eius expete
ret: sed nescio qua de re hoc ad effectum nõ pˀ
uenit. Hic itaq; quia multas elemosynas quoti
die fecit, multũ ei deus aurũ demõstrauit. Qua
dam itaq; die ambulans per palatiũ, vidit in pa
uimento petrã in qua sculptũ erat sanctæ cru
cis signũ. Et ait. Cruce dñi frontes & pectora
nostra signare debemus, & ecce sub pedib⁹ no
stris eam calcamus: & iussit eam auferri. Quæ
cum leuaret/inuenerunt aliam simili modo si
gnatam. Cumq; & hanc subleuari iussisset, ap
paruit tertia: hãc quoq; cũ leuassent, inuenerũt
plus q̃ mille cẽtenaria auri. Quo sublato, mul
tum pauperibus largitus est ex eo. Narses quoq;
patritius magnam domũ habuit: in qua cister
nam faciens, multũ aurum & argentũ in ea re
condit, occidens huius rei conscios, præter se
nem vnũ, a quo iuramẽto exigens omnia ei cõ
mendauit. Mortuo aũt Narsete, prædictus se
nex ad Tyberiũ venit, & de eadẽ pecunia ei in
dicauit. Qui gauisus misit pueros suos cũ eo:
qui aperientes cisternã, tantam pecuniã inuene
runt, vt per multos dies vix potuisset deportari
Quã more suo pene omnẽ pauperibus eroga
uit. Hic cũ tpibus Benedicti papę vastantibus
oĩa Longobardis Roma fame laboraret, mul
ta milia modiorũ frumẽti nauib⁹ ab Aegypto
dirigens, eam misericordiæ studio releuauit.
Tertio hui⁹ anno rex Persarũ congregauit ex
ercitũ copiosum cõtra eũ: sed missus ab eo ex
ercitus duce Mauritio, Persas vicit: reuersusq;
Mauriti⁹ cũ victoria, honorifice a Tyberio est
susceptus: dataq; sibi filia imperatoris Constan
tia, gener eius est effect⁹. Similiter & Germa
no prætori iunxit filiam suã Charito: vtrumq;
Cæsarẽ creans. Ad hunc Tyberiũ Helpericus
rex Francorũ missos suos direxit, & multa do
na accepit: & aureos tales quorũ vnus solidus
libram pensauit, & habebant ex vna parte figu
ram imperatoris, & per gyrũ scriptum Tybe
rij Constantini perpetui augusti: ex altera par
te currũ & hominem super eũ qui minabat illũ
& ibi erat circumscriptum gloria Romanorũ.

¶His tpibus beatus Gregorius tunc archidia
conus cū su. ſſeta Pelagio papa Conſtātinopo
lim miſſus, rogantibus fratribus ſecum cōmo
rantibus, maximeq̧ Leandro Hiſpalenſi epō,
qui etiam tunc tpis illuc miſſus fuerat, moralia
Iob ſcripſit: & Euticiū eiuſdem vrbis epm prę
ſente Tyberio Auguſto in fide reſurrectionis
errasse conuicit. Tyberius aūt cum regnaret an
nis. vij. & infirmatus mortē ſibi ꝓpinquā ſenti
ret, cū conſilio Sophię Auguſtę Mauritiū ge
nerum ſuū genere Cappadociū ad imperiū ele
git: eiq̧ principatū dedit/ dicēs. In mente habe
vt rectitudinē & iuſtitiā ſemp ames: hoc poſt
q̄ dixit, de hac luce migrauit. Quē omnes po
puli multū planxerūt ꝓ bonitate eius. Fuit. n.
ſummæ bonitatis, ad elemoſynas ꝓmptus, in
iudicijs iuſtus, in diſcretione cautiſſimus: nul
lum deſpiciebat, ſed omnes cū bonitate ſuſcipi
ebat: & quia dilexerat omnes, ab omnibus dile
ctus eſt. Cuius anno primo theſaurus magnꝰ
ſub pauimento palatij, & in domo Narſetis pa
tritij inuentus eſt, vt ſupra dictum eſt.

Anni Tyberij Conſtantini.

i ANno dñi. dlxxvij. Benedictus papa. lxiiij
ſedit annis. iiij. Ab hoc Gregorius ad prę
ii dicādum Anglis miſſus eſt. Anno dñi. dlxxviij
Sigibertus filius Lotharij interfectus eſt anno
iii iiii regni ſui. xiiij. Anno dñi. dlxxix. Anno dñi. d
v lxxx. Anno dñi. dlxxxi. Pelagius papa. lxv. ſe
vi dit annis. x. mēſes. ij. Anno dñi. dlxxxij. Tybe
rius Conſtātinꝰ obijt.

Anni Mauritij.

ANno dñicæ incarnationis. dlxxxiij. ab vr
be cōdita miľ. cccxxxiij. Mauritius gene
re Cappadocius. lvi. loco ab Auguſto primus
ex genere Gręcorū adeptus eſt imperiū: regna
uitq̧ annis. xxi. Hic ſecundo imperij ſui anno
cōſul appellatus eſt: & multos theſauros vrbi
donauit. Prouexit aūt Philippicū quendam p̄
torē orientis: cui & filiā ſuam Gordiam vxorē
dedit: quem tñ poſtea quaſi regni vſurpatorē
ſuſpicioſum habuit. Huius tpibꝰ ipſo annitēte
beatus Gregorius ad gradum Romani ponti
ficatus ꝓuectus eſt: cuius filiū idem Gregoriꝰ
antea de baptiſmate ſuſcæpit: poſtea tamen idē
Mauritius Gregorio papæ infeſtiſſimus erat.
Magnæ quippe auaritiæ & rapacitati deditus
erat: ꝓ qua re Gregoriꝰ quantū potuit/ eū cor
ripiebat. Et qa imperatorē non verebať, ad ex
ercendam in eū tyrānidem ꝓdire nitebať. Sed
eodem anno, qui fuit imperij ſui. xix. vir qdā
monachico indutꝰ habitu, ſpatā dextera tenēs
a foro vſq̧ ad æneam gladiatoris ſtatuā diſcur
rit, & imperatorē gladio moriturū oibus pro
nunciauit. Quod Mauritiꝰ vt audiuit, a tyran
nide Gregorio inferenda ſemet cōtinuit: & re
uerſus in ſe, cogitauit ꝙ dñs reddit hominibus
ſcd'm opera eorū: recognoſcens etiā exceſſum
quē in captiuatione multorū fecerat. Multa. n.
bella in diuerſis mūdi partibus per diuerſos du
ces ſuos exercuerat: expedire ſibi iudicauit in
hac vita recipere ꝓ peccato, & nō in futura: cō
poſitaſq̧ ſcripto preces eidem Gregorio, & ad
omnes patriarchales ſedes, & ad omnes ciuita
tes & monaſteria ciuitatū ſiue ſolitudinū cum
cereis & thymiamatibꝰ & pecunijs tranſmiſit:
& vt ꝓ peccatis ſuis intercederēt/ ſupplicauit:
hoc potiſſimū deprecans, vt hic/ & nō in futu
ro quę meruit reciperet. Cumq̧ hoc & ipſe vę
hementius per tpa multa lacrimis poſtularet,
quadā nocte dormiens vidit in viſu apud ęneā
palatij portā ſe coram populo multo imagini
dñi ſaluatoris aſſiſtere: & vocē terribilem ex ea
dē imagine ſe audire/ dicentē. Date Mauritiū.
Et tenentes eum iudiciorū miniſtri, poſuerunt
eum apud purpureū vmbilicū q illic erat. Cui
eadem vox characteris ait. Vbi vis reddam tibi
mala quæ feciſti? Hic an in futuro ſęculo? At
ille reſpōdit. Amator hoīm dñe & iudex iuſte
hic mihi potiꝰ q̄ in futuro retribue. Et iuſſit di
uina vox tradi Mauritiū & Conſtantiā vxorē
eius, & filios, & omnem cognationem ipſius,
Focæ militi. Euigilans ergo Mauritius, voca
uit eum qui ante ſe dormiebat, miſitq̧ & voca
uit ad ſe Philippicū generum ſuū, quem dudū
ſuſpicabať velle ſibi regnū ſubripere. At ille ꝓ
ſuſpicione p̄dicta ſe ꝑdendum cōijciens, aduo
catę ad ſe Gordiæ vxori ſuæ tanq̧ vltra ſe non
viſuræ valedixit: ſacramentoq̧ cōionis accepto
ad palatiū venit: & cubiculum imperatoris in
grediens, ad pedes eius ꝓcidit. Cui aſſurgens
imperator, ad pedes eius nihilominus corruit
dicens. Ignoſce mihi deprecor ꝓpter deū, quia
peccaui in te: nunc. n. certiſſiſſime noui ꝙ nihil
peccaueris in me. Si quē vero ſcias in agminibꝰ
noſtris qui ſoleat Focas nominari, dicito mihi
Et Philippicus diu ſecū recogitans/ dixit. Vnū
ſic vocatū ſcio qui nuper ab exercitu ꝓcurator
poſitus, tuo contradicebat imperio. Cum autē
imperator quæreret de eius qualitate/ Philippi
cus ait. Eſt quidem iuuenis & temerarius, atta
men timidus. Tūc Mauritiꝰ ait. Si eſt timidus
ꝑfecto & homicida. Et narrauit Philippico ſo
mniū quod vidit. Porro nocte illa viſa eſt ſtella
quę diciť cometa. In craſtinū vero venit magi
ſtrianꝰ quē miſit ad heremitas ferens ab eis hu
iuſmodi reſponſum. Deus recepta pœnitentia
tua ſaluabit animā tuā: & cū tota domo tua in
numero ſanctorū te conſtituet: ab imperio ve
ro cū ignominia & diſcrimine diſcedes. His au
ditis, Mauritius glorificauit deū magnifice, &

pœnitentiã qdē tenuit:sed auaritiæ malũ adeo
nõ reliquit, vt exercitũ in periculosis locis hie-
mare, & victum ab extraneis iuberet cũ pericu
lo quærere:ne videlicet alimenta publica debe
ret eis ministrare. Quod audiens exercitus, in
seditionem conuertit: exaltatũq́ʒ sup clipeũ Fo
cam centurionē adclamauit exarchũ. Commo
to aũt graui tumultu Cõstãtinopoli, Mauri-
tius mutata veste cũ vxore & filijs noctu Dro
monē conscendit: & fugiēs apud sanctum An
toniũ venit. At Focas cũ exercitu in septimũ ve
niens, imperator efficit:a quo Mauritius cum
vxore ac filijs penes Calcedonē missus decolla
tur. Verũ Mauritius patienter infœlicitatē sus
tinuit: deũ in oibus inuocans, & crebro ꝓnun
cians. Iustus es dñe, & rectum iudiciũ tuum.
Aiunt aũt qdam q̃ eo occiso lac cum sanguine
fluxerit, ita vt omnes inspicientes dire lamenta
rent. Sic ergo imperator etiam naturæ legibus
celsior factus, vitam cõmutauit. Porro ex illo
tpe non defuerunt Romano imperio variæ ac
ij iij ingentes ærũnæ. Anno dñi. dlxxxiiij. Anno do
iiij mini. dlxxxv. Anno dñi. dlxxxvi. Leuigildus
rex Vuisigotharũ Arrianus, Herminigildũ fi-
lium suũ ob fidem catholicã quã ab Alexãdro
epõ percępit, in sancta dñica paschæ securi se-
cit occidi. Hilperic⁹ filius Lotharij vn⁹ ex qua
v tuor obijt, anno. xxiiij. regni sui. Anno dñi. d-
vi lxxxvij. Anno dñi. dlxxxviij. Lotharius Hilpe
vij viij rici fili⁹ regnare cœpit. Anno dñi. dlxxxix. An
ix no dñi. dxc. Anno dñi. dxci. Gregorius prim⁹
papa. lxvi. ordinat: sedensq́ʒ annis. xiij. menses
vi. diebus. x, migrauit. iiij. Idus Mart. anno. ij.
x xi Focæ imperatoris. Anno dñi. dxcij. Anno dñi
xij xiij dxciij. Anno dñi. dxciiij. Anno dñi. dxcv. Gre
gorius pontifex synodum epõꝝ. xxiiij. cõgre
gans apud sanctum Petrũ de necessarijs eccle-
xiiij siæ decernit. Indictio. xiij. Anno dñi. dxcvi.
Gregori⁹ misit Augustinũ prædicare Anglis.
xv Anno dñi. dxcvij. Guntrãmus rex fili⁹ Lotha
rij obijt anno regni. xxxiij. habens filios duos,
xvi Theodebertũ & Theodericũ. Anno domini.
xvij dxcviij. Anno dñi. dxcix. Hildibertus filius Si
xviij giberti cũ regnaret annis. xx. obijt. Anno dñi.
dc. Sanctus Goar veniens ex Aquitania, claret
xix xx in Gallia. Anno dñi. dci. Anno domini. dcij.
xxi Anno dñi. dciij. Gregorius missis doctoribus
Augustino, Mellito, Iohanne, alijsq́ʒ pluribus
Anglos ad Christũ conuertit. Tunica dñi sup
quã milites miserũt sortem, in Zaphath ꝓcul
ab Hierusalem in arca marmorea reperit: quã
Gregori⁹ Antiochenus eps, & Thomas Hie
rosolymitanus, & Iohãnes Constantinopoli-
tanus, cũ alijs multis epis, facto triduano ieiu-
nio, ordine pedestri Hierosolymã in ipsa arca
perducentes, in ecclesia vbi crux domini adora
tur posuerũt. Mauriti⁹ pœnas scelerũ suorũ vt
ipse orauit in hac vita persoluēs, a Foca turpi-
ter decollat.

Anni Focæ.

ANno dñicæ incarnationis. dciiij. vrbis au
tem conditæ mil. ccclv. Focas qdam Pri-
sci vt aiũt patritij quondam strator, post ad mi
litiam ꝓuectus, deinde a populo ꝓcurator fa-
ctus, ad vltimũ vero viuente adhuc Mauritio
imperatore ab exercitu ad imperiũ electus. lvij
loco ab Augusto imperiũ inuasit, & octo an-
nis regnauit: habens vxorem Leontiã nomine.
Huius anno secundo beatus papa Gregorius
migrauit ad dominũ: & Sabinianus pro eo eli
gitur ad pontificatũ: post quē Bonifacius. Cu
ius rogatu Focas constituit sedem Romanę &
apostolicę ecclesię caput esse omniũ ecclesiarũ:
nam antea Constãtinopolitana ecclesia se scri-
bebat primam omniũ. Post quē alius Bonifaci
us qui fuit a beato Gregorio quartus. Cui⁹ itē
rogatu idem Focas iussit in veteri Fano quod
Pantheon vocabat ablatis idolatriæ sordib⁹ ec
clesiã beatæ semper virginis Mariæ, & omniũ
martyrũ fieri: vt vbi quondam omniũ non deo
rum/sed dæmonũ cultus agebat, ibi deinceps
omniũ sanctorũ memoria coleret. Huius tpe
Cosdre rex Persarũ aduersus publicã rem bella
grauissima gerens, multas Romanorũ ꝓuinci
as, & ipsam Hierosolymã abstulit: etiã vexil-
lum dñicæ crucis abduxit. Focas autē cum ho-
micidia, cæteraq́ʒ mala multa fecisset in popu-
lo, Priscus patritius gener ipsius dolens ꝑ his,
scripsit Heraclio patritio & prætori Africę, vt
filiũ suum Heracliũ mitteret, quatenus contra
Focam tyrannũ veniret. Qui veniens cũ exerci
tu/pugnauit cũ eo, & vicit eum: vulgus aũt ap
præhensum interfecit, & in igne apud Taurũ
cremauit. Anno dñi. dcv. Sanctus Gregorius [illegible]
papa migrauit ad dñm. Anno dñi. dcvi. Sabini iij
anus papa. lxvij. sedit annũ vnũ mēses. v. An- iiij
no dñi. dcvij. Bonifacius papa. lxviij. sedit an-
num vnũ, menses. viij. Quo regnãte, Focas fe
cit Romã matrem ecclesiarũ. Anno dñi. dcviij v
Anno dñi. dcix. Bonifacius papa. lxix. sedit an vi
nis. vi. menses. vij. Cui⁹ rogatu Focas Panthe
on dedit ecclesiæ. Anno dñi. dcx. Anno dñi. vij viij
dcxi. Focas occidit.

Anni Heraclij.

ANno dñicæ incarnationis. dcxij. vrbis aũt
conditæ mil. ccclxiij. Heraclius. lviij. lo-
co ab Augusto accępit imperiũ occiso Foca: re
gnauit q́ʒ annis. xxvij. Hic coronatus est a Ser-
gio patriarcha in oratorio sancti Stephani, qđ
est in palatio cũ desponsata sibi Eudoxia, simul
q́ʒ acceperũt nuptiarũ coronas: & vna eadēq́ʒ
die Heraclius imperator & sponsus ostendit.

Sequenti anno nascit imperatori filius de Eudoxia Heraclius minor, qui & Constātinus nouus dictus est: & mortua est Augusta eodē anno. Deinde anno sequenti duxit Heraclius inceste Martinā neptem suā sororis suę filiā: quę coronata est in Augustam a Sergio patriarcha hęretico. De qua suscepit filiā Heroclonā. Anno imperij sui octauo Heraclius misit in Persidem legatos ad Cosdroen postulās pacē. Qui spreuit eos dicēs. Non parcam vobis donec crucifixū deum quē esse fatemini abnegetis, & solem adoretis. Sequēti anno Chaianus rex Aurarum direxit aciē contra Thracen: sed missis ab Heraclio legatis, fecit cū eo pacem. Duodecimo aūt imperij sui anno contracta omī militia sua, mouit exercitū i Persidem: multaq; prelia cum diuersis ducibus cōmittens, per sex annos Persidē deuastauit & vicit: occisoq; Cosdroe, septimo anno Constātinopolim, ablato a Perside viuifico crucis ligno rediit: moxq; sequēti vernali tpe Hierosolymā tetēdit: preciosum illuc lignū reportās, ad gratiarū deo actiones referendas. Huius tpibus Anastasi⁹ Persa monachus nobile pro Christo martyriū passus est. Hic nat⁹ i Perside, magicas a patre puer didicit artes. Sed vbi a captiuis christianis christi nomē acceperat, in eū mox animo toto cōuersus, relicta Perside, Calcedoniam Hierapolimq; Christum quærens, ac deinde Hierosolymā petiit. Vbi accepta baptismatis gratia, quarto ab eadē vrbe miliario monasteriū abbatis Anastasij intrauit. Ibi septē annis regulariter viuens, dum Cæsareā Palestinę orationis gratia venisset, captus a Persis: & multa diu verbera passus, iter carceres & vincula iudice Mazobana tandem mittit ad regē Cosdroe: a quo tertio per interualla tpis verberat⁹, ad extremū vna manu per tres horas suspēsus, sicq; decollat⁹, nobilem martyrium cū aliis .lxx. peregit. Mox tunica eius indutus qdā dæmoniacus curatus est. Interea superueniens cū exercitu Heraclius princeps, superatis Persis, christianos qui erant captiuati reduxit gaudentes. Reliquiæ aūt beati Anastasij martyris primū monasterio suo, deinde Romam aduectæ, venerantur in monasterio beati Pauli apłi: quod dicit ad aquas Saluias. Anno imperij Heraclij .xv. Arabum qui & Sarraceni dicuntur, Muhammad princeps habebat. Hic erat pseudo ꝓpheta: sed apud illos magn⁹ æstimabatur, ita vt etiam in principio aduētus eius æstimarent hunc esse illum qui ab eis expectat Christus. Erat aūt oriundus ex stirpe Ismahelis filij Abrahę. Cum aūt inops & orphanus esset, idem Muhammad, visum est sibi ad quandam mulierē locupletem & cognatā suam nomine Cadigam introire, mercenarius ad negociandum cū camelis eius apud Aegyptū & Palestinam, sicut in illis locis mos erat. Paulatim aūt fiducia penes ipsam mulierē percepta quæ vidua erat, accæpit eam vxorē, & habuit camelos illius, omnemq; substantiā. Cumq; veniret in Palestinā, conuersabat cū Iudæis & christianis: capiebatq; quasdam scripturas ab eis. Porro habebat passionē epilepsiæ, id est morbum caducū. Quo cōperto, vxor eius valde contristabat, vtpote nobilis q̄ se huiusmodi viro copularet, egeno scilicet & epiletico. Procurabat vero ille placare ipsam, taliter dicēs. Visionem quandam angeli Gabrielis contēplor: & haud ferens huius aspectum, mente deficio & cado. Ipsa vero cū haberet alterū quendam talem amicum suū, ꝓpter infidelitatē suam ibi exulantē, indicauit ei omnia verba viri sui, & nomen angeli. At ille volēs eam reddere certam, dixit ei. Veritatē locutus est iste: & em̄ angelus mittit ad omnes ꝓphetas. Ipsa ergo prima susceptis verbis eius, credidit ei: & prædicauit aliis mulieribus cōtribulibus suis ꝓphetā eum esse: & taliter ex fœminis fama venit ad viros. Primo ad Hebuber, quem & successorē dimisit: & tenuit partē heresis eius & hæredis. Docuit aūt auditores suos, q̄ qui occidit inimicū, vel occidit ab inimico, paradisum ingredit: paradisum vero carnalis cibi ac potus & cōmixtionis mulierum phibebat. Capacem fluuiū quoq; vini & mellis & lactis ibi esse, & affluentē voluptatē: multaq; alia luxuria & stultitia plena quæ stultis videbant delectabilia, ideoq; credibilia. Heraclius a Sergio patriarcha, & ab Anastasio & quibusdam aliisq; hereticis circūuent⁹, in Euthicianā incidit heresim: & mathematic⁹ factus & astrologus, vidit imperiū suum a circūcisis gentib⁹ esse vastādum: mittensq; ad Dagobertū regem Francorū, omnes regni eius Iudęos baptizari petiit, & impetrauit: ipseq; per omnes imperij sui fines & ꝓuincias idē fieri decreuit. Post hæc Agareni & Sarraceni gens circūcisa ꝓuincias Heraclij vastant. Contra quos dum Heraclius dimicat .cl. mil. militū eius Sarraceni interficiūt & spolia eorū Heraclio remittūt. Quæ ille percipere nolens, sed vindictam ab eis quærens, portas Caspias quas Alexander Magnus Macedo super mare Caspiū fecit: & ꝓpter multitudinem sęuissimarū gentium ferari iussit, aperuit: indeq; .cl. mil. auro armata cū omnibus vniuersarū ꝓuinciarū militibus cōtra Sarracenos in prælium misit. Cumq; in crastinū essent præliaturi, ipsa nocte .lij. milia de exercitu Heraclij in castris percussit angelus dei: reliqui cū regredictes appropinquassent Hierosolymā, vidēs

Heraclius se nequaꝗ̄ resistere posse, mœrore
correpꝰ est: factusq̄ hydropicus mortuus est.
ij iij Anno dñi.dcxiij. Anno dñi.dcxiiij. Sāctꝰ Co
lumbanus a Theoderico rege instinctu Bruni
iiij hil'. auiæ expellit̄. Anno dñi.dcxv. Anastasius
v Persa monachꝰ factꝰ est. Anno dñi.dcxvi. De
vi usdedit papa.lxx. sedit annis.vij. Anno dñi.dc
vij xvij. Anno dñi.dcxviij. Eduinus rex efficit̄ An
viij ix x glorū. Anno dñi.dcxix. Anno dñi.dcxx. An
xi no dñi.dcxxi. Anno dñi.dcxxij. Anastasiꝰ pas
xij sus est. Anno dñi.dcxxiij. Bonifaciꝰ papa.lxxi.
xiij xiiij sedit annis.v. Anno dñi.dcxxiiij. Anno dñi.dc
xv xvi xxv. Anno dñi.dcxxvi. Anno dñi.dcxxvij. Isi
xvij dorus Hispalensis doctrina claret. Anno dñi.
dcxxviij. Honorius papa.lxxij. sedit annis.x.
menses.xi.dies.xiiij. Eduinus rex Anglorū ba
ptizat̄ a Paulino epō, anno regni sui.xi. aduē
xviij tus aūt Anglorū in Britāniā.clxxx. Anno dñi
dcxxix. Heracliꝰ interfecto Chosdre rege Per
sarū, crucem dñicam quā ille abstulit, Constan
tinopolim reuexit: annoq̄ sequēti Hierosoly
xix mam cū debita veneratione reduxit. Anno dñi
dcxxx. Sanctus Gallus cellam suā construxit.
xx Anno dñi.dcxxxi. Lotharius Hilperici filiꝰ an
no regni sui.xliiij. morit̄: relinquēs successorē
xxi xxij filiū suum Dagobertū. Anno dñi.dcxxxij. An
xxiij no dñi.dcxxxiij. Anno dñi.dcxxxiiij. Anno do
xxiiij
xxv xxvi mini.dcxxxv. Anno dñi.dcxxxvi. Anno dñi.
xxvij dcxxxvij. Anno dñi.dcxxxviij. Heraclius hy
dropicus factus morit̄. Seuerinus papa.lxxiij.
sedit annum vnū, menses duos.

Tempus Constantini.

i ANno dñicæ ī carnatiōis.dcxxxix. ab vrbe
aūt condita.mil'.cccxc. Constātinꝰ filius
Heraclij & Eudoxię.lix. loco ab Augusto sus
cepit īperiū. Qui cū regnaret mēsibꝰ.iiij. a no
uerca sua Martina & Pyrrho patriarcha vene
no potionat̄: illoq̄ extincto, ipsa cū filio suo
Heraclona dñat̄. Vn̄ oīs senatꝰ Constātinopo
litanus cū oī populo indignatiōe iusta cōmo
tus, Heraclonā repulit: linguaq̄ Martinæ, &
naso Heraclone absciso, eisq̄ in exiliū destina
tis, Constantē filium Constātini nepotē Hera
clij ꝓtehūt. Cyrꝰ Alexādrinꝰ epS, & Pyrrhꝰ
Constātinopolitanus, & alij multi heresim in
staurant: sed senatus & tota ciuitas Pyrrhū vt
impiū cū Heraclona ac matre sua expulerūt: &
regnāte Constāte, Paulꝰ consecrat̄ epS, & ipse
hæreticꝰ. Iohānes aūt p̄sul Romanꝰ, collecto
epoꝝ concilio, oēs hūiꝰ heresis fautores ana
thematizauit. Quo defuncto, Theodorꝰ pro
eo papa consecrat̄. Pyrrhꝰ vero tendēs in Afri
cā, Maximi religiosissimi illo tpe abbatis, san
ctorūq̄ pontificū illic cōsistentiū p̄sentat̄ aspe
ctibꝰ. Qui hūc redargutū ac ꝑsuasum ad papā
Theodorū romā miserūt. Sed ille ficta vt post
apparuit pœnitētia, ortodoxię libello papę tra
dito, ab eo receptꝰ est. Mox aūt vt a Roma de
scendit, Rauennāq̄ ꝑtenit, quasi canis ad vo
mitū suū redijt. Quo cōperto, papa cōuocatis
cunctis sacerdotibus & clero, in ecclesia princi
pis apostolorū condēnauit eū sub vinculo ana
thematis. Iohannes papa.lxxiiij. sedit annos.ij. Anni Heraclonæ
menses.ix.dies.xviij. Anno dñi.dcxl. Heraclo i
nas filius Heraclij, occiso ꝑ venenū fratre suo
Cōstātino, regnū iuasit: & cū matre sua Mar ij
tina regnauit annos.ij. Anno dñi.dcxli. Hera
clonas turpiter deijcit̄ cū mr̄e. Anni Cōstātis.

ANno dñicæ incarnationis.dcxlij. ab vrbe
condita mil'.cccxciij. Constās filius Con i
stantini nepos Heraclij.lx. loco ab Augusto in
regnū eligit̄, deiecto Heraclona cū matre sua:
& regnauit annis.xxviij. Hoc regnāte vt supra
dictum est, in loco Pyrrhi heretici consecratur
Paulus epS, & ipse hereticus: q̄ non tm̄ doctri
na vesana sicut decessores sui, sed etiā aperta ꝑ
secutione catholicos cruciat: apocrisarios san
ctę ecclesię Romanę, qui ad eius correctionē
missi fuerāt, partim carceribus/ partim exilijs,
ꝑtim verberibꝰ afficiēs. Altare q̄q̄ eorū in do
mo Placidię consecratū in venerabili oraculo/
destruxit: ꝓhibēs eos ibidem missas celebrare.
Vn̄ Martinꝰ papa q̄ Theodoro successit, incē
sus a Maximo abbate supradicto ab Africa Ro
mā veniēte, collecta synodo centū &.x. epoꝝ
Sergiū, & Pyrrhū, ac Paulū, & Cyrū, anathe
mate dānauit. Quibꝰ agnitis, Constās q̄ sedu
ctus erat a Paulo, sicut & auus eius Heracliꝰ a
Sergio eiusdē regię ciuitatis epō, misso Theo
doro exarcho, Martinū papā & Maximū Cō
stantinopolim fecit adduci, iniurijsq̄ affectos
Chersonā fecit exiliari: vbi beatꝰ Martinus pa
pa defunctus, multis virtutum signis refulget.
Constās vero ꝯmotꝰ zelo dei, synodo sacra &
ipse cōuocata sub Vitaliano papa nuꝑ ordina
to, heresim abdicauit: misitq̄ beato Petro ap'lo
euāgelia aurata: gēmis albis mirę magnitudi
nis in circuitu ornata. Ipse post aliq̄t annos Ro
mam veniens, obtulit super altare sancti Petri
palliū auro textile, toto exercitu cū cereis eccle
siā intrante. Voluit aūt & regnū transferre Ro
mā: q̄a odiosus factꝰ est Bizantijs, eo q̄ Mar
tinū papā ignominiose tractās exiliauit: & ma
ximi sapiētissimi viri manū linguāq̄ truncauit
duosq̄ Anastasios discipulos eius tormētis &
exilijs tradidit, & multos ortodoxorū verberi
bus & ꝓscriptionibꝰ & exilijs damnauit. Pro
pter talia cunctis odiosus effectꝰ, sex annos fe
cit in Sicilia. Ibi cū q̄dā die balneū fuisset īgres
sus, ītroiuit cū eo q̄dā Andreas obsecūdans il
li. Et cum cœpisset sapone gallico deliniri, su
mēs Andreas situlā, dedit eā in verticē impera

toris, & statim fugit. Imperator vero cũ tarda-
ret in balneo, insiliũt hi q foris erãt: & reperiũt
an. Mezentiũ cũ occisum. Quo sepulto, Mitiũ quendã Ar-
meniũ fecerũt imperatorẽ, vi cogẽtes eũ. Erat
aũt valde decorus & speciosus. Filius autẽ eius
Constãtinus audiens de patris obitu, cũ multo
nauigio Siciliã intrauit: & aggressus Mitiũ, in
terfecit eũ cũ occisoribus patris sui: ordinatisq;
Hesperijs, Constãtinopolim redijt: & Roma
nis cũ Tyberio & Heraclio fratribꝰ impauit.
ij Theodorus papa. lxxiiij. sedit annis. vij. Anno
iij dñi. dcxliij. Osuualdꝰ rex interficit. Anno dñi
iiij dcxliiij. Anno dñi. dcxlv. Dagobertus rex filiũ
suum Sigibertũ regnaturũ in Austrasia misit
v Pipinno & sancto Chumberto. Anno dñi. dc
vi xlvi. Anno dñi. dcxlvij. Pipinnus morit. Gri-
moaldus filius eius ꝓ eo maior domus effici-
vij tur. Anno dñi. dcxlviij. Sanctus Furseꝰ in Hi-
viij bernia claruit. Anno dñi. dcxlix. Martinꝰ papa
lxxv. sedit ãnis. x. Hic collectis. c. & . x. epis cõ
dẽnauit Cyrũ, Sergium, Pyrrhũ, & Paulum.
Pro qua re Constãte impatore ab eis seducto,
ix exiliatus est in Chersonã. Anno dñi. dcl. Hitta
Pipinni relicta instinctu. S. Amandi monaste-
x xi rium Niualis fundauit. Anno dñi. dcli. Anno
dñi. dclij. Cinis de cęlo descendit: & timor ma
xij xiij gnus factꝰ est in populo. Anno dñi. dcliij. An
xiiij xv no dñi. dcliiij. Anno dñi. dclv. Anno dñi. dclvi
xvi xvij Anno domini. dclvij. Anno domini. dclviij.
Martinus papa apud Chersonã migrauit. iiij.
xviij Idus Nouẽb. Anno dñi. dclix. Eugenius papa
xix lxxvi. sedit annos. ij. mẽses. ix. Anno dñi. dclx.
xx xxi Anno dñi. dclxi. Anno dñi. dclxij. Vitalianus
xxij papa. lxxvij. sedit annis. ix. meses. vi. Anno dñi
xxiij dclxiij. Anno dñi. dclxiiij. Anno dñi. dclxv.
xxiiij Dagobertus filius Lotharij cũ regnasset annis
xxv xxxiiij. sancta Gertrudis obijt. Anno dñi. dclx
xxvi vi. Sigibertus regnauit in Austrasia. Anno dñi
xxvij dclxvij. Anno dñi. dclxviij. Anno dñi. dclxix.
xxviij Constans in balneo occisus est.

Anni Constantini.

Anno dñicę incarnationis. dclxx. vrbis cõditæ mil. cccccxxi. Constãtinus filiꝰ Constantis. lxi. loco ab Augusto regnauit cũ fratribus suis Heraclio & Tyberio: sed cum venirẽt aliqui orientaliũ partiũ, & dicerẽt, si in trinitatẽ credimus, tres etiã coronemus: turbatus est Constãtinus, q solus erat coronatꝰ: & ꝑ Theodorũ patritium cõuocans maiores natu ex eis quasi in colloquiũ & consiliũ: vt fieret voluntas eorũ, in patibulum eos suspendit: quod videntes ceteri, fugerũt: ipse vero regnauit cũ filio suo Tyberio annis. xvij. Huius tpibꝰ Agatho pontifex Romanę ecclesiæ legatos suos ꝓ admonitione sanctarũ dei ecclesiarũ in vrbẽ regiã misit: in qbꝰ erat Iohãnes Romanę ecclesiæ tũc archidiaconꝰ, sed nõ longe post eps. Qui benignissime suscepti a reuerẽtissimo catholicę fidei defensore Constantino, iussi sunt remissis disputationibꝰ philosophicis pacifico colloquio de fide vera perquirere: datis eis de bibliotheca Cõstãtinopolitana cunctis antiquorũ patrũ libris qs petebãt, collecta vniuersali synodo. cl. epoꝝ: siue vt qdã libri habẽt. cclxxxix. ꝑsidẽte Georgio patriarcha Constantinopolitano, & Machario Antiocheno, q renouabãt hæresim eorũ q vnã voluntatẽ, & vnã opationẽ astruebant in christo: cõuictiq; sunt falsasse sanctorũ patrũ dicta ꝑplurima. Finito aũt cõflictu, Georgius patriarcha correctꝰ est: Machariꝰ vero cũ suis seqcibꝰ simul & ꝑdecessoribꝰ, Sergio Cyro, Honorio, Pyrrho, Paulo, Petro anathematizatꝰ est: & in locũ eiꝰ Theophaniꝰ abbas de Sicilia factꝰ est eps Antiochiæ: tantaq; gra legatos catholicę pacis comitata est, vt Iohãnes Portuẽsis eps, q erat vnꝰ ex ipsis ĩ dñica octauarũ paschę missas publicas in ecclesia sanctæ Sophię corã principe ac patriarcha latine celebraret. Hęc est sexta synodꝰ vniuersalis Cõstãtinopoli celebrata: & gręco sermone cõscripta tpibꝰ Agathonis papę exequẽte ac ꝑsidẽte pijssimo pricipe Cõstãtino ĩtra palatiũ suũ: simul q; legatis aplicę sedis & epis. cl. siue. cclxxxix. residentibꝰ. Prima. n. vniuersalis synodꝰ in Nicea congregata est cõtra Arriũ. cccxviij. patrũ sub Cõstãtino principe, tpibꝰ Siluestri papæ. Secũda ĩ Cõstãtinopoli. cl. patrũ cõtra Macedoniũ, & Eudoxiũ tpibꝰ Damasi papę & Gratiani principis qñ Nectariꝰ eidẽ vrbi ordinatꝰ est eps. Tertia ĩ Epheso. cc. patrũ cõtra Nestoriũ Augustę vrbis epm, sub Theodosio Magno principe, & Sixto papa. Quarta in Calcedone patrũ. dcxxx. sub Leone papa, tpibꝰ Martiani principis, cõtra Euthicen nefandissimũ ꝑsulẽ Manichęorũ. Quinta itẽ ĩ Cõstãtinopoli tpibꝰ Vigilij papę, sub Iustinião pricipe, cõtra Theodorũ & oẽs hęreticos. Sexta hæc de q̃ in ꝑsenti diximꝰ. Hoc tpe regnũ Longobardorũ tenuit Chumbertꝰ: Francorũ vero Clodoueꝰ. His etiã tpibꝰ fuit in Gallia hõ ꝑpotẽs & deo dilectꝰ noĩe Arnoldꝰ: q renũciãs sęculo, postea factꝰ est Metensiũ eps: cuiꝰ filiꝰ Angisus q de noĩe Anchisę Troiani credit appellatꝰ, sub noĩe maioris domꝰ pricipatũ ĩ regno Frãcoꝝ postea tenuit. His tpibꝰ sctũs Lãpiꝰ in Treiectẽsi epatu successit sctõ Theodardo sub Hilderico rege Austrasiæ. Eisdẽ tpibꝰ sancta Perpetua virgo Christi Edildrudis filia Annæ regis Anglorũ primũ alteri viro permagnifico, postea Ekfrido regi cõiunx data, postq;. xij. annis thorũ virilem incorrupta seruauit, sumpto

velamine sacro sanctimonialis ex regina effici
tur: nec mora etiã virginũ mater & nutrix plarĩi
existit. Cuius merita testaẽ etiã caro mortua: q̃
post. xvi. annos sepulturæ cũ veste qua inuolu
ij ta est incorrupta reperta est. Anno dñi. dclxxi.
Anno dñi. dclxxij. Adeodatus papa. lxxviij. se
iij dit annis. iiij. Anno dñi. dclxxiij. Anno dñi. dc
iiij v vi vij lxxiiij. Anno dñi. dclxxv. Anno dñi. dclxxvi.
Donin⁹ papa. lxxix. sedit annum vnũ, menses
v. Anno dñi. dclxxvij. Anno dñi. dclxxviij. A-
viij ix gatho papa. lxxx. sedit annos. v. menses. vi. An
x xi xij no dñi. dclxxix. Anno dñi. dclxxx. Anno dñi.
dclxxxi. Sexta synodus vniuersalis Constanti-
nopoli cõgregaẽ sub Agathone papa qui Do
no successit: in qua dãnatis hęreticis, tantę ara-
nearum telæ in medio populi ceciderũt, vt sor-
des heresiũ expulsas om̃es intelligerent & mi
rarent. Clodoueus fili⁹ Dagoberti obijt. Cui
xiij Lotharius filius successit. Anno dñi. dclxxxij.
xiiij Anno dñi. dclxxxiij. Leo papa. lxxxi. sedit an-
xv num vnũ, menses decem. Anno dñi. dclxxxiiij
xvi Anno dñi. dclxxxv. Benedictus papa. lxxxij.
xvij sedit menses. x. decessitq; Nõ. Mai. Anno do
mini. dclxxxvi. Constantinus imperator obijt.
Iohannes papa. lxxxij. sedit annum vnum. Cui
successit Conon papa. lxxxiij. seditq; annos. ij.
menses. xi. a quo sanctus Kilian⁹ pontificalem
potestatem accepit. Cononi Sergius successit.
Apud Gallias in Francia sub nomine maioris
domus principatũ gerebat Angisus.

Anni Iustiniani.

ANnno dñicæ incarnationis. dclxxxvij. vr-
bis conditæ mil᷑. ccccxxxviij. Iustinianus
filius Constãtini. lxij. loco ab Augusto regnũ
accępit: & . x. annis regnauit. Hic pacem firmã
decennio fecit cum Sarracenis terra mariq;: sed
prouincia Africa subiugata est Romano impe
rio/quę a Sarracenis fuerat tenta. Hic beatę me
moriæ pontificẽ Romanæ ecclesiæ Sergium,
quia erraticæ suæ synodo quã Constãtinopoli
fecerat, fauere & subscribere noluit, misso Za
charia ꝓtospatario suo, iussit Constantinopo-
lim deportari: sed militia Rauennatæ vrbis vi-
cinarumq; partiũ nefanda principis iussa præ-
uenit: & eundem Zachariã contumelijs & in-
iurijs ab vrbe Roma pepulit. Idem Iustinian⁹
a Gallinico patriarcha exegit, vt orationẽ face
ret ad destruẽdam ecclesiã sanctę dei genitricis
iuxta palatiũ sitam, quæ Metropolite dicebaẽ,
volens ibi ędificia facere, vbi a populo suscipe
retur. Patriarcha vero dicebat. Orationẽ qdem
ad statuendam ecclesiã habemus: in destructio
nem vero ecclesiæ orationem non suscipimus.
Cogente aũt imperatore, & om̃imodis exigen
te orationẽ, dixit patriarcha. Gloria deo qui iu

giter sustinens patiẽ, nunc & semper, & in oĩa
sęcula sæculorũ. Quo audito, destruxerunt ec
clesiam. Alia quoq; multa improuide faciens,
odiũ populi in se excitauit. Vnde Leontius pa
tritius quẽ ipse quondam prætorẽ & magistrũ
militũ orientalium fecerat: sed iam per tres an-
nos in custodia tenuerat: cum exinde ꝓtractus
in exiliũ mitteret: contra eum sensit: iunctisq;
sibi multis, Iustinianũ compræhendit: nasoq;
pręciso, in insulam quandam relegauit: ipseq;
regnauit.

Anni Pipini. i.

ANnno dñi. dclxxxviij. Sanctus Kilianus ij
cum socijs suis passus est. Anno domini. iij
dclxxxix. Pipinus fili⁹ Angisi maior domus ef
ficitur in Gallia: regnũq; Francorũ administra
uit annis. xxvij. cuius etiã anni/suorumq; suc-
cessorũ deinceps annotanẽ in catalogo regum.
Anno dñi. dcxc. Sergius papa. lxxxiiij. sedit an iiij
nis. xvi. menses. viij. decessitq;. v. Id⁹. Septẽb.
Hic constituit vt agnus dei cantẽ inter sacrifi-
cium. Hic magnã portionẽ sanctæ crucis inue v vi
nit. Anno domini. dcxci. Anno domini. dcxcij
Clodoueus filius Theoderici, fratris Dago-
berti cum fratre Hildiberto regnare cœpit. An vij viij
no domini. dcxciij. Anno domini. dcxciiij. San
ctus Remaclus Traiectensis episcopus migra
uit. Duo Euualdi presbyteri Angli Niger &
Albus sunt passi: & a Pipino Coloniæ sepulti
Anno domini. dcxcv. Vuillibrordus q & Clę- ix
mens a Sergio papa ordinaẽ episcopus, ad prę
dicandum gentibus. Anno dñi. dcxcvi. Iustini- x
anus ob culpam perfidiæ suæ regno priuaẽ &
exiliatur.

Anni Leonis.

ANno dñicę incarnatiõis. dcxcvij. vrbis ve
ro conditæ mil᷑. ccccxlviij. Leo qui & Le
ontius. lxiij. loco ab Augusto depulso Iustini-
ano regnum inuasit: tribusq; annis regnauit.
Cuius anno primo Sergius papa in sacrario
beati Petri apostoli capsam argenteam, quæ
in angulo obscuro diutissime iacuit, domino
reuelante inuenit: & in ea crucem diuersis ac
preciosis lapidibus adornatã repperit. De qua
tractis quatuor petalis quibus gemmę inclusę
erant, miræ magnitudinis portionẽ dñicæ cru
cis interius repositã conspexit: quę oĩb⁹ annis
in basilica saluatoris, quæ diciẽ Constãtiniana
die exaltationis eius ab omni populo salutaẽ.
Anno dñi. dcxcviij. Anno dñi. dcxcix. Sanct⁹ ij iij
Guntpertus ep̃s ex Anachoreta obijt: cui⁹ cor
pus post. xi. annos sepulturæ eius, integrũ in-
uentũ est. Leontio itaq; apud Constantinopo
lim posito, venit Tyberi⁹ q & Absimar⁹, ex ad
uerso ciuitatis cũ multis, & ꝑdita sibi ciuitate,
Leontiũ cępit: p̃ciso q; naso ei⁹ in monasterio
Dalmati sub custodia cõstituit: ipseq; regnauit

Anni Tyberij. Anni Pipini.

ANno dñicæ incarnationis.dcc. vrbis autẽ
conditæ mil'.ccccli. Tyberius qui & Ab
simarus dictus est.lxiiij.loco ab Augusto im-
periũ inuasit, deiecto Leone: & regnauit annis
vij. Cuius tpe Synodus in Aquileia facta: quã
tñ vniuersale conciliũ suscipere diffidit, ob im
peritiã fidei, donec salutaribus beati papæ Ser-
gij monitis instructa, & ipsa cũ ceteris Christi
ecclesijs huic annuere cõsentit. Huius tpe occi
sus est sanctus Lampertus eps sub Hildiberto
ij iij iiij rege. Anno dñi.dcci. Anno dñi.dccij. Anno
dñi.dcciij. Synodus Aquileiæ congregat̃ sub
v vi Sergio papa. Anno dñi.dcciiij. Anno dñi.dcc
vij v. Anno dñi.dccvi. Iohannes papa.lxxxv.sedit
annos.iij.

☞Beda venerabilis presbyter Anglorũ chro-
nicam minoris libri sui hucusq; perduxit.

ANNI IVSTINIANI.

ANno dñicæ incarnationis.dccvij.
vrbis cõditę mil'.cccclviij. Iustinia
nus filius Constãtini quẽ superi⁹
a Leone de regno expulsum dixi-
mus, per adiutoriũ Terbellis re-
gis Bulgarꝝ expugnata Constãtinopoli regnũ
recæpit: & postea sex annis regnauit. Recepto
aũt regno, multa dona & regalia vasa Terbel-
li tribuit: eũq; in pace dimisit. Ahsimarus aũt q
& Tyberi⁹, ex vrbe ꝓfugit: sed insecutione ca
ptus, & ad Iustinianũ est adductus. Adducto
q̃q; Leontio q eũ deiecit, fecit ãbos cathenis cõ
strictos, dũ ludi eq̃stres agerent, ꝑ plateas tra-
hi: tractosq; publice añ pedes suos dũ in solio
resideret ꝓijci: calcauitq; colla eorum fortiter,
vniuersa plæbe clamãte. Sup aspidem & basili
scũ ambulasti, & leonẽ draconẽq; conculcasti:
sicq; eos præcępit decollari: innumerabilẽ q̃q;
multitudinem eorũ qui contra eũ consenserũt,
diuersa morte fecit necari. Quia.n.se naso de-
truncauerant, q̃tiens defluenẽ guttã reumatis
manu detersit, totiens pene aliquẽ ex illis iugu
lare p̃cępit. Callinicũ vero patriarcham erutis
oculis Romã exiliauit: & ꝓ eo Cyrũ in epatũ
ꝓuexit: q fuit abbas in Ponto, qq; illum exulẽ
alebat, & eũ in ĩperiũ restituendũ prædicebat.
Natus est aũt ei fili⁹ eodẽ anno q̃ recępit impe
riũ, ex Theodora filia Chaiani quã accępit dũ
esset in exilio, quem vocauit Tyberiũ: corona
uitq; eum cũ matre sua: & regnauerunt cũ eo.
Hic Constantinũ papã accersiens, honorifice
suscępit: ꝓstratusq; in terrã ꝓ suis peccatis in-
tercedere rogauit: cunctaq; ecclesię priuilegia
renouans, eum cũ honore remisit. Qui cũ mit
teret exercitũ in Pontũ ad cõpræhendendum
Philippicũ, quẽ illic relegauerat inultũ: Con
stantinus papa eũ ꝓhibuit, sed animũ eius re-
uocare nõ potuit. Exercitus aũt quem miserat
cõuersus ad partẽ Philippici, fecit eũ ibidẽ im-
peratorẽ: reuersusq; cũ eo Constãtinopolim,
pugnauit cõtra Iustinianũ miliario ab vrbe.xij
victoq; illo & occiso, accæpit regnũ Philippi-
cus. Fili⁹ quoq; Iustiniani adhuc puer ab his q
a Philippico præmissi sunt occisus est. Anno ij
dñi.dccviij. Anno dñi.dccix. Iohannes papa.
lxxxvi.sedit annos.ij.mẽses.vij. Anno dñi.dcc iij
x. Dagobert⁹ iunior regnare cœpit. Anno dñi iiij
dccxi. Sisinni⁹ papa lxxxvij.sedit dies.xx. Cui v
succedens Constãtinus papa.lxxxviij. sedit an
nis.vi. Anno dñi.dccxij. Iustinianus a Philip- vi
pico interficit̃.

Anni Philippici.

ANno dñicæ incarnationis.dccxiij.ab vrbe
vero cõdita mil'.cccclxiiij. Philippicus.lx
vi.loco ab Augusto inuasit imperiũ occiso Iu-
stiniano: regnauitq; anno vno & mensibus.vi.
Hic priusq; imperaret, habuit quendam amicũ
monachũ inclusum, qui erat hęreticus: & tamẽ
prouisor qui dixit ei. Imperiũ tuum est. At ille
turbatus est. Cui ait inclusus. Si deus iubet, tu
quare cõtradicis. Hoc aũt dico tibi, quia sexta
synodus male acta est. Si ergo regnaueris, hãc
abijce: & efficietur imperiũ tuũ forte atq; lon-
geuum. Qui cum iuramẽto spopondit se hoc
esse facturũ. Cum vero regnaret, fecit synodũ
pseudo episcoporũ, iuxta illius pseudo mona-
chi & inclusi sermonẽ: & abiecit sanctã & vni
uersalẽ sextã synodum. Eodẽq; anno van⁹ ille
ĩclusus oculorũ cęcitatẽ incurrit. Reperiẽs aũt
Philippic⁹ quendã sui sensus Iohannẽ, fecit eũ
Constãtinopolitanũ pręsulẽ: Cyrũ vero depo
nens, ad monasteriũ suũ redire p̃cępit. Idẽ Phi
lippic⁹ in disputationib⁹ q̃dẽ suis rationabilis
videbat̃ & prudens: in actib⁹ aũt inhonestę ac
indignę vitę, cõsummatis ĩprobabilis vbiq; de
monstrabat̃. Erat.n. hæreticus & adulter. Hic
Constãtino papę misit literas praui dogmatis:
quas ille cũ apłicę sedis cõcilio respuit. Hac de
causa fecit Constãtinus picturas in porticu san
cti Petri, quæ sex sanctarũ synodorũ acta cõti
nerent. Nam & huiusmodi picturæ habebant̃
Constãtinopoli, quas Philippic⁹ iussit auferri.
Statuit aũt populus Romanus, ne heretici ĩpe
ratoris nomẽ aut chartas, aut figurã solidi sus-
ciperẽt. Vñ nec ei⁹ effigies ĩ ecclesiã ĩtroducta
est: nec nomẽ ad missarũ solẽnia ꝓlatũ. Sabba
to aũt pentecostes cũ lauaret ĩ balneo publico,
ĩgressus cũ eq̃tatu & organis: habitoq; prãdio
cũ ciuib⁹ antiq̃ ꝓsapię requiesceret meridie, repẽ
te ꝑ aureã portã introiuit Rufinus prim⁹ stra-
torũ/cũ Theodoro patritio: festinãsq; ĩ palatiũ
& ĩueniẽs eũ q̃esc̃ẽtẽ apphẽdit eũ & eruit ocu

los eius: in crastinū vero, id est die pentecostes congregato in magna ecclesia populo, coronatus est Artemius: mutato nomine Anastasius.

Anni Anastasij.

ANno dñicæ incarnationis.dccxiiij.ab vrbe cōdita mil'.cccclxv. Anastasi⁹.lxvij.loco ab Augusto imperiū adept⁹ est: regnauitq; annis.iij. Quidam vero libri habent q̄ Philippicus regnauerit annis.ij.& mensibus.ix. Anastasius aūt annum vnū & menses tres. Anastasius igitur vbi regnū accępit, Constantino papę per Scholasticū patritium literas Romā misit, qbus se fautorē & defensorē catholicæ fidei & sancti sexti concilij p̄dicatorē esse docuit. Quo regnāte, qdā aduersus eū coniurauerūt, & contra regiā vrbem cū exercitu ascēderūt. Cū aūt Adramiū adissent, & essent sine capite, īuenerunt illic hoīem indigenā Theodosiū noīe inertem ac idiotā, q publicorū tributorū erat exceptor, & hortati sunt eū imperare. At ille fugiens, latebat in monte. Quem inuentū vt imperatorē laudibus extulerūt, vi cogentes eum. Quib⁹ Anastasius cognitis, Niceā abijt: ibi deniq; se muniuit. Theodosius aūt secut⁹ magno p̄lio vicit eū: datoq; sibi sacramento, clericū eū fieri, & postea presbyterū fecit ordinari. Anno dñi.dccxv. Pipinus senior maior domus obijt; p̄ q̄ filius eius Carolus successit. Dagobertus rex Francorū obijt.

Anni Caroli senioris.i.

¶ Anno dñi.dccxvi. Carol⁹ Pipini senioris filius, in administratiōe regni patri successit. Sanctus Aegidius claruit: adhuc qdem regibus in Francia manētib⁹, sed parua dignitate regnātibus. In Romano q̄q; imperio apud Constātinopolim adhuc imp̄atores erāt: sed & ipsi intestinis pariter & extrinsecis bellis pene adnullati parū valebāt. Carol⁹ vero regnū Francorū administrauit annis.xxvij. Cui cū Reginfridus qdam aduersaret̄, regnūq; tenere conaret̄, q̄uis per multas pugnas & certamina tulit principatū de manu eius. Nam cū teneret̄ in custodia diuina misericordia p̄tegente fugit inde, & primum cōtra eundē Reginfridū p tres vices pugnauit, postea cū magno certamine illū vicit: Andegauensem tñ ciuitatē illi ad habitādum p̄misit: ipse vero sup cunctam Francorū gentem principatū tenuit: multaq; p̄lia contra Sarracenos & in Vuasconia, & in Saxonia, & in Fresia fecit. Eggebert⁹ vir sanctus de gēte Anglorum Scotos pascha legitime celebrare docuit. Gregorius papa.lxxxix.sedit annos.x.migrauitq; Id. Feb. Hic sanctū Bonifaciū ordinauit epm.

Anni Theodosij.i.

ANno dñicę incarnatiōis.dccxvij. vrbis vero cōditæ mil'.cccclxviij. Theodosi⁹ a militibus elect⁹.lxviij.loco ab Augusto imperiū Romanū accæpit, & anno vno regnauit. Leo qppe q erat p̄tor oriētaliū, qm̄ auxiliabat̄ Anastasio, nō est subiectus Theodosio. Vnde veniens Nicomediā, app̄hendit filiū Theodosij cū omni apparatu regio, & primis viris palatij, & venit Chrysopolim. Quod audiēs Theodosius, cōsilio a Germano patriarcha & senatu p̄cepto, per eundem patriarchā accæpit a Leone indemnitatis verbū, & ecclesiæ sine p̄turbatiōe seruādę, & sic ei cōmittunt imperiū: ipse vero Theodosius vna cū filio suo clericus factus, residuū vitæ suę tp̄s transegit in pace. Hoc anno Tyberis alueū suū egressus, multa Romæ subuertit ędificia, ita vt in via lata ad vnam & semi staturā excresceret. Mā sit aūt dieb⁹.vij. donec agentibus letanias crebras ciuibus, octauo demum die regredit̄.

Anni Leonis.iij.

ANno dñicæ incarnationis.dccxviij. vrbis aūt conditæ mil'.cccclxix. Leo prætor orientaliū genere Syr⁹.lxix.loco ab Augusto Romanorū p̄uehit̄ in imperiū: regnauitq; annis.xxiiij. Hic a Iustiniano cū prius regnaret exiliatus est, in Mesembriā Thracię regionis. Posteriore vero tp̄e cum secūdo regnaret, veniens ei obuiam vna cū Bulgaribus obtulit ei munera, oues scilicet qngentas: placatusq; Iustinianus, fecit illum spatariū: & habuit hunc sicut Germanū amicū. Vnde qdam inuidia ducti, detraxerunt ei tanq̄ imperiū appetēti: sed habita quęstione, inuenti sunt falsi. Iustinianus tñ postea illum suspectum habens: sed manifeste hunc lędere nolens, misit eū cum pecunijs in Alaniā, ad cōmouendos Alanos cōtra Abasgiam. Vbi cū multa ei fœliciter p̄uenirent, Iustiniano interempto, & Philippico visu oculorū orbato, cū imperasset Anastasius, p̄uexit eum imperatorem oriētaliū. Depulso aūt Anastasio a Theodosio, ipsoq; regnante, Leo & hunc expulit: ipseq; regnauit: sed in christianos & ecclesias dei ac religionē sanctam impius fuit. Primum quidem præcępit in Constantinopoli, vt quicunq; haberent imagines dñi saluatoris seu sanctæ genitricis eius, vel sanctorū aliorū sibi eas afferrent: quas ille in medio ciuitatis incendere fecit. Et qa multi de populo huic impietati non consenserunt, decollati sunt. Germanus quoq; patriarcha de sede sua est deiectus, & Anastasius presbyter in loco eius cōstitutus. Misit & ad papam Romanum Gregorium vt similiter faceret: ille vero noluit: sed omnia tributa Romanæ vrbis, & Italiæ sibi dari prohibuit. Cui anno imperij sui tertio nat⁹ est filius de Maria vxore sua, quē Constantinū vocauit: qui ma-

gis illo impius & Antichristi præcursor extitit:
cui postea filiam Chaiani Scytharũ regis socia
uit: eandem christianã faciens, Herenen nomi
nauit. Quę cum sacras literas didicisset, pietati
operam dedit, & hos sæpe impietatis redargu
ij iij it. Anno dñi. dccxix. Anno dñi. dccxx. Sanctus
iiij Othmarus abbas efficit̃. Anno dñi. dccxxi. Sar
raceni Constãtinopolim obsident, & per trien
niũ ibi morantes, multasq; ꝓuincias deuastan
tes, tandem populo ad deũ clamante, fame pe-
steq; depulsi sunt: multiq; frigore & ferro nau
v vi fragio q; perierũt. Theoderic⁹ regnauit ĩ Fran
cia ãnis. xvi. Anno dñi. dccxxij. Anno dñi. dcc
xxiij. Luitprandus rex Longobardorũ audiẽs
q; Sarraceni depopulata Sardinia etiã illa loca
fœdassent, vbi aliqñ ꝓpter deuastationẽ Barba
roꝝ ossa beati Augustini trãslata fuerãt, misit
& p̃ pciũ adduxit ea Ticinũ: ibiq; vt decuit, ho
norifice recondidit. Leo imparor coegit Iudæ
os & Montanos baptizari: sed Iudæi abluebãt
vnctionẽ chrismatis, & post cibũ participabãt
sacramentis, & cõtaminabant fidem: Monta-
ni vero definientes sibi diẽ / introierũt domos
errori suo deputatas, & incẽderũt semetipsos.
vij viij Anno dñi. dccxxiiij. Anno dñi. dccxxv. Sãct⁹
Priminius eps̃ Augiã intrauit: eãq; a serpenti-
bus emũdauit. ¶ Hucusq; Beda chronicã suã
ix in maiori libello perduxit. Anno dñi. dccxxvi
x Anno dñi. dccxxvij. Gregorius papa. xc. sedit
annos. viij. decessitq;. iiij. kal. Decẽb. Hic au-
xi xij gmentauit in canone, necnon illorum oim̃ san
xiij ctorũ quorũ soll. Anno dñi. dccxxviij. Anno
dñi. dccxxix. Anno dñi. dccxxx. Priminius ex
xiiij Augia venit in Alsatiam. Anno dñi. dccxxxi.
Germanus sanctissimus patriarcha videns im
pietatẽ Leonis, abrenunciauit summo sacerdo
tio tradens palliũ, & in domo sua quieti operã
dedit, functus sacerdotio annis. xiij. menses. v.
In cuius locum Anastasiũ eius q̃ndam discipu
lum, sed tunc impietati consentientẽ Leo cõsti
tuit. Sane Gregorius sanctus præsul Roman⁹
hunc anathematizauit, & Leonẽ tanq; impie
agentẽ per epl̃as redarguens / Romã cum tota
Italia ab eius imperio recedere fecit. Beda vene
xv rabilis Anglorũ presbyter obijt. Anno dñi. dcc
xxxij. Carolus filiũ suum Pipinũ ad Luitpran
dum regem Longobardorũ ꝓ tondenda cæsa
rie misit: quod ille fecit: eũ multisq; muneribus
xvi ad patrẽ misit. Anno dñi. dccxxxiij. Carol⁹ ma
xvij ior domus Fresiã vastat. Anno dñi. dccxxxiiij.
Carolus Vasconiã inuasit. Eto Augẽsis abbas
Argentinæ eps̃ factus, cœnobiũ nominis sui
xviij Etinhein construxit. Anno dñi. dccxxxv. Za-
charias papa, xci. sedit annis. xviij. Hic quatu-
or libros dialogorũ beati Gregorij trãstulit in
Græcum. Anno dñi. dccxxxvi. Anno dñi. dcc xix xx
xxxvij. Theodericus rex Francoꝝ obijt. Anno xxi
dñi. dccxxxviij. Anno dñi. dccxxxix. Sarraceni xxij
Gallias iterũ inuadentes, cæperũt ciuitatẽ Are
latẽ. Tunc Carolus misit ad Luitprandum, q
venit ad eũ cum omni exercitu Longobardorũ
Quod audientes Sarraceni, fugerũt de terra il-
la. Anno dñi. dccxl. Carolus Saxoniam intrat. xxiij
Anno dñi. dccxli. Leo impator impius obijt. xxiiij

ANNI CONSTANTINI.

ANno dñicę incarnationis. dccxlij. vrbis cõ
ditæ mil. ccccxciij. Constãtinus filius Le
onis. lxx. loco ab Augusto Romanũ suscæpit
imperiũ: regnauitq; annis. xxxiij. menses. ij. di
ebus. xxvi. Hic erat pniciosissim⁹ ferus & agre
stis, persecutor legũ a patribus traditarũ, tyran
nice / nõ legitime vsus imperio: primo q̃dem a
deo & intemerata eius genitrice, & oĩbus san-
ctis abscedẽs magicis maleficijs & luxurijs, ac
cruentis sacrificijs, & inuocatiõibus dæmonũ
delectatus: molliciebus q̃q; ac omnib⁹ animas
corrũpentibus a tenera ętate cõuiuens: persecu
tionibus etiã sanctarũ ecclesiarũ ac peremptio
nibus monachorũ, ac violationibus monasteri
orum, malisq; varijs sup̃crescens, nõ minus q̃
Diocletianus cęteriq; antiqui tyrãni. Hui⁹ an
no primo q est dñicę incarnationis. dccxlij. Ca
rolus Pipini fili⁹ maior domus in regno Fran-
corũ obijt, relinquẽs filios tres: Pipinũ, Carlo
mannũ, & Griphonẽ. Quorũ Gripho q cæte
ris minor natu erat, matrẽ nomine Suanahildẽ
habebat, neptẽ Vdilõis Bauuariorũ ducis, hæc
illum maligno cõsilio ad spem regni totius in-
citauit, in tantũ vt sine dilatione Laudunũ ciui
tatẽ occuparet, ac bellũ fratrib⁹ indiceret. Qui
celeriter exercitu collecto, Laudunũ obsidẽtes
fratrẽ in deditionẽ accipiũt: atq; inde ad ordinã
dum regnũ ac ꝓuincias quę post mortẽ patris
a Francorũ societate desciuerant recuperãdas,
animos intendunt: & vt in externa ꝓfecti, do-
mi oĩa tuta dimitterent, Carlomãnus Gripho
nem in nouo castello quod iuxta Aruernũ si-
tum est / custodiri fecit: in qua custodia vsq; ad
id tempus quo idem Carlomãnus Romã pro
fectus est dicitur permansisse.

Anni Pipini & Carlomanni.

ANno dñi. dccxliij. Pipin⁹ & Carlomãn⁹
principatu potiti, primo Aqtaniã ingredi
unt̃: & capto q̃dam castello quod dicit̃ Lucas,
priusq; ex ea ꝓuincia secederẽt, regnũ qd' cõi-
ter habuerũt, inter se diuiserũt, in loco q vocat̃
vet⁹ Pictauis. Carlomãn⁹ Austriã & Alemã-
niã atq; Thuringiã sortit̃: Pipin⁹ vero Burgũ
diã, Neustriã atq; ꝓuinciã: sicq; Carlomãnus
vsq; ĩ annũ. vi. Pipin⁹ vsq; ĩ. xi. principabant̃.

¶ Neustria vero pars est Galliȩ Celticȩ, illa scilicet quæ Sequanæ Ligeriq; interiacet. Omnis nanq; Gallia in tres partes distincta est: in Belgicam, Celticā, Aquitanicā. Quarū Belgica a Rheno qui Germaniā ab oceano determinat, quæ multarū gentiū ferax a germinādo nomē accȩpit: exporrigiť vsq; in fluuiū Matronā: ab vtroq; vero latere hinc qdē alpib⁹ Appēninis, inde vero mari vallať: cui⁹ circūfusione insula Britānica efficiť. Celtica aūt a Matrona p longum in Garunnā distendiť: cuius latera oceani Britannici, & insulæ Britannicæ limites efficiunt. Quicqd vero a Garūna ptendiť in Pyreneum, Aqtanica appellať. Hinc Rhodano & Arari atq; inde Mediterraneo mari collimitās Constat itaq; totius Galliæ spatiū, ab oriente quidem Rheno, ab occidēte Pyreneo, a septentrione mari Britānico, ab austro vero mari Mediterraneo cingi. Omnes ergo Galliarū populi innata audacia plurimū efferunť: calumniarū impatiētes. Si incitanť cȩdibus exultant: efferatiq; inclæmentius adoriunť: semel persuasum ac rationibus approbatū vix refellere cōfuerūt. Belgȩ rebus disponēdis sunt insigniores: robore atq; audacia nō impares: maxima queq; magis ingenio / q̄ virib⁹ appetūt: & si ingenio in appetendis cassanť, virib⁹ audacter vtuntur. Cibi etiā atq; potus adeo sunt parci. Celtæ vero atq; Aqtani consilio simul & audacia plurimi, rebus seditiosis accommodi: Celtȩ tñ magis prouidi, Aquitani vero præcipites aguntť: plurimūq; in ciborū appetitum rapiunť: quod sic eis est innatū / vt prȩter naturā non appetāt. Hinc Sulpitius Seuerus edacitas inqt in Grȩcis est, gula in Gallijs natura: hos omes Galliarū populos, etiā ī paganismo fere p oīa pspere egisse tradūt historiȩ: post vero a sancto Remigio baptizati, contra omnes gentiū exterarum impetus, clara semper atq; illustri victoria emicuisse referunť. Quorū rex christianus primus fuisse tradiť Clodoue⁹, vir audax & strenuus: & quo null⁹ post eū pietate belliśq; vnq̄ magis enituit. Hic tēpore quodam bellaturus contra Alaricū regem Gothorū, cum venisset Turonū, multa munera obtulit ecclesiæ sancti Martini cū equo suo velocissimo, quem multum amabat: & expetito auxilio eiusdem sancti contra gentē incredulam, pmittebat adhuc plura si per eius intercessionē victor rediret. Cūq; interfecto Alarico reuerteretť cum victoria, veniens ad eandem ecclesiā pro soluēdo voto, dona obtulit plurima: pro equo vero quē ibi dimiserat, dedit matricularijs ecclesiæ centū solidos vt eum reciperet. Quib⁹ datis, equus ille se nullatenus mouit. At ille ait, Dentur alij centum. Quibus inde datis, statim equus solutus abijt. Tunc rex cū lȩtitia ait. Vere beatus Martinus bonus est in auxilio, & carus in negocio. Ab hoc ergo Clodoueo per succedentia tpa imperatoribus egregijs respublica Francorū gubernata fuisse dinosciť vsq; ad hæc tempora Pipinorum & Carolorū: in quibus temporib⁹ plenitate regum aliquantū dilapsa / per hos egregios viros de quibus nunc sermo est, ad pristinam dignitatē magnificentius est reducta. Deniq; vt de Pipino & Carlomanno fratribus scribere cœpimus, mox vt de Aquitania domum sunt regressi, Carlomannus Alemāniā quȩ & ipsa a Francorū societate defecerat, cū exercitu ingressus, ferro deuastauit & igni. Hildericus rex Frācorū regnare cœpit. Anno dñi. dccxliij Carlomānus & Pipinus iunctis copijs contra Vdilonē ducem Bauuariorū pfecti sunt: prælioq; cōmisso, exercitū ei⁹ fuderūt. Sed postq̄ a cȩde reuersi sunt, Carlomānus cū suis in saxoniam pfect⁹ est. Eodē anno cȩpit castrū quod diciť Hochseoburg: & Theodericū Saxonē illi⁹ loci primariū in deditionē accæpit. Sanct⁹ Bonifacius ex sua parochia Magontiacensi duos epātus Vuirziburgensem & Eichstatensem statuit. Anno dñi. dccxlv. Iterū Carlomān⁹ & Pipinus iuxta Mȩnū Saxoniam ingressi sunt: p̄dictumq; Theodericū Saxonē cæperūt. Initium Fuldēsis monasterij. Anno dñi. dccxlvi. Carlomānus patefecit fratri suo quod iā diu p̄meditatus est, se scilicet velle sæculum dimittere, & in habitu monachico deo seruire. Propter hoc nullā expeditionē eo anno habuerūt: sed prȩparauit se vterq;: Carlomānus vt iter & votū suum pficeret, Pipin⁹ qualiter illū honorifice dimitteret. Anno dñi. dccxlvij. Carlomānus diuino succēsus amore Romā tendēs, Zacharíæ papȩ se obtulit, & ab eo clericus factus habituq; mutato, monachicū capiēs indumentum in monte Soracte siue Sirapti, cōstructo monasterio apud ecclesiā beati Siluestri, cū fratribus secū ad hoc veniētibus p aliquot annos optata quiete fruebať. Sed cū ex Francia multi nobiliū ob vota soluenda Romam cōmearēt, & eum velut dñm quondam suū prȩterire nollent, ociū quo maxime delectabať crebra salutatione interrūpentes, locū mutare cōpellunt. Nam cū huiusmodi frequentiā pposito suo vidisset officere, relicto monte in Samniū ptinciam, ad monasteriū sancti Benedi. i sitū in castro Cassino, se cōtulit: & ibi quod reliquū fuit, vitæ tempus cōpleuit. Anno dñi. dccxlviij. Gripho fratri suo Pipino subiectus esse nolēs q̄uis sub eo honorifice viueret, in Saxoniā pfugit: relictoq; Saxonū exercitu, super fluuiū

Ottacra in loco qui dicit̃ Orheim cõſedit. Pipi
nus vero cum exercitu Frãcorũ in Thuringiã
ꝓfectus, cõtra dolos fratris Saxoniã ingreſſus
eſt: conſeditq; ſuper fluuiũ Miſſaha, in loco q
dicit̃ Scahaningi: prĕliũ tamen inter eos nõ eſt
cõmiſſum, ſed ex placito diſceſſerũt. Anno dñi
vij dccxlix. Gripho Saxonũ fidei diffidens, cũ co
pijs quæ ad eũ de Francia confluxerãt, Bauua
riam petijt: ipſumq; ducatũ in ſuã poteſtatẽ re-
degit: Taſſilonẽ cum Hiltrude in deditionẽ ac
cĕpit. Suigeriũ in auxilium ſibi venientẽ ſuſce
pit. Hĕc audiens Pipinus, cũ exercitu maximo
venit in Bauuariã: fratremq; ſuum Griphonẽ
cũ omnibus ſuis cæpit: Taſſilonẽ in ducatũ re
ſtituit: domũq; reuerſus, Griphoni more ducũ
xij. comitat⁹ dedit: ſed ille tali beneficio nõ con
viij ix tentus, eodẽ anno ad Vualfariũ Aqtaniæ ducẽ
ꝓfugit. Anno dñi. dccl. Anno dñi. dccli. Sãct⁹
Burchardus accĕpit pontificatũ Vuirziburgẽ
ſem: in q̃ ſedit annis. xl. Hic itaq; ſanctus Bur
chardus & Folradus archicapellan⁹, quẽ qui-
dam abbatẽ, qdam preſbyterũ ſcribunt, ad Za
chariam Romanũ pontificem miſſi ſunt vt con
ſulerent eum: ſub regibus qui tpe illo fuerũt in
Francia, nomen tm̃ regis / ſed nullam poteſta-
tem regiã habentes. Solebant. n. Franci ex anti
qua regũ ſtirpe reges habere, qui a Merouео
Clodij ſecũdi regis eorũ filio Merottingi dice
bantur: quorũ genealogia vſq; ad Hildericum
tunc temporis regẽ permanebat: in quo etiã de
ficiebat. Sed licet in illo finita poſſet videri, iã
dudum tñ nullius vigoris erant: nec quicq; cla
rum in ſe præter inane regis vocabulum præſe
rebant. Nam & opes & potẽtia regni penes pa
latij præfectos qui maiores domus dicebant̃,
& ad quos ſumma imperij pertinebat / teneban
tur: nec aliud quicq; regi permittebat̃, q̃ vt re-
gio tm̃ nomine contentus, crine ꝓfuſo, barba
ſummiſſa, ſolio reſideret, ac ſpeciẽ dominandi
effingeret, legatos vndecũq; venientes audiret
eiſq; abeuntibus reſponſa quæ doctus erat, aut
iuſſus, ex ſua velut poteſtate redderet: cũ p̃ter
inutile regis nomen & precariũ vitæ ſtipendiũ
quod ei prĕfectus aulĕ ꝓut videbat̃ exhibebat
nihil aliud poſſideret: quanq; vnam & eã per-
paruã redditus villam, in qua domũ, & ex qua
famulos neceſſaria ſibi miniſtrantes, atq; obſe-
quiũ exhibentes, paucĕ numeroſitatis haberet.
Quocunq; eundum erat, carpento ibat: quod
iunctis bubus & bubulco more ruſtico agente
trahebatur. Sic ad palatiũ, ſic ad publicum con
uentum qui kalendas Maij, ob regni vtilitatem
annuatim celebrabat̃ / ire ſolebat: & coram tota
gente præſidens: omneſq; ſalutans, & ab eis ſa
lutatus: debitiſq; obſequijs honorat⁹, ſic domũ
redibat: ſicq; ſecũ vſq; ad aliũ Maiũ domi re-
ſidebat. At regni adminiſtrationẽ, & om̃ia quĕ
vel domi vel foris agenda erant, ac diſponẽda,
prĕfectus aulĕ ꝓcurabat. Quo officio tunc cũ
prædicti legati Romã mittebant̃, Pipinus Ca
roli filius, itemq; Caroli magni pater, iam ve-
lut hĕreditario iure fungebat̃. Zacharias vero
papa ſuper huiuſmodi negocio conſultus, re-
mandauit melius eſſe illum vocari regem apud
quẽ ſumma poteſtatis conſiſteret: dataq; auto-
ritate ſua, Pipinũ regem conſtitui iuſſit. Anno
dñi. dcclij. Pipin⁹ per autoritatẽ Zacharię pa
pĕ more Francorũ electus ad regnũ, per man⁹
ſancti Bonifacij archiepiſcopi Mogonciacẽſis
eleuat⁹ eſt in regni ſoliũ in Sueſſionũ ciuitate
Tranſlatio ſancti Kiliani facta eſt. Beatus pa-
pa Zacharias in venerabili patriarchio reppe-
rit caput beati Georgij martyris in capſa recon
ditum: quod in Romanã vrbẽ tranſtulit.

ANNI REGNI PIPINI.

Anno dñi. dccliij. Stephan⁹ papa
xcij. ordinat̃: ſeditq; annis. v. dies
xxviij. Anno dñicĕ incarnationis.
dccliiij. Pipin⁹ rex cũ exercitu ma
gno Saxoniã ingreſſus eſt: & q̃-
uis Saxões ei obſtinatiſſime reſiſterẽt, pulſi tñ
ceſſerũt, & ipſe vſq; ad locũ q dicit̃ Rinne iu-
xta fluuiũ Vuiſarã acceſſit. In qua expeditione
Hilugari⁹ eps̃ occiſus eſt in monte q dicit̃ Vi
burg. Reuertenti vero regi de Saxonia, nunci-
us venit de morte fratris ſui Griphonis a quo
vel qualiter interfectus eſſet. Eodem anno Ste
phanus papa multa mala paſſus ab Hattſtulfo
Longobardorũ rege, venit ad Pipinũ regẽ in
villa quĕ dicitur Pariſius: ſuggerens ei vt ſe &
Romanã eccleſiam ab infeſtatione Longobar
dorum defenderet. Venit & Carlomannus fra-
ter regis iam monachus fact⁹, iuſſu abbatis ſui
vt apud fratrem ſuũ precibus Romani pontifi
cis obſiſteret. Inuitus tñ hoc feciſſe putat̃; quia
nec ille abbatis ſui iuſſa contẽnere, nec abbas il
le præceptis regis Longobardorũ, qui ei hoc
imperauit audebat reſiſtere. Stephanus aũt pa-
pa apud Pariſiũ aliquãdiu infirmat⁹: rurſumq;
per ſanctum Dionyſiũ conualeſcens, poſtq; a
rege Pipino pro ſanctæ Romanĕ eccleſiæ de-
fenſione firmitatẽ accĕpit: ipſum ſacra vnctio-
ne in regię dignitatis honore cõfirmauit: & cũ
eo duos filios eius Carolum & Carlomannũ
cum matre eorũ Berthrada conſecrauit: Franco
rumq; ꝓceres vna cũ populo benedictiõe apo
ſtolica ſanctificãs, autoritate beati Petri apoſto
li obligauit: & proteſtatus eſt eos vt nunq; ipſi
velq; ex eorũ ꝓgenie per ſuccedentiũ curricu
la temporum ꝓgeniti, de alia ſtirpe regem ſibi

præponerēt, nisi ex eorū ꝓpagine q̄s diuina ꝓ
uidētia tūc in defensionem ecclesiæ est dignata
sublimare. Sic ergo Pipinꝰ ex p̄fecto palatij au
toritate apl̄ica sublimatꝰ & vnctus in sedē re-
gni: postea regnauit annis. xv. absolutꝰ ꝑ eūdē
papā Stephanū, a iuramēto quod regi Hilderi
co cū cęteris regni primoribꝰ fecerat. Hilderi-
ii cus vero q̄ falso regis noīe fungebať, tonso ca-
pite in monasteriū missus est. Anno dn̄i. dcclv
Pipinꝰ rex inuitāte ac rogāte p̄dicto papa Ste
phano ꝓpter iustitiā beati Petri apl̄i exigendā
a rege Longobardorū Haustulfo, Italiā cū ma
nu valida intrauit: resistētibusꝫ Longobardis,
& claustra Italiæ tuētibus, ad ipsas montiū clu
sas acerrime pugnatū est: cedentibusꝫ Longo
bardis, oēs copię Frācorū intrauerūt. Haustul
fus vero rex in Papia ciuitate se inclusit: quē Pi
pinus rex tam diu obsędit, donec firmata causa
ꝓ faciēda sanctę Romanę ecclesiæ iustitia ob-
sides. xl. recępit. Quibꝰ datis ꝓmissisꝫ iureiu
rando firmatis, Pipinus qdē domū redijt: Ste-
phanū vero papā cū Folrado capellano, & nō
minima Francorū manu Romā remisit. Carlo
mannus aūt frater regis qui cū Berthrada regi
na in Viēna ciuitate remāsit: correptꝰ febre pri
usꝫ reuerteretť obijt: cuiꝰ corpꝰ iussu regis ad
monasteriū sancti Benedicti vbi monachꝰ erat
iij relatū est. Sanctus Bonifaciꝰ passus est. Anno
dn̄i. dcclvi. Haustulfus rex Longobardorū cū
nihil eorū q̄ datis obsidibꝰ & facto iuramēto ꝓ
misit cōplesset, Pipinꝰ rex iterū cū exercitu Ita
liā veniēs, eū in Papia obsedit: & ad īplenda q̄
ꝓmisit/obsidiōe coegit: redditāꝫ sibi Rauen
nam & Pentapolim, omnēꝫ exarchatū ad Ra-
uennā pertinentē, sancto Petro dedit: hisꝫ pa-
ctis in Galliā redijt. Post cuiꝰ abscessum, Hau
stulfus cū ea q̄ ꝓmisit, denuo cōmutare medi-
tareť, in venatiōe de eq̄ suo ꝓlapsus, & ex hoc
infirmatus, intra paucos dies viuēdi finē fecit.
iiij Cui Desideriꝰ successit. Anno dn̄i. dcclvij. Cō
stantinꝰ impator misit Pipino regi munera, in
ter q̄ & ornatū: quæ ad eū in Compendio villa
peruenerūt: vbi tunc populi sui generalem con
uentū habuerūt. Illuc & Thassilo dux Bauua-
riorū cū primoribꝰ gētis suę venit: fidelitatēꝫ
tā ipsi regi Pipino, q̄ꝫ filijs eius Carolo & Car
lomāno iureiurādo, supra corpꝰ sc̄ti Dionysij
ꝓmisit, nec solū ibi/sed etiā supra corpꝰ sancti
Martini, itēꝫ sc̄ti Germani idip̄m sacramentū
v cum oībus primoribꝰ suis firmauit. Anno dn̄i
dcclviij. Pipinꝰ rex cū exercitu Saxoniā aggres
sus est: & q̄uis Saxonibus validissime resistēti
bus, & semunitionibus tuentibus pulsis ꝓpu-
gnatoribus p̄lio, per ipsum q̄ patriā defendere
conabanť/vallum ītrauit. Cōmissoꝫ passim p̄
lio, plurimam ex ipsis multitudinē occidit: &
eos ad hoc coegit, vt ꝓmitterent se om̄e quod
iuberet facturos: & ānis singulis. ccc. eq̄s cau
sa honoris daturos. His ita cōpositis, & mo-
re Saxonico, vt rata essent cōfirmatis, in Galliā
repedauit. Paulꝰ papa. xciij. sedit ānis. x. Anno vi
dn̄i. dcclix. Natus est Pipino regi filius, quem
suo noīe Pipinū vocari voluit: sed puer īmatu
ra morte præuētꝰ, tertio post natiuitatē suā an
no decessit. Anno dn̄i. dcclx. Vualfariꝰ dux Aq vij
taniæ cū res ecclesiarū quę in sua potestate erāt
& ad ecclesias sub manu Pipini regis cōstitutas
pertinebant reddere noluisset, ipsumꝫ regē ꝓ
his ꝑ legatos suos se cōmonētē audire cōtēpsis
set cōtumacia sua, eundem regē ad suscipiendū
cōtra se bellum cōcitauit. Contractis ergo rex
vndiꝫ copijs Aquitaniā intrauit: seꝫ res ac iu
stitias ecclesiarꝫ exacturū ꝓnunciauit. Cūꝫ in
loco q̄ diciť Redoad, positis castris cōsedisset,
Vualfariꝰ bello cōcertare nō ausus, missa lega
tione ad regē, spopondit se impata facturū, ec-
clesiarū iustitias redditurū, dedit etiā duos ob-
sides de primoribꝰ gentis Adalgariū & Tibe-
rium. Quibus acceptis rex a bello abstinuit, do
mūꝫ redijt. Sanctus Othmarꝰ in insulā quæ
dicit Stein relegatus migrauit ad dn̄m. Anno viij
dn̄i. dcclxi. Vualfariꝰ licet obsides dedisset, &
sacramēta iurasset: satius tn̄ ratus si de illato sibi
bello supiori anno vltionē exigeret, exercitū q̄
Frācorū possessiōes popularet/ vsꝫ ad Cab:l
lonē ciuitatē fecit accedere. Quod cū Pipino re
gi generalē cōuentū agenti in villa Duria nun
ciatū fuisset, coactis vndiꝫ cōsilijs, cū magno
belli apparatu in Aquitaniā ingressus, oīa fer-
ro & igni vastauit: & quędam oppida & castel
la manu cępit: quædā victori se vltro dederūt.
Cumꝫ oīa vastando Lemonicas venisset, re-
gressus est iterꝫ ī Parisiaco hibernis habitis, na
talem dn̄i, & pascha ibi peregit. In hac expediti
one fuit cū eo filius eius primogenitꝰ Carolus
ad quē post patris obitū oīs imperij summa ꝑ
uenit. Anno dn̄i. dcclxij. Pipinus rex suscepto ix
a se bello, finē imponere cupiens, tertio Aqui
taniā intrauit: captisꝫ Biturica ciuitate, & Ca-
stello Toarcis reuertiť: hiemauitꝫ ī villa Gen
tiliaco. Anno dn̄i. dcclxiij. Pipinus habito con x
uentu in Niuernis, quarto Aquitaniā intrauit:
cunctisꝫ extra munitiones vastatis, vsꝫ ad op
pidum Cadurciā, cū integro exercitu in Fran-
ciā se recepturus, per Lemonicū regrediť. Tas
silo dux Bauuarię postponens sacramēta quæ
iurauerat: & oblitus oīa bona quæ sibi auuncu
lus suus Pipinus rex fecerat, simulata infirmita
te ab hac expeditiōe per dolum se subduxit, &
in Bauuariā redijt: firmatoꝫ ad defectionē aīo

ad conſpectum regis ſe vlterius venturū abſu-
rauit. Rex aūt dimiſſo exercitu in villa Longla
xi re hiemauit. Anno dñi. dcclxiiij. Rex Pipinus
diſtracto in diuerſa aīo ꝓpter duo bella, Aqui
tanicū ſcilicet iam olim ſuſceptū, & Bauuaricū
ꝓpter Taſſilōis ducis defectionē ſuſcipiendū,
conuentū populi ſui habuit in Vuormacia: dila
taq; in futurū expeditiōe, illo anno ſe domi cō
xij tinuit. Anno dñi. dcclxv. Pipinus generalē cō
uentū in Atiniaco villa habuit: ſed & hoc anno
nuſq; mouens expeditionē, Aquis hiemauit.
xiij Corpora ſanctorū Gorgonij, Naboris & Na
zarij de Roma tranſlata ſunt in Franciā. Anno
dñi. dcclxvi. Turci egreſſi ſunt a Caſpijs por-
tis, cū Auarib⁹ bellū inierūt: multiq; ex vtriſq;
perierunt. Pipin⁹ ꝓpter cōficiendū Aquitani-
cū bellum cōuentu in Aurelianis habito, in A
quitaniā gnto ꝓfect⁹ eſt: & deſtructū a Vual
fario Argentomagū caſtrū reędificauit: diſpo-
ſitoq; ibi & in Biturica ciuitate p̄ſidio regredit̄
xiiij Anno dñi. dcclxvij. Orta q̄ſtione de ſancta tri-
nitate, & de ſanctorū imaginib⁹ inter orientalē
& occidētalem eccleſiā, id eſt inter Græcos &
Romanos, Pipin⁹ rex in villa Salmonciaco ſy
nodum habuit: ventilataq; quęſtione, ad bellū
p̄dictum conficiēdum poſt natale dñi ſeptimo
ī Aquitaniā ꝓficiſcit̄. Multis caſtellis & pagis
captis, Viennā reuertit̄: ibiq; paſcha celebrato,
& exercitu recreato, mēſe Auguſto ad reliqui
as belli ꝓfect⁹ eſt: & Bituricā veniens, conuen
tū in cāpo habuit: indeq; ad Garunnā fluuiū ac
cedens, multa caſtella & petras atq; ſpelūcas in
quib⁹ ſe hoſtiū multitudo plurima defendebat
cæpit: reuerſuſq; Bituricā, exercitū in hiberna
dimiſit. Anno dñi. dcclxviij. Pipinus in Bituri
ca natalem dñi celebrauit. Et cum primū ad ge
rendū bellum tp̄s aptū videret, euocato vndiq;
exercitu, ad Santonicā ciuitatē contēdit: capto
q; in itinere Runiſtenio cū ad vrbem p̄dictam
veniſſet, mater & ſoror & neptes Vualfarij du
cis ad eū adductæ ſunt. Quas cū pie ſuſceptas
ſeruari iuſſiſſet, ad Garunnā fluuiū ꝓficiſcit̄.
Vbi ei Hereuuigis cū alia p̄fati ducis ſorore oc
currit: ſeq; & illā regi tradidit. Reb⁹ igit̄ aliq̄t
ꝓſpere geſtis, rex reuertit̄: & in caſtello quod
dicit̄ Sels paſcha celebrauit. Aſſumptaq; ſecū
vxore ſua atq; familia, iterū ad vrbem Santoni-
cam venit: dimiſſaq; ibi vxore ac familia, cū oī
bus copijs ad perſequēdum Vualfariū ducem
aīm intēdit: nec pri⁹ deſiſtere inſtituit, q̄ aut vi
uum caperet, aut rebellantē interficeret. Quo
interfecto in territorio Petragonico, cōfectoq;
bello Aqtanico, Sanctonas reuerſus eſt: ibiq;
demorans aliq̄tā diu, ęgritudine decubuit: de-
latus tn̄ Turonos apud ſancti Martini memo

riam orauit: indeq; Pariſiū veniēs. viij. kal. O-
ctob. obijt: corpuſq; ei⁹ in baſilica ſancti Dio
nyſij humatū eſt. Filij vero ei⁹ Carolus & Car
lomānus oīm Francorū conſenſu ambo reges
creati ſunt: ea cōditione pręmiſſa, vt totū regni
corpus ex ęquo partirent̄: & Carolus eā par-
tem quā pater eius Pipin⁹ tenuerat, Carlomā
nus vero eam quā patruus eorū Carlomānus
poſſedit ſuſcęperat: & Carolus. vij. Id⁹ Octo
bris in Nouiomo ciuitate, Carlomān⁹ vero in
Sueſſiona regni ſuſcęperūt īſignia. Caroluſq;
qui maior erat natu Aquaſgrani ꝓfectus, nata
lem dñi celebrauit: paſcha vero in Rotomago
ciuitate. Suſceptę ſunt itaq; cōditiones vtrinq;
& pars regni diuiſi iuxta modum ſibi ꝓpoſitū
ab vtroq; recepta eſt: manſitq; iſta q̄uis cū ma
gna difficultate cōcordia: multis ex parte Car-
lomanni ſocietatē ſeparare volentibus, adeo vt
quidam eoꝝ etiā bello cōmittere ſint meditati.
Sed in hoc plus ſuſpecti q̄ periculi fuiſſe, ipſe
rerū exitus approbauit: cū defuncto Carlomā
no vxor eius & filij cū quibuſdā ex primorib⁹
eius Italiā fuga petijt: & nullis exiſtētib⁹ cau-
ſis ſpreto mariti fratre, ſub Deſiderij Lōgobar
dorū regis patrociniū cū liberis ſuis ſe cōtulit.
Et Carlomānus qdē poſt amminiſtratū cōiter
biennio regnū, morbo deceſſit: Carolus aūt de
functo fratre, conſenſu oīm Francorū rex con
ſtituit̄. De cuius natiuitate atq; infantia vel pu
eritia dicit actuum ei⁹ ſcriptor Eginhardus ab
eodē principe educatus, q̄ neq; ſcriptis vnq̄ ali
quid declaratū ſit, neq; quiſq̄ ſuo tp̄e inuentus
ſit, qui horū notitiā ſe habere dixerit: de actib⁹
vero & morib⁹, cęteriſq; vitę illius partibus ita
explicuit.

DESCRIPTIO CAROLI MAGNI, ET ACTVVM EIVS.



MNIVM Bellorū quæ geſſit primo Aquitanicū a patre inchoatū, ſed non-dum finitū: qa cito peragi poſſe videbat̄: fratre adhuc viuo etiam & auxiliū ferre rogato ſuſcępit. Et licet eū frater malis quibuſdā machinantibus auxilio fruſtraſſet promiſſo, ſuſceptam expeditionē ſtrenuiſſime executurus non prius deſtitit, q̄ hoc quod efficere moliebatur perfecit. Nam & Hunoldū quendam qui poſt mortē Vualfarij Aquitaniā occupauit: bellūq; iam pene peractum reparare tentauit Aquitaniam relinquere, & in Vuaſconiā fugere coegit. Quem tn̄ ibi conſiſtere nō ſuſtinēs, tranſmiſſo amne Garunna, Lupo Vuaſconū duci mandat vt perfugā reddat, quod ni feſtinato faciat bel

lo se illum expostulaturum. Sed Lup⁹ saniori
vsus consilio, nō solum Hunoldum reddidit,
sed etiā seipsum cū ꝓuincia cui praeerat, ei⁹ po
testati permisit. Quo bello finito rogatu & ꝑci
bus Hadriani pontificis Romani, insolentiam
Desiderij Longobardorū regis ferre nō valen
tis, bellum cōtra Longobardos suscępit: copi-
asq; quas adduxerat diuidens, vnam partem cū
Bernhardo patruo suo ꝑ montē Iouis ire prae-
cępit: alterā ipse ducens per montem Cinisiū,
Italiā intrauit: nec pri⁹ destitit, ꝙ Desideriū re
gem longa obsidione in Papia fatigatū in dedi
tionē susciperet, & ꝑpetuo exilio deportaret:
filiū vero eius Adalgisum in quo oīm spes sta
re videbat̃, non solum regno / sed etiā Italia ex-
cedere cōpelleret, oīa Romanis ablata restitue
ret: Rotgisum Foroiuliani ducat⁹ praefectum
noua molientē opprimeret, totamq; Italiā suae
ditioni subiugaret: subactaeq; filiū suum Pipi-
num regē pręponeret. Post cuius belli finē, Sa
xonicū quod quasi intermissum videbat̃ repeti
tum est: quo nullum neq; ꝓlixi⁹ / neq; atroci⁹
Francorūq; populo laboriosi⁹ susceptū est: qa
Saxones sicut oēs fere Germaniae nationes &
natura feroces, & idolorū cultui dediti: neq; di
uina / neq; humana iura polluere vel trāsgredi
arbitrabant̃ inhonestū haberi. Susceptū est igit̃
aduersus eos bellum, quod magna vtrinq; ani
mositate, maiore tñ Saxonū damno, per conti-
nuos. xxx. annos gerebat̃. Poterat siquidē citi⁹
finiri, si Saxonū ꝑfidia hoc pateret̃. Dictu dif-
ficile est q̃tiens superati ac supplices regi, se de-
derūt / imperata facturos polliciti sunt: obsides
qui imperabant̃ absq; dilatione dederunt: lega-
tos qui mittebant̃ suscaeperunt. Aliq̃tiens ita
edomiti & emolliti, vt etiā cultum dęmonū di
mittere, & christianae religioni se subdere velle
ꝓmitterent. Sed sicut ad hęc facienda aliq̃tiens
ꝓni, sic ad eadem peruertēda semper fuere prę
cipites. Regis vero magnanimitas aut per se /
aut per comites suos misso exercitu perfidiā il-
lorū semper vlciscebat̃, donec omnib⁹ qui resi
stere solebāt profligatis, decem milia hoīm ex
his qui vtrasq; ripas Albis fluminis incolebāt
cū vxoribus & paruulis sublatos transtulit: &
per Galliā & Germaniā multimoda diuisione
distribuit: eaq; cōditione bellū ꝑ tot annos tra-
ctum constat esse finitū, vt abiectio dęmonum
cultu / christianę religionis sacramenta suscipe-
rent. Hoc aūt bellum licet tam diu pertraheret̃,
ipse tñ non amplius ꝙ bis conflixit cū hoste: se
mel iuxta montem qui Osneggi dicit̃, in loco
Theotinelli nominato, & iterū iuxta Hasa flu
uiū: & hoc vno mense paucis diebus interposi
tis. Sed his duob⁹ pręlijs ita deuicti sunt, vt vl

terius regē neq; ꝓuocare, neq; venientē resiste-
re nisi aliqua loci munitione defensi auderent:
plures tñ eo bello tam ex nobilibus Francorū,
ꝙ Saxonū & functi summis honorib⁹ viri cō
sumpti sunt. Tandem anno tricesimo tertio fi-
nitū est. Nec minus interea Hispaniā quoq; de
bellauit: nam Aquitaniā & Vuasconiā primū
subiecit. Britones q̃q; domuit: missaq; expediti
one imperata facere coegit. Ipse postea cū exer
citu Italiā ingressus, ac per Romam iter agens
Capuā vrbem Campanię accessit: ibiq; positis
castris, beneuentanis ni dederent̃ cōminat⁹ est
Praeuenit hoc dux gentis Aragisus: filiosq; su-
os Rumoldum & Grimoldū cū magna pecu-
nia regi obuiā mittens, rogat vt filios suos ob-
sides suscipiat: seq; cū gente imperata facturū:
praeter hoc solum si ipse ad cōspectum venire
cogeret̃. Rex vtilitate gentis magis ꝙ eius ob
stinatione considerata, oblatos sibi obsides sus
cępit: eiq; vt ad cōspectum venire nō cogeret̃,
ꝓ magno munere cōcessit: & minore filio gra
tia obsidatus retēto, maiorē patri remisit: lega-
tisq; ob sacramēta fidelitatis a Beneuētanis exi-
genda, cū Aragiso dimissis Romā redijt: con-
sumptisq; ibi i sanctorū veneratiōe aliq̃t dieb⁹
Galliā reuertit̃. Baioaricū deinde bellum & re
pente ortū / & celeri fine completū est: quod su
perbia simul & secordia Tassilonis ducis exci-
tauit: qui hortatu vxoris quae filia Desiderij re
gis erat, ac patris exiliū per maritū vlcisci posse
putabat, iuncto foedere cū Hunis qui Baioa-
rijs sunt ab oriente cōtermini, nō solum impe-
rata nō facere, sed regē bello ꝓuocare tentabat
Cuius contumaciā quia nimia videbat̃ / animo
sitas regis ferre nequiuerat: ac ꝓinde cōtractis
vndiq; copijs Baioariā petitur⁹, ad Licū amnē
venit: qui Baioarios ab Alemānijs diuidit. Cu
ius in ripa castris collocatis priusq; ꝓuinciā in
traret, animū ducis per legatos statuit experiri.
Sed ille pertinaciter agere, nec sibi vel genti vti
le ratus, regi se supplex permisit: obsides q im
perabant̃ dedit: inter q̃s & filiū suum Theodo
nem: data insuper fide cū iuramēto ꝙ ab illius
potestate ad defectionē nemini suadenti cōsen
tiret: sicq; bello quod quasi maximū videbatur
futurū, celerrimus est finis impositus. Tassilo
tñ postea euocatus ad regē, neq; redire permis
sus est, neq; ꝓuincia quā tenebat vlteri⁹ duci,
sed comitib⁹ est cōmissa. Nam cū Tassilo dux
reus maiestatis iudicatus capite damnaret̃, clę-
mentia regis vita sibi cōcessa, mutato habitu in
monasteriū missus est: fili⁹ q̃q; ei⁹ Theodode
tonsus, monasticę cōuersationi deputatus est.
His motibus ita cōpositis, Sclauis qui nostra
consuetudine Vuilci, ꝓpria vero lingua Vue-

letabi dicunt bellum illatū est: in quo & Saxo
nes velut auxiliares inter cęteras nationes, ꝗꝗ
ficta & minus deuota obediētia militabāt: vna
q; hac expeditione iidē Sclaui ita sunt domiti,
vt vlteri⁹ iussis nō contrairēt. Maximū oīm ꝗ̄
a Carolo gesta sunt bellorū, pręter Saxonicū,
huic bello successit: illud videlicet quod cōtra
Auares siue Hunos susceptū est: quod ille &
animosius ꝗ̄ cętera, & longe maiori apparatu
amministrauit. Vnam tm̄ per se in Pannoniā,
nam hanc ꝓuinciā ea gens incolebat, expeditio
nem fecit: caetera filio suo Pipino ac p̄fectis ꝓ
uinciarū, comitib⁹ etiā ac legatis ꝑficiēda com
misit. Quae cū ab his strenuissime fuissent im
pleta, octauo tandē anno idē bellū consumma
tū est. Quot p̄lia in eo gesta sint, quantūq; san
guinis effusum, testat̄ Pannonia oī pene habi
tatore vacua: & locus in ꝗ regia Caiani erat, ita
desertus, vt ne vestigiū quidē humanę habitati
onis in eo appareat. Tota in hoc bello Hunorꝫ
nobilitas ꝑiit tota gloria decidit: oīs pecunia
& congesti ex longo tpe thesauri direpti sunt:
neq; vllū bellum cōtra Frācos exortū humana
potest memoria recordari quo illi magis ditati
& opib⁹ aucti sint: quippe cū vsq; in id tp̄is pe
ne pauperes viderent̄. Tantū auri & argenti in
regia repertū, tot spolia p̄ciosa in praelijs subla
ta, vt merito credi possit, hoc Francos iure abs
Saxonū, q̃ secundus a rege ꝓcurabat Saxoniā. Cuius legationē cū sibi vendicasset affinitatis causa Dankmar⁹ frater regis ex patre nō ex matre, & regali dono cessisset Geroni comiti, afflictus est Dankmar⁹ tristitia magna. Erat aūt manu ꝓmptus: acer ingenio: bellandi peritus: cuius mater filia erat matertere Sigefridi comitis: de qua suscæpit eū rex Heinric⁹, & ditauit eū prędijs multis absq; his quę fuerant matris. Eberhardus q̃q; comes iratus cōtra Bruningū quendā ex primorib⁹, collecta manu succendit ciuitatē illi⁹ vocabulo Elmeri, interfectis oīb⁹ eiusdē ciuitatis habitatorib⁹. Pro qua p̄sumptione cōdemnauit eū centū talentis: oēsq; principes qui ad hoc eū iuuabāt dedecore canū quos portabant vsq; ad vrbē regiā quæ dicit̄ Magedeburg. Vnde cōmotus Eberhardus / iunxit se Dankmaro: collectaq; valida manu, oppugnat pręsidiū quod dicit̄ Badiliki: in q̃ erat Heinricus frater regis iuuenis adhuc: dataq; militibus suis p̄da vrbis, adduxit secū Heinricū quasi vile mancipiū. Dehinc cæpit Dankmar⁹ vrbem quę dicit̄ Hereburg: seditq; in ea: & multa inde exercuit latrocinia. Rex aūt licet inuit⁹ cum multo comitatu perrexit illuc, ad reprimēdam illius insolentiā. Ciues aūt vrbis eiusdē apertis portis / introduxerunt exercitū regis. Dankmarus vero fugiēs in ecclesiā beati Petri apostoli: stansq; iuxta altare depositis desuꝑ armis, a q̃dam per fenestrā a tergo perfossus est. Eberhardus aūt Heinricū habuit secū. Qui audiens necem Dankmari, fractus animo ꝓsternit̄ suo captiuo, veniā petit: ac nequiter ꝓmeruit: ea scilicet cōditione, vt contra dn̄m & fratrē suū secū faceret cōiurationē: & si fieri posset, ipse sibi coronā imponeret. Heinricus vero eo tp̄e nimis adolescens erat, & regnādi cupiditate feruebat. Eberhardus sane Giselbertū Lotharingorū ducem, regis fidelitate disiunxerat: cui⁹ adiutorio regi nō modice resistebat. Qui Gisilbert⁹ quāq; sororē regis haberet vxorē, maluit tn̄ & ipse suscipiendi regni spe regi resistere, q̄ ei vt debu erat adiutorio esse. Habuerat aūt rex nonnullas maximas & fortissimas copias, Hermannū scilicet Sueuorū ducē, fratremq; eius Vtonē, atq; Chunradū cognoīe Sapientē. Qui q̄uis affinitatis linea Eberhardo iungerent̄, maluerūt tn̄ iuste si necessitas ingrueret, cū iusto rege occūbere, q̄ cum sanguineo iniuste triūphare. Eberhardus itaq; haud secus valuit Gisilbertū a regis fide seiungere, donec ei ꝓmitteret se illum regē facturū. Gisilbert⁹ vero Heinricū hac voluit arte decipere, vt dum suo adiutorio regem vinceret, ipse regni soliū obtineret: verū Eberhardus longe aliter disposuerat; voluit.n. si regem posset deuincere, vtrosq; regno priuare: illudq; sibi vsurpare: sicut ex verbis ipsius, quę paulo anteq̄ occideret̄ vxori suę dixerat, possumus cōijcere. Quā dum foueret in sinu, iocundare inquit in gremio comitis, in breui lętatura in amplexibus regis. Igit̄ Heinric⁹ ardens cupiditate regnandi, celebre conuiuiū fecit in loco qui dicit̄ Salaueldon: & cū esset magnus ac potēs, maiestate & potestate regali plurimis plurima donauit: & factionis huiuscemodi socios sibi ob id plurimos conciliauit. Dein ꝓfectus in Lotharingiā ad Gisilbertū ducem Belgicæ, cū ipso pariter & Eberhardo bellum fratri cœpit præparare. Quod cū regi esset nunciatum, primū non credidit: sed mox certificatus econtra ꝓperat lętus: non eorū multitudine territus, sed in dei pietatē confisus. Cūq; ad Rhenum cū suis peruenisset, iamq; fluuiū sui transmeare cœpissent, Heinric⁹ cū suis insperato in tanta vicinitate erat / q̄ ab his videri iam poterat perpauci deniq; de nauibus egressi, vix equos ascendere, seseq; armis induere poterant, cum legiones aduersę non nunciant̄ venientes / sed intuitu ipso cernunt̄ præsentes. Rex aūt in altera parte fluminis cū multitudine adhuc manēs & hæc intuens, dolorem animi motu corporis non celabat, eo q̄ non adessent naues per quas Rhenū transcendere posset. Nec tempus subitanei certaminis in vlteriori ripa constitutos aliud sinebat cogitare, nisi aut corā hostibus cadere debere / aut certe armis vitā defendere. ¶ Recordatus itaq; populi dn̄i, qui repugnantes sibi Amalechitas orationibus Moysi serui dei deuicit, ꝓtinus de equo descendit: lacrimansq; cū omni populo ante lanceā in qua victoriosi claui manibus pedibusq; redemptoris nostri affixi erant inclusi / sese ꝓstrauit: quantū q; iusti viri oratio (scd'm q̄ Iacobus ait) valeat, res manifesta probauit. Hi nanq; qui in ripa vlteriori erant, sarcinas & impedimēta quæq; in locum qui dicitur Xantus transmittebant, sese inuicē cohortati, hostes præcipiti cursu inuadebant. Cumq; esset piscina inter hos & hostes, Saxones diuisi, vna pars ex aduerso ruit in hostes, altera insequitur a tergo: & in medio hostes opprimentes, pauci væhemēter vrgebant plures. Neq; enim nostratiū supra centū armatos fuisse perhibet̄: hostiū vero satis magnus erat exercitus. Sed cū fronte pariter & a tergo vrgerentur, qua parte potissimū cauere debuissent / inꝓmptu non erat. Rege itaq; orante, cū ex suis nullus occūberet, hostes omnes in fugam conuersi sunt: nōnulliq; eorū cur fugerent ignorabant: quoniā quidem præ paucitate hostes insequentes videre non poterant.

¶ Ex nostris etiã fuere qui gallica lingua loqui sciebant: qui clamore in altũ gallice leuato, exhortati sunt aduersarios ad fugã. Illi socios huiusmodi clamãtes arbitrati, fugã vt clamatũ est inierunt. Cęsis igit̃ plurimis, Heinricus vehementer in brachio est percussus: & quanq̃ loricę triplicis fortitudo, vsq; ad carnẽ nõ admitteret ensis aciem, pondere tñ percussionis acerbę brachiũ adeo est in liuorẽ conuersum, vt nullis medicorũ curis ita mederi posset, quin toto illo anno percurrente dolorẽ magnũ sentiret. Quidam ex Thuringis noĩe Teti mandauit ad pręfectos vrbiũ quę erant in oriente partis Heinrici de victoria regis, & quia ipse Heinricus cecidisset in bello: egitq; callide, vt oẽs se traderent regiæ potestati. Ipsi autem duæ tantummodo ex omnibus remanserant vrbes, Meresburg, & Schidingori. Qui audiens de defectione vrbium suarũ, fractusq; recenti regis victoria, cũ nouẽ tm̃ armatis iter arripuit: Saxoniãq; iam tardius adiens, vrbẽ Meresburg ingressus est. Quo rex cõperto & ipse reuersus est: vrbemq; in qua frater erat obsedit. Ille aũt cum nõ posset fortiori resistere, post duos ferme mẽses tradita vrbe/egressus est ad regẽ. Cui datę sunt induciæ. xxx. dierũ, quatenus cũ militib⁹ sibi cohęrentibus secederet a Saxonia: si cui vero illorum regem adire placeret, veniæ locũ haberet. Heinricus itaq; discedẽs a Saxonia/Lotharingos iterũ adijt, & cũ duce Giselberto aliquandiu mansit. Iterũ ducit̃ exercitus, contra Gisilbertũ, & omnis regio eius subiacens imperio, igni tradit̃: obsessusq; in castello Kieuermont, quod est Capre mons elapsus fuga inde, ꝓficiscitur. Et cũ obsidio difficultate locorũ parum ꝓcederet, vastata vndiq; regione/reuersus est in Saxoniã. ¶ Est aũt in confinio Alsatiæ castellum vocabulo Brisach, de quo oĩs adiacens pagus appellat̃ Brisach gouue: quod fert̃ olim fuisse illorũ qui Harelungi dicebant̃. Tunc aũt tp̃is erat in ditione Eberhardi, in quo ipse suorum multitudinẽ posuit militũ. Quorũ terrore nõ solum magnã partem præfatæ ꝓuinciæ sibi vendicabat, verũ etiam circa fideles regis misere laniabat. Ad quod obsidẽdum rex ꝓfect⁹ cũ castra posuisset, cõsilio vt fert̃ Friderici Mogontinæ sedis archiep̃i ex pontificibus multi fixis in circuitu tentorijs, sed noctu relictis, a fide defecerũt: deserẽtesq; regẽ/clam domũ redierunt, Friderico subdole ibi remanente vt fert̃. Erat autẽ idem Fridericus successor Hildiberti p̃dicti sancti viri, & ipse q̃ntum ad humanũ iudicium bonis operibus deditus, nisi q̃ aduersariorũ domini sui regis fauebat partibus: quod quidem fama multis commendabat, ipse vero omni annisu negabat. Milites vero regis considerantes pontificũ discessionẽ, suadebant ei, vt & ipse Saxoniã repetens, hanc desereret regionem. Quibus rex imperterritus, vt Iudas Machabæus suis quondam, nolite ait talia loqui, & si appropinquauerit tempus nostrũ, moriamur oẽs in virtute: & nõ inferamus crimẽ gloriæ nostræ: melius est. n. ꝓ vera iustitia mortẽ subire, q̃ fugiendo turpiter viuere. His & alijs talibus dictis nõ solum eos a fugæ ꝓposito reuocauit, verũ etiam væhementer vt pugnarent animauit. Comes quidam cũ eo tunc erat, cui⁹ militũ multitudo regis aciẽ condecorabat. Hic videns plurimorũ ab rege defectionem, reputabat secum nihil sibi tunc a rege negari ꝓpter instantẽ necessitatẽ: rogauitq; suis suorũq; vsib⁹ cõcedi abbatiã Lauresheimẽsem. Rex aũt intelligens quid petitio illa portenderet, ei corã omnib⁹ ait. Obedire oportet deo magis q̃ hoĩb⁹. Quis enim sanũ sapiens ignorat, te hæc nõ humilitate petitionis, sed cõminationis autoritate dixisse. Scriptũ est. Nolite sanctum dare canibus. Quod q̃uis spiritualiter intelligendum prædicet̃, ego tñ sanctum me canibus dare iudico, si monasteriorũ prædia quæ a religiosis viris tradita sunt, deo militantibus tulero, & sęculo militantibus tradidero. Tibi vero tam ꝓcaciter iniusta petenti, sub testimonio toti⁹ populi, nec hoc/nec aliud vnquam te a me accepturũ testificor. Si tibi cordi est cum cæteris infidelibus auolare, quanto citius/tanto melius.

¶ His ille auditis/rubore ꝑfusus, ad pedes regis corruit: seseq; peccasse corã omnibus pœnituit. Eberhardus aũt & Gisilbertus audientes regem esse in partibus Alsatię, collecto permagno exercitu/alueum Rheni apud Andernacũ transeũt: regis fideles circunquaq; demoliri ꝓcedunt. Vto sane frater Hermãni ducis Sueuorum, necnõ & Chunradus cognomento Sapiens, ipsis in partibus erant: sed quia eorũ copię istorũ copijs impares extiterant, his occurrere trepidabant: eos tñ cum spolijs multis redeuntes pone secuti sunt. Cumq; paululum ꝓcessissent, quidam sacerdos flens & eiulans eis obuiauit: interrogatusq; ab eis vnde veniret/aut cur fleret, ab istis inquit prædonibus vnũ paupertatis meæ solatiũ quod habui ablatũ est iumentum. Quem cum interrogarẽt si Gisilbertũ & Eberhardum vidisset, aut vbi essent, cunctis ait cum præda Rhenũ transmissis, ipsi soli cũ suis electis, quod nec bene vertat, cibum capiũt. Hoc illi audiẽtes/summa cũ celeritate sup eos irruunt: moxq; Eberhardus occidit̃: Gisilbertus vero in fluentũ equo ꝓsiliẽs vndis submergitur: quas quia absorbere nõ potuit, anima re.

cedente defecit: cæterorũ vero nullus aufugit,
quin aut viuus caperet̃, aut gladio truncaret̃.
Cuius rei nuncius cum regi iuxta consuetudi-
nẽ mane ad ecclesiã quæ longe a castris aberat
tendenti occurreret, mox de equo descendit, se
seq; cũ lacrimis deo gratias agẽs in orationẽ de
dit: qua expleta, itinere cœpto ad ecclesiã pertẽ
dit. Huius tñ euentum rei Gallicus ille scriptor
cuius supius mentionẽ feci/ aliter narrat dicẽs.
Ludeuuicus Caroli filius qui de transmarinis
partibus reuocatus, tunc regnauit in Gallia cũ
Hugone Cisalpino principe in pago Alsatio
Belgas exteriores qui ad se nondum venerant,
asciscebat: & qui Ottonis partibus fauebãt/ vl
tra Rhenũ fugere cõpellebat. Præsenserat ete-
nim Ottonẽ velle Belgicam in suũ ius trãsfun
dere: vñ & truculentius contra illum agitans,
quicũq; illius videbant̃/ a Belgica exturbauit:
qui vero sibi cõsentiebant, cõsilio Gisilberti du
cis Belgicę/ & Theoderici comitis sacramento
sibi astringebat. Otto vero Belgas cõperiens a
se defecisse, & ad Ludeuuicũ confluxisse, Rhe
no transmisso, Belgicã cum exercitu ingredit̃,
eiusq; loca plurima incendijs, ac ingenti præ-
da deuastat. Nitebat̃ enim ac si ex paterna tradi
tione princeps fieri Belgicę. Id vero contra ius
agere calumniabat̃, cum eius pater ꝓpter Scla
uorum infestationẽ, Saxoniæ tñ, quę est pars
Germaniæ, dux constitutus sit: eo ꝙ Carolus
Ludeuuici pater, cui rerꝝ summa debebat̃, tunc
adhuc in cunis vagiret. Multam itaq; prædam
Otto abducens/ Rhenũ transijt. At Gisilbertꝰ
dux dedecoris iniuriã vltũ ire festinãs, collecto
exercitu post hostẽ accelerat: trãsiensq; Rhenũ
terrã illam solotenus incendijs ingentibus va-
stat: armentorũ etiam pecudumq; prædam ni-
miam exercitus cõgregat/ & abducit. Iam ve-
ro flumen ingredi parabant: & ecce Otto ex to
ta Saxonia collectas copias accelerãtibus indu
xit. Belgę itaq; cũ duce suo indubitãter reniten
tes, cũ Germanis secꝰ flumẽ signis infestis cõ
gressi sunt: & ex vtraq; parte multi funduntur.
Qua die Germanorũ victoria ęgre sustentata,
tamen enituit. Nam cũ duæ tertię eorũ fusæ ia-
cerent, & Gisilbertus suos defecisse adeo/ ad-
uersarios autem illęsos arbitraret̃, in tanta con-
fusione rerũ fuga periculum euadere nitebat̃,
in fluentũq; equo ꝓsilijt. Qui cũ fluminis pe-
lagus enatare nõ posset, vi vndarũ victꝰ perijt:
sessoremq; immersit. At Belgæ interitũ ducis
ignorãtes, totis viribus decertabãt: tantoq; ege
runt robore, donec post execrabilem innume-
rabilemq; interitũ eorũ qui relicti fuerant, alij
caperentur, alij in fluuiũ demergerent̃. Lude-
uuicus aũt rex Gisilbertũ extinctum cõperiens
multã in eiꝰ casu miserationẽ habuit: ꝓfectusq;
in Belgicã, vxorẽ eiꝰ Gerbirgã Ottonis fororẽ
cõiugio duxit. Hac occasionis diuersitate, vno
tamẽ exitus fine necẽ ducis vterq; scriptor Gal
licus scilicet & Saxonicus testat̃: penes lectorẽ
vero erit cui magis credat̃. ¶ Hoc in tempore
Bertholdus Baioariorũ dux, Arnoldi ducis fra
ter, vir strenuus, toto conamine fauebat regis
partibus. Volens itaq; rex vt quẽadmodum tri-
bulationis præteritæ, ita & letitię præsentis fie
ret particeps: sequẽti statim die vt de morte ad-
uersariorũ audiuit, quanta erga se dñs fecerit,
directis nuncijs ei aperuit. Et quum coniugali
connubio minime tenebat̃, in augmẽtum leti-
tię demandauit sub iuramento, vt si sororem su
am scilicet Gisilberti viduã posset habere, eam
coniugio illi copularet: si vero hoc minus ꝓce
deret, filiã ipsiꝰ Gisilberti ex eadem sorore sua
genitam quã penes se habebat fere iam nubilẽ
ei iungeret. Quo audito, Bertholdus immẽso
est gaudio affectus: elegitq; nondum nubilem
potius filiã expectare/ ꝙ matrem quæ iam nu-
pserat tollere. Fridericus igit̃ archiepiscopus,
vt infidelitas quã occulte gestabat cunctis pate
ret, decẽ diebus ante necẽ prænominatorũ dis-
cessit a rege: Mogonciãq; cõcitus veniens, nil
ibi moratus/ Metẽsem vrbẽ adijt. Disposuerat
enim Heinricus frater regis redeuntibus Eber-
hardo & Gisilberto cũ eodẽ Friderico istic ex-
ercitum cõgregare: sicq; regi in Alsatia manen
ti, bellum maximũ præparare. Cumq; illo ten
deret idem archiepiscopus, insperato occurren
tes ei nuncij, mortẽ iam sæpius nominatorũ ei
indicauerũt. Quo audito, consternatus animo
quid ageret ignorabat. Interea rex Alsatiã dese
rens, Franciã occupabat. Cuius metu Mogon
ciæ ciues perterriti, redeuntẽ archiepiscopũ in-
tra vrbis mœnia non suscipiunt. Vnde factum
est, vt nõ multo post a quodam regis fideli ca-
ptus, & in sui pręsentiam ductus, custodiæ in
Saxoniã sit traditus. In qua paruo tempore cõ
moratus, miseratione regis vt erat clæmentissi-
mus, pristinæ dignitati est restitutus. Heinricꝰ
aũt fratris timore cõpulsus, castellum Kieuer-
mont non solum ingenijs hominũ/ verum etiã
natura ipsa munitum ingredi voluit: sed soror
eius vidua Gisilberti eũ ꝓhibuit, dicens ad eũ.
Non te miseriarũ mearum quas perempto ma
rito meo perpetior piget, quin etiã munitioni-
bus meis te includendo/ regis iram super hanc
regionẽ velut aquã effundas. Non patiar: nec
enim tanta vęcordia mihi erit innata, vt ex me-
is incõmodis tua compares cõmoda. His audi
tis, Heinricus Lotharingos deseruit, & in re-
gnũ Ludeuuici secessit. Præfecit aũt rex regio

ni Lotharingorū Ottonem filiū Richuuini vt
regnū procuraret, & nepotem suū Gisilberti
filiū bonę spei puerulū nomine Heinricū nu-
triret. Heinricus aūt frater regis dū aliud quid
faceret ignoraret, assumptis secū quibusdam
epīs, quorū iuuaret auxlio, quadam die nudis
pedibus ad pedes regis ipso ignorante puenit:
supplexq; misericordiā implorauit. Cui rex ait
Indignū facinus tuū / veniam nō meretur: verū
quia video te humiliarū coram me, nō inducā
malū sup te. Iussit itaq; rex eū ad palatiū Inge-
lenheim ꝓficisci, sollertiq; cura eū custodiri: ꝗ
ad remota paululū mentis ęgritudine quid sup
eo facereret / consilio prudentū definiret. Post
hæc vicina sibi semp clementia aliquantis vrbi
bus illius vsibus concessis / permisit eū in Lo-
tharingorū regione habitare. Deinde in proces
su temporis defuncto ducē Baioariorum Ber-
tholdo, monitu & intercessione sanctę matris
suæ pręfecit eū regno eidem, faciens cū eo con
cordiā & pacem: in qua etiā fideliter permansit
in finē. Erat aūt ipse Heinricus copulatus ma-
trimonio filię ducis Arnoldi, fœminę egregię
formę, mirabilisq; prudentię. Igitur cum bella
intestina simul & externa cessarent: legesq; di-
uinę & humanę / autorali vigore pollerēt, gra
uis persecutio monachis orit̄ illis diebus: affir
mantibus quibusdam pontificibus / melius vi-
deri paucos vita claros / ꝗ̄; plures negligētes in
monasterijs esse: ideoq; oportere conuersatio-
nes eorū per monasteria perspicere, & non be
ne cōuersantes abijcere: obliti nisi fallor senten
tię patrisfamilias perhibētis, seruos zizania de
tritico non eruere, sed sinere vtraq; ad messem
crescere: ne vno īcaute eradicato / damnū fieret
in altero. Quod & in his factum est. Nam plu
res ꝓpriæ infirmitatis cōscij, deposito habitu,
& relictis monasterijs, graue onus sacerdotū
deuitabant. Fuerunt plures qui summū pontifi
cem Fridericū hoc non pure / sed subdole effe-
cisse arbitrati sunt: quatenus virū venerabilem,
regiq; fidelem Hademarū abbatē Fuldensem,
si quo modo posset / dehonestaret. Ipse.n. ab-
bas vir erat magnę prudentię & industriæ: sub
cuius temporibus Fuldense templū famosum
est igne consumptū: sed ab eo in melius restau
ratū. Hic eundem pontificē secunda coniurati
one culpabilem sub custodia tenuit: primū qui
dem honorifice: sed cū literas ab eo scriptas re-
præhendisset / satis seuere. Pontifex vero dimis
sus dum vltionē quæreret, nec contra tantū vi
rum præualeret, humillima monasteria statuit
tentare, si forte ad excellentissima posset ęquali
ter ꝓcedere. Sed huiusmodi simulatiōes incas-
sum ꝓfusę sunt: nam abbas in gratia & amici-
tia regis permansit: & causis intercurrentibus,
pontifex quod voluit / nō impleuit. Rex aūt de
die in diē ꝓficiens, paterno regno non conten
tus / abijt in Burgundiā: regemq; cū regno in
suam accæpit potestatē. Defuncto aūt Ottone
Lotharingorū præside, ac regis nepote Hein
rico Giselberti filio, ducatū regionis Chunra
do rex cōcessit: cui & vnicā filiam suā Luitgar
dam desponsauit: q erat adolescens acer & for
tis, domi militiaq; optimus: cōmilitonib⁹ suis
charus. Huic Luitolfus filius regis nimia dile-
ctionis familiaritate astrictus est. Post hæc rex
Otto cum Ludeuuico rege per legatorū inter
uentum conciliatur: quod eidem Ludeuuico
postea multū ꝓfecisse probat̄. Soror aūt regis
Gerbirga genuit Ludeuuico filios duos, Ca-
rolum & Lothariū: qui & patri postea succes-
sit. Ludeuuicus itaq; a ducibus suis circūuent⁹
primū a Rhodomensibus, ad quos Hairoldū — forte. Rothomagēsibus
filiū Thurmodi Baiocensiū principis fugiens
solus ingressus est, capit̄, Haioroldoq; tradit̄: — forte. Beluacensiū
sed dato minore filio obside / dimittit̄: statimq;
a duce Hugone captus, Lugdunū sub custo-
dia publica est missus. His auditis rex sup ami-
ci fortuna satis doluit: imperauitq; expeditionē
in Galliā contra Hugonē in annū secundum.
Ille annus notabilis fact⁹ est, de morte Edidis
reginę. vij. kal. Feb. defunctæ: quę nata ex gen
te Anglorū, non minus sancta religione / ꝗ̄; re
gali potentia claruit. Decem annis regni cōsor
tia tenuit: vndecīo obijt. Saxoniā vero. xix. an-
nis inhabitauit. Reliquit filiū noīe Luitolfum:
oī ꝟtute animi & corpis, ea ętate nulli secūdū:
filiā ꝗq; noīe Luitgardā, quæ nupserat Chun
rado duci. Sepulta est aūt in ciuitate Magade-
burgēsi. Post cuius excessum rex omne studiū
trāsfert in filiū: factoq; testamēto / creauit eū re
gē post se. Ipse aūt tener adhuc erat adolescens
annoꝝ. xvi. Rex aūt in Galliā ꝓficiscens, expe
ditione festinat intrare regnū Caroli, causa vin
dicādę iniuriæ amici sui Ludeuuici. Quod au-
diens Hugo legatione missa iurat p animā pa-
tris sui, q tanta sibi armorū copia esset, quantā
rex nunꝗ̄; vidisset: addiditq; cōtemptū loquen
do vane tumideq; super Saxonib⁹, quia imbel
les essent: & quia facile posset vna potione se-
ptē Saxonica tela obsorbere. Ad hoc rex famo-
sum satis reddidit responsum, sibi fore tantam
multitudinē pileorū fœninorū quos ei repre-
sentari oporteret, quantā nec ipse / nec pater su
us vnꝗ̄; videret: & reuera cū esset magnus val-
de exercitus. xxx. scilicet duarumq; legionum,
nō est inuentus, qui fœnino non vterer̄ pileo,
nisi abbas Corbeius cū tribus suis sequacibus.
Dimissus igit̄ Ludeuuicus occurrit regi: iun-

giturq; cum suis eius exercitui. Occurrit eis cũ
magna expeditione: & Chunradus rex Genau
rorum quem Ludeuuicus etiã vocauit in auxi-
lium. Iuncti ergo pariter Lugdunũ adeũt: sed
eam locorũ asperitate capere nõ valentes / Re-
mensem ciuitatẽ expetũt: vbi nepos Hugonis
ducis Hugo contra ius & fas subrogatus erat
episcop⁹ legitimo pontifice adhuc supstite. Vr
bem vero armis capientes / iniustum sacerdotẽ
expellunt: legitimumq; sedi ppriæ restituunt.
Post tres itaq; menses rex Saxoniã cum inco-
lumi exercitu rediit: omnibus quę armis exqui
sita sunt Ludeuuico regi relictis. Hugo aũt ex
pert⁹ potentiã regis, Saxonũq; virtutẽ, nõ pas
sus est eos vltra terminos suos hostiliter intra-
re: sed anno sequenti in eandem expeditionẽ re
gi pergenti occurrit, iuxta fluuiũ qui dicit̃ Kar
& iuxta imperiũ regis cum dño suo Ludeuui
co pactũ iniit, manus dedit, vtilisq; pinde man
sit. Concurrẽtib⁹ aũt vndiq; ad regẽ pceribus
venit & vir ditissimus Sueuorũ dux Heriman
nus, qui post congratulationis affabilitatem /
talibus est regem aggressus sermonibus. Non
clam dño meo est, me prędiorum latitudine ac
pecuniarũ vniuersitate prædiuitem / absq; libe-
ris esse: nec est præter vnicã filiam meã paruu
lam / qui mearum rerũ hæres existat, me exce-
dente. Placeat itaq; tibi domino meo regi / filiũ
tuum Luitolfum mihi adoptare in filiũ, quate
nus vnicę filiæ meę coniugio copulatus, mea
rum rerũ fiat hęreditate magnificus. Placuit re
gi consiliũ ducis: & quod poposcit / sine dilati
one cõpleuit. In breui post hęc socer moritur,
cum ducatu / omni possessione derelicta gene-
ro. Qui accepta potestate, animũ tranquillum
quẽ in puero gessit / exuit: armatũq; militem in
Italiam ducens, aliquãtis ibi vrbibus captis, &
sub custodiã traditis, redit in Franciam. ¶ Eo
tempore vsurpato imperio regnauit in Longo
bardia homo ferus & auarus, & qui omnẽ iu-
stitiam pecunia venderet Berengarius, qui ad
eundem regem Ottonẽ quondam venit, Hu-
gonem regem Italiæ fugiens, benigneq; ab eo
tractatus, cũ multam pecuniã Hugo p eo da-
re vellet / nõ est redditus. Hic cum postea depul
so Hugone regnaret, veritus virtutẽ singularis
prudentiæ reginę Adelheidis a Lothario Hu
gonis filio relictæ, in multis eam afflixit, quo
tanti decus splendoris, aut extingueret / aut cer
te obscuraret. Hæc aũt filia fuit Rudolfi regis
Burgũdionũ, & in Italia regnauit: & dominæ
Berthæ reginæ Burchardi Alemannorũ ducis
filiæ, quã defuncto Rudolfo rex Hugo in cõ
iugium duxit: filiãq; illius filio suo Lothario
copulauit. ¶ Illo in tempore pficiscĩt rex in mi
litiam contra Bolizlaũ regem Boemorum: &
cum capienda esset vrbs, quę dicebat̃ Noua, in
qua clausus obsidebat̃ Bolizlai filius, prudenti
rex consilio diremit præliũ, ne miles in capien-
dis hostiũ spoliis aliquod incideret periculum.
Considerata itaq; virtute regis & innumera ex
ercitus multitudine, Bolizlaus egressus vrbe,
maluit tantę maiestati subiici / q̃ vltimam per-
niciem pati. Sub signis igitur stans / & regẽ au
diens, responsaq; reddens, veniã tandem pme
ruit. Inde rex plena victoria gloriosus fact⁹, in
Saxoniã est regressus. Cumq; virtus præfatæ
reginę illum nõ lateret, simulato itinere Romã
pficisci statuit. Et vbi Longobardiã intrauit,
amorẽ reginę prędictæ muneribus super se p
bare tentauit. Quo fideliter perito, in cõiugiũ
sibi eam sociauit: & cũ ea vrbem Papiã quę se-
des est regni / obtinuit. Quod audiẽs filius ei⁹
Luitolfus, tristis ab eo discessit: profectusq; in
Saxoniã, aliquãdiu moratus est in loco consi-
liis funesto Salaueldon. Rex vero in Italia cele
bratis iuxta regalem magnificentiã nuptiis, p-
ficiscĩt inde cũ noui matrimonii claritate / actu
rus pximum pascha in Saxonia. Persuasus &q;
rex Berengarius a Chunrado duce, cui Papia
cũ præsidio militari relicta erat custodiẽda, re
gem subsecutus est in Germaniã, pacem cũ eo
facturus, & per omnia iussis eius obtemperatu
rus. Qui regiã veniens ad vrbem, iussus est in
hospitio sibi parato manere: neq; enim faciẽ re-
gis per triduũ pmeruit videre. Quod ęgre tu-
lit Chunradus, q eũ adduxerat: pariterq; Lui-
tolfus filius regis, qui vnũ cũ eo sentiebat. Post
hæc rex regem alloquit̃: & in gratiã regis ac re
ginę susceptus, deditionis sponsionẽ dat: fœde
risq; spontanei diem locũq; vrbem Augustam
designat. Vbi cũ conuẽtus fieret, Berengarius
manus filii sui Adelberti manib⁹ suis implicãs
coram om̃i exercitu famulatui regis cũ filio se
subiugauit: & ita dimissus cũ gratia & pace in
Italiam remeauit. Ibi mirę magnitudinis lapis
tonitru ac tempestate iactus de cælo, ingẽs mi
raculum multis præbuit. Nati sunt aũt regi filii
ex serenissima regina, primogenitus Heinric⁹,
secundus Brun, tertius paterni nominis maie-
state designatus: quẽ iam tum post patrẽ domi
nũ ac patrẽ sperabat orbis vniuersus: filiam &q;
sanctę matris vocabulo insignitam. Luitolfus
aũt filius regis, & Chunradus gener ipsius no
ua quędam moliunt̃ contra regẽ. Quod cũ eũ
non lateret, circa kal. Iulii moto exercitu cõtra
eos obuias vrbes partis aduersę, aut armis / aut
deditione cœpit, quousq; Mogonciã perueni
ret, quã filius iam cũ exercitu intrauit: patrẽq;,
dictu miserabile, armatus expectauit. Ibi plus

ꝙ ciuile omniq; calamitate acerbius bellū coeptum est: machinę multę muris admotę: sed ab vrbanis destructæ sunt vel incensæ: crebrę ante portas pugnæ, raro forinsecus stationes fusæ. Cunctando enim res variabant, dum dominatorem regni foris, intus successorē timebāt. Obsidio itaq; dum sexaginta ferme dies excederet, sermo fit de pace: vnde dat̃ obses in vrbē consobrinus regis Ekbertus, quo liber in castra illis pateret accessus. Filius cum genero castra ingressi regalib⁹ vestigijs ꝓsternunt̃, spondentes pro scelere omnia se passuros, vt auxiliarij tantū amici nihil mali paterent̃. Rex autem non inueniens quomodo meritas pœnas filio inferret, fautores insidiarū expostulat. Illi autē iuramentis vicarijs obligati, & quodammodo arte antiqui hostis constricti/ hoc omnino negabant: sicq; infectare/ in vrbem redibant. Ekbertus aūt qui obses datus erat in vrbem, suasibilibus verbis regi fit aduersus: cū & antea propter correptiones eius illi fuisset iratus. Sequēti igitur nocte Baioarij comites Heinrici fratris regis, relicto eo, iuncti sunt Luitolfo: cum quibus ipse pergens, vrbem regiā Ratisponā cæpit, cum cæteris in ea regione munitissimis omnemq; pecuniā ducis Heinrici suis militib⁹ diuisit: coniugem eius cū filijs & amicis nō solum vrbe/ sed & regione excedere coegit. Hęc omnia fiebant consilio Arnoldi iunioris/ fratrumq; suorū, eo ꝙ ipse Heinricus paternū haberet ducatū. Rex vero filium subsequens, vrbem Ratisponā obsidione circundedit: sed cū multitudo machinas vrbi applicari nō sineret, satis dure interdum ab vtrisq; pugnatū est pro muris. Vrbani crebris attriti prælijs/ fame q̃q; periclitari cœperūt. Vnde Luitolfus vrbe egressus, cū principalibus viris pacem postulat, sed non impetrat: quia patri obedientiā negat. Reuersus vero in vrbem, portā orientalem obsidentem armis cōperit Geronẽ: tot victorijs/ quot prælijs clarū. A tertia igitur hora vsq; in nonā cum acriter pugnaret̃ ante portam vrbis, equo cadente, ascensor Arnoldus armis exutus, ilicoq; telis perfossus occubuit. Post biduū a muliere famem vrbis fugiente, mors illius notificatur, dum antea nesciret̃. Cuius morte vrbani satis consternati, iam de pace tractabant. Proinde interuentu principū Luitolfus iterum de vrbe ꝓgressus, dum mēse integro & dimidio obsideret̃, pacem obtinuit, vsq; ad condictum diem dum de his causis diiudicaret̃: locusq; concilij apud Fritesslari notabatur. Rex inde in patriam reuersus est: Heinricus vero nouam vrbem obtinuit. Ratispona ꝓxima nocte pene tota exusta est. Post hæc exercitandi gratia cū rex venationē ageret, in loco qui dicit̃ Suueldon, filius patri nudatis plantis ꝓsternit̃, intima tactus pœnitentia: patris primū/ deinde omniū præsentiū mouebat lacrimas. Amore itaq; paterno susceptus in gratiā, spondet se obtemperaturū omni paternę voluntati. Interea summ⁹ pontifex Fridericus ęgrotare nunciat̃: quę propter regis placitū modice differtur. Defuncto pontifice, vniuersalis conuēt⁹ populi celebrat̃. Mogoncia post annū dimidiū cū omī Frācia regi traditur. Filius & gener in gratiā suscepti sunt: qua & in finē fideliter vsi sunt. Rex ĩgressus Saxoniā circa kal̃. Iul̃. obuios habuit legatos Vngariorū tanq; ob antiquā fidem & gratiam eum visitantes: reuera aūt vt quibusdam videbatur, euentū belli ciuilis cōsiderātes. Quos cum secū aliquātis diebus retinuisset, & aliquibus munusculis donatos in pace remisisset, audiuit a nuncijs fratris ducis scilicet Baioariorū, quia ecce Vngarij diffusi inuadūt terminos tuos: statuuntq; tecum inire pugnam. His auditis, quasi nihil laboris præterito anno tolerasset, cœpit ire contra hostes, sumptis secum paucis admodum ex Saxonibus, eo ꝙ iam bellum Sclauonicū vrgeret. Castris igit̃ positis in Augustæ vrbis cōfinijs, Francorū & Baioariorum multitudo ei occurrit. Cum valido q̃q; venit equitatu in castra dux Chunradus: cuius aduentu milites erecti, iam optabant nō differri certamē. Erat dux idē natura audacis animi: & quod rarū est audacibus/ bonus consilio: & dum pedes & dum eques iret in hostem/ bellator intolerabilis: domi ac militia charus socijs. Igit̃ ab vtriusq; exercitus latrocinātibus agminibus notificabatur, nō longe ab inuicem fore vtrunq; exercitus. Ieiunio itaq; in castris prædicato, iussum est omnes ad bellū paratos esse crastino. Primo diluculo surgentes pace data & accepta: operaq; sua primū duci, deinde ab vnoquoq; alteri cum sacramēto ꝓmissa, erectis signis numero quasi octo legiones procedunt e castris. Ducitur exercitus per aspera & difficilia loca, ne daretur hostibus copia turbandi sagittis agmina, quibus vtunt̃ acerrime, arbustis ea ꝓtegentibus. Primam & secundam & tertiā legionē direxerunt Baioarij: quibus pręfuerūt præfecti ducis Heinrici: nam ipse bello aberat eo ꝙ valitudīe corporis laborasset, qua & morturus est. Quartam legionē ordinauerunt Franci: quorū rector ac procurator erat dux Chunradus. In quinta quæ erat maxima, & quæ dicebatur regia, ipse princeps erat vallatus lectis ex omnibus militū milibus, alacriq; iuuentute: coramq; eo angelus (sic enim vocabat̃ vexillū eius) denso agmine circumseptus. Sextam &

septimam legionē constituerūt Sueui: quibus
prefuit Burchardus, cui nupserat filia fratris re
gis. In octaua erant Boemi electi milites mille
armis potius instructi / q̄ fortuna: in qua & sar
cinę omnes ac impedimenta quæq;, quasi ipsa
esset tutissima, quę & nouissima. Sed aliter res
acta est. Nam Vngarij nihil cunctantes Licum
fluuiū, qui Lech dicitur transierunt: circueun-
tesq; exercitū, extremam legionē sagittis laces-
sere cœperunt: & impetu cū ingenti vociferati
one facto, alijs cæsis / alijs captis / sarcinis omni
bus potiti, cæteros legionis illius armatos fu-
gere compulerit. Similiter septimā & sextam
aggressi, plurimis ex eis fusis in fugā verterunt
Rex aūt cū aduertisset bellū ex aduerso prętē-
di, sed post tergum nouissima agmina periclita
ri, misit illuc ducem Chunradum, cū quarta le
gione qui veniens captiuos eripuit, prędam ex
cussit: latrocinantiaq; hostiū agmina perturba-
uit. Fusis latrocinantibus vndiq; aduersariorū
agminibus, dux ad regē reuertit̄: signis victri-
cibus mirumq; in modum cunctantibus vete-
ranis militibus gloria victoriæ assuetis, cū no-
uo milite & fere bellādi ignaro triumphū per-
egit. Totū igitur pondus prælij iam ex aduer-
so esse rex cōspiciēs, exhortationis gratia suos
allocutus est: monēs eos antiquarū victoriarū
& rerum sedulo bene gestarum, & vt modo in
patria nō cederent, qui sæpius & in aliena ter-
ra victores existerent: & postq; huiusmodi ver
ba plurima dedit, ad vltimū intulit. Plura loque
rer milites mei, si nossem verbis virtutē vel au-
daciā animis nostris augeri: modo melius gla
dijs q̄ linguis incipiam⁹. His dictis arrepto cli
peo ac sacra lancea ipse primus equum vertit in
hostes fortissimi militis ac optimi imperatoris
officiū gerens. Hostiū audaciores primum re
stiterūt: deinde vt socios terga vertere viderūt /
obstupefacti / nostrisq; intermixti extincti sunt
Cęterorū vero alij equis fatigatis villas proxi
mas intrant: circumfusisq; armatis cum mœni-
bus pariter concremantur: alij flumen contigu
um transnatantes, dum ripa vlterior ascenden-
tes nō sustinet, flumine obuoluunt̄ & pereūt.
Chunradus autem dux fortiter pugnās, animi
feruore & solis ardore, qui eo die nimius erat,
æstuauit: vinculisq; loricæ solutis dum auram
captauit, vulnere sagittę in aduerso gutturis de
fixę cecidit. Cuius corpus imperio regis hono
rifice collectum, transportatur Vuormaciam:
ibiq; sepelitur cum fletu & planctu omnium
Francorum. Ipsa vero die belli inuasa sunt ca-
stra / & captiui oēs erepti: secundo die aūt ac ter
tio a vicinis vrbibus reliqua multitudo in tan-
tum consumpta est, vt nullus aut rarus euade-
ret. Tres duces gentis Vngaricæ capti, duciq;
Heinrico pręsentati, mala morte vt digni erant
mulcati sunt: suspendio nanq; crepuerūt. Tri-
umpho celebri rex factus gloriosus, ab exerci-
tu pater patriæ ac imperator est appellatus.

¶ Decretis ꝓinde honoribus & dignis laudi-
bus summæ diuinitati ꝑ singulas ecclesias, hoc
idem sanctæ matri suę per nuncios demādans,
cum tripudio ac summa lætitia Saxoniā reuer-
titur: & a populo suo libentissime suscipit̄. Ne
q; enim tanta victoria quisq; regum intra du-
centos annos ante eū lętatus est. Rebus igit̄ ri
te cōpositis per omnē Franciam Saxoniāq; &
vicinas circunquaq; gentes, Romam ꝓficisci
statuens, Longobardiā perrexit. Vbi qualiter
regem Longobardorū Berengariū multa ma-
la cum filio suo Adelberto ecclesijs dei inferen
tem duobus annis obsederit, captumq; cū con-
iuge & filijs in exiliū miserit, Romanos duo-
bus prælijs vicerit, duces Beneuentorū subiece
rit, Gręcos in Calabria & Apulia superauerit,
terra Saxonica venas argenti aperuerit, imperi
um cum filio sibi ęquiuoco q̄ magnifice dilata
uerit, maioris est operis: ideoq; conscribi non
valet a nobis. Hoc tm̄ breuiter notandum / q̄ a
Iohanne papa literis suppliciter exoratus, qua
tenus pro amore dei sanctorumq; apostolorū
Petri & Pauli sanctam Romanā ecclesiā ex fau
cibus Berengarij suorūq; liberaret: aliorumq;
multorum episcoporū alteriusq; ordinis & lai
corum questibus motus, filiū suum Ottonem
contra morem priorū in puerilibus annis regē
cōstituens, in Saxonia dereliquit: ipse collectis
copijs Italiam percitus venit: Berengariū cum
vxore sua Vuilla & filio Adelberto captiuos
Babenberg in exiliū misit: vbi & idem Beren-
garius defunctus & sepultus est. Ipse vero Ro
mam veniens, mirifico apparatu susceptus, &
ab eodem apostolico Iohanne imperiali vncti-
one & benedictione sublimatus, imperator &
augustus est appellatus. Aliquanto aūt tempo
re in partibus illis cōmoratus, filium suū Otto
nem ad se venire fecit: q & in natali domini co-
ronam regni ab apostolico accæpit. Missa etiā
legatione Constantinopolim, filiam imperato
ris Theophanij nomine inde accæpit: quam ce
lebratis in Italia nuptijs, eidem filio suo cōiun
xit. Post hæc regressus de Italia imperator Ot-
to, cū filio rege Galliā ingressus est: inde Ger-
maniam transiturus, & proximū pascha Quit-
lingaburg celebraturus. Manēs autem ibi de-
cem & septem diebus: descendit inde ascensio-
nem domini apud Meresburg celebraturus.
Tertia vero feria ante pentecosten venit ad lo-
cum qui dicit̄ Numilcuua. Proxima nocte trās

acta hora constituta, lætus ad mensam consedit: venienteq; tempore vespertinis laudibus interfuit: sed peracto cantu euangelij, æstuare ac fatigari iam cœpit. Quod cũ intellexissent principes circumstantes, imposuerunt eum sedili. Inclinantẽ autem caput quasi iam defecisset, refocillauerunt eum: expetitoq; sacramento dominico, & accepto sine gemitu cũ magna tranquillitate spiritũ reddidit domino, Noñ. Maij quarta feria ante pentecosten. Inde transportat̃ in cubiculum: & cũ iam esset sero, transit⁹ eius nunciatur populo. Cuius corpus cum magnis lugentiũ exequijs, a filio rege iam facto translatum est in ciuitatẽ quam ipse construxit, vocabulo Magadeburg: ibiq; honorifice tumulatũ est. Huius anno primo, qui est a dominica incarnatione. dcccccxxxvij. Vngarij Franciam & Alemanniam, & Galliã vsq; oceanum Burgundiamq; deuastantes, per Italiã redierunt. Monasteria sancti Galli, & sctĩ Bonifacij cremantur. Rudolfus rex Burgundiæ, & Arnoldus dux Noricorũ obierunt.

ANNI OTTONIS .i.

ANno domini. dccccxxxviij, Heinricus frater Ottonis regis ab Eberhardo comite compræhendit̃. Anno domini. dccccxxxix. Otto rex cum fratre Heinrico & Gisilberto Eberhardoq; pugnantibus militibus suis victoriam reportat. Anno domini. dccccxl. Rege in partibus Alsatiæ castellum Brisach obsidente, episcopi quidam nocte relictis tentorijs subtraxerunt se. Eberhardus comes ab Ottone & Chunrado iuxta Rhenum occisus est. Gisilbertus dux in aqua suffocat̃. Burchardus Vuirciburgẽsis episcopus obijt. Anno dñi. dccccxli Otto rex Gallias petit. Anno domini. dccccxlij. Otto & Ludeuuicus reges pacificantur. Anno domini. dccccxliij. Anno domini. dccccxliiij. Vngarij cum Baioarijs pugnant, & vincuntur. Anno domini. dccccxlv. In Italia cometa miræ magnitudinis apparuit: portendens famẽ quæ secuta est. Anno domini. dccccxlvi. Otto rex totam Lotharingiã sibi subiugauit. Anno domini. dccccxlvij. Bertholdus dux Baioariorum frater Arnoldi ducis morit̃: & Heinrico fratri regis ducatus committitur. Edith regina obijt. Anno domini. dccccxlviij. Anno domini. dccccxlix. Heremãnus dux Alemãnorũ moritur: pro quo Luitolfus filius regis Ottonis dux constituit̃. Anno domini. dccccl. Otto rex Italiam petijt: eamq; sibi subiecit: rediensq; Papiam Chunrado duci Lotharingorũ tuendam commisit. Anno domini. dcccccli. Berenger rex Longobardorũ, Chunrado suadẽte apud Augustã cũ filio suo Adelberto ad deditionẽ venit: factusq; miles regis, remissus est in regnũ cum pace. Anno dñi. dcccclij. Otto rex Italiam intrauit causa Adelheidæ reginæ: ipsaq; accepta vxore, nuptias celebrauit Papiæ. Anno domini. dcccclij. Luitolf⁹ dux patri rebellat: & dux Chunradus cum eo. Anno domini. dcccccliiij. Vngarij Italiã petunt, Noricum & Franciam. Anno domini. dcccclv. Vngarij totam Baioariam depopulantes, iuxta Augustam Alemãniæ vrbem ab Ottone rege pugna victi, immensa cæde necant̃. Anno domini. dcccclvi. Luitolfus dux Italiã hostiliter intrauit. Anno domini. dcccclvij. Luitolfus Adelbertum vincit: & ipse eodem anno morit̃. Anno domini. dcccclviij. Cruces in vestibus hominũ apparuerunt. Anno domini. dcccclix. Anno domini. dcccclx Poppo Vuirciburgẽsis episcopus obijt. Anno domini. dcccclxi. Anno domini. dcccclxij. Otto rogatu Iohannis papæ, & querimonia multorum de Berengario & filio ꝓclamantiũ Romam tendit: ibiq; imperator ab eodem papa factus, Berengarium capit: & cum coniuge sua Vuilla nomine, ad castellum Babenberg misit: vbi & præsentẽ vitam clausit. Anno domini. dcccclxiij. Otto impator natale domini Papiæ agit. Anno domini. dcccclxiiij. Otto impator natale domini Romæ morat̃: vbi & filius eius Otto coronat̃. Anno domini. dcccclxv. Anno domini. dcccclxvi. Anno dñi. dcccclxvij. Otto impator de Italia redit. Anno domini. dcccclxviij. Anno domini. dcccclxix. Mahthildis mater imperatoris obijt. Anno domini. dcccclxx. Anno domini. dcccclxxi. Signum quoddam ignei coloris in cælo apparet. Anno domini. dcccclxxij. Anno dñi. dcccclxxiij. Anno domini. dcccclxxiiij. Otto ĩpator obijt, Noñ. Mai. Eodem anno sanctus Vdalricus migrauit: anno episcopat⁹ sui quinquagesimo. Post Iohannem papam Benedictus ordinatur. cxxij. post quem item Benedictus. cxxiij.

Anni Ottonis secundi.

ANno dominicæ incarnationis. dcccclxxv. ab vrbe autem cõdita mil. dccxxvi. Otto secundus Magni filius. lxxxij. loco ab Augusto regnare cœpit: & annis. ix. reg. Hic viuẽte patre in regnũ electus, Romæq; ab apostolico regni corona decoratus, mox vt pater defunctus est, ab omnibus qui aderant denuo eligit̃: & in regni sede locatur. Anno domini. dcccclxxvi. Anno domini. dcccclxxvij. Anno domini. dcccclxxviij. Igneæ acies visæ sunt in cælo per totam noctem. v. kal. Nouemb. Anno domini. dcccclxxix. Anno domini. dcccclxxx. Anno domini. dcccclxxxi. Anno dñi. dcccclxxxij.

capite alij milite.

Otto imperator apud Calabriã capite occiso a Græcis, de naui exiliens/natatu ausugit. Otto dux Sueuorum obijt: Chunradus successit. Anno dñi.dcccclxxxiij. Otto imperator Romæ morit.vi.Id. Decemb.ibiq; sepelit. Poppo iunior Vuirciburgensis episcopus obijt.

Anni Ottonis tertij.

ANno dominicæ incarnationis. dcccclxxxiiij.ab vrbe cõdita mil.dccxxxv. Otto tertius Ottonis secundi filius admodũ puer. lxxxiij.loco ab Augusto Romanũ imperium suscepit: & ãnis.xvij.regnauit. Anno domini.dcccclxxxv. Anno domini.dcccclxxxvi. Anno domini.dcccclxxxvij. Anno domini. dcccclxxxviij. Fames facta est magna. Anno dñi.dcccclxxxix. Hugo Vuirciburgẽsis episcopus obijt. Anno domini.dccccxc. Carolus dux morit: Otto filius eius succedit. Anno domini. dccccxci. Anno domini.dccccxcij. Remis synodus congregatur. Anno domini.dccccxciij. In Burgundia Vdelo ex clerico prinatensi monachũ pfessus, in Cluniacensi cœnobio præficitur. Anno domini.dccccxciiij: Sanctus Adelbertus episcopus de Praga ciuitate a Prucis martyrio coronatur. Berenuuardus episcopus Vuirciburgensis obijt. Anno dñi.dccccxcv. Heribertus Coloniensiũ archiepiscopus ordinatus, multa sanctitate claret. Anno domini. dccccxcvi. Anno domini.dccccxcvij. Chunradus dux obijt. Cui Herimannus successit. Anno domini.dccccxcviij. Anno domini.dccccxcix. Terręmotus maximus factus est. Anno dominicę incarnatiõis Millesimo, anno regni sui.xviij. Otto imperator tertius obijt.v.kal.Feb.eo videlicet anno q ab incarnatione domini inscribitur millesimus primus. Cuius intestina Augustæ, reliquum corpus Aquisgrani sepelitur.

Anni Heinrici secundi.i.

ANno dominicæ incarnationis mil.i.ab vrbe autem cõdita mil.dcclij. Heinricus secundus primũ dux Baioariæ, deinde Ottone tertio absq; filijs defuncto, in regni prouectus culmine.lxxxiiij.loco ab Augusto regnum accæpit: & annis.xxiij. ac menses.v.regnauit. xij annis sub nomine regis.xi.dignitate & nomine imperatoris. Hic in regni sede sublimatus, cum Heinricũ Marchionẽ, aliosq; in initio regni sui sibi resistentes superasset, Italiam & Boemiam ac Bolizlaũ cum omni gente Sclauorũ subiugasset, data sibi requie a domino, considerans se filios non habiturũ, quippe qui vt multi testanẽ, consortẽ regni Chunigũdam nunq; cognouit, sed vt sororẽ dilexit: dominum bonorum omnium datorem habere delegit hæredem; sextoq; regni sui anno, sapiẽtũ cõsilio episcopatũ Babenberg in honore sancti Petri, sanctiq; Georgij constituit: locumq; ipsum prædiorum diuitijs & omni ornatus decore, vt impręsentiarum cernitur, copiosissime ditauit. In meridiana quoq; parte ciuitatis monasteriũ in honore sancti Stephani protomartyris sub ordine canonico construens: ex altera vero, hoc est Aquilonari aliud monasteriũ sub monachili regula in honore sancti Michaelis archangeli, sanctiq; Benedicti abbatis constituens, sibi suęq; ciuitati supra petram apostolicæ firmitatis fundatæ, muroq; & propugnaculis meritorum sancti Geoegij & cæterorum sanctorum munitæ ac exornatæ contra incentiuos vitiorũ iactat, turrim fortitudinis in Stephano, & cõtra refrigerãtes flatus illius qui in aquilone vnde malum omne pandet, sedem ponere disposuit: refugiũ certum in euangelico præparauit pręsidio, vt a dextris & a sinistris iustitię armis vallatæ, in nullo sufficiat insidiator præualere. Alijs quoq; sanctorum locis per regni latitudinẽ non minus prout opus erat munificentiæ suæ impertiuit largitatẽ: quędam dilapsa iam in melius restituens: quibusdam quæ minus suppetebant adiiciẽs. Regis aũt frater erat Brun Augustẽsis sedis eps: qui fœlicibus fratris actibus inuidẽs/ multas ei aduersitatũ iniurias in quantum potuit inferebat: & vbi per se nõ poterat/ inferentibus se adiungebat: vel alios ad inferendas exhortando/ stimulos eis incitationis subigebat. Cui frater non solum talionẽ non reddidit, verum etiã fraterna instructus dilectione, omnia dissimulando & patienter sustinendo, illum bono vincere satagebat. Horum sororem bonæ memoriæ fœminã Giselam rex Vngariorum qui Stephanus dicebat, in coniugiũ expetiuit: sed eam ducere non pmeruit, donec se christianæ religionis rudimenta, & sacri baptismatis sacramenta cũ omni gente sua suscepturum promisit. Quam pollicitationẽ vbi rebus perfecit, religiosus deoq; deuotus, postea in executione bonorum operũ permansit: quod diuina pietas post mortem eius euidentibus indicijs/ad sepulturã eius factis signorũ miraculis demonstrauit. Rex aũt Heinricus postq; bonę opinionis odorem longe lateq; redolere fecerat locumq; sibi dilectum cũ cæteris monasterijs ditando & ornãdo & excolendo ad perfectum adduxerat, diuina vocatione viam vniuersę carnis ingressus, deo reddidit animã fœliciter vt credimus.iij.Idus Iulij, anno regni sui. xxiiij. imperij autẽ.xi.vitæ vero.lij.sepultusq; est Babenberg in episcopio a se facto, in sancti Petri apostoli monasterio.

¶ Anno domini mil.ij. Heinricus rex Heinri

ci-

cum Marchionē & alios sibi resistentes cū exercitu petit. Anno dñi mil'.iij. Heinric⁹ rex Italiam Boemiā Bolizlaū ducem cum omni Sclauorū gente subiugauit. Anno dñi mil'.iiij. Fames facta est. Cometes longū tempus apparuit. Anno dñi mil'.v. Anno dñi mil'.vi. Episcopium Babenberga rege Heinrico constituit: & Eberhardus ibi ep̄s praeficit. Anno domini mil'.vij. Anno dñi mil'.viij. Brun episcopus ex monacho a Prucis multis supplicijs afflict⁹, & manibus pedibusq; abscisis, postremo capite plexus caelos petijt. Eberhardus ep̄s ordinat. Anno domini mil'.ix. Anno dñi mil'.x. Anno dñi mil'.xi. Heinricus rex Metum vrbem obsidet, donec mediante iustitia pax inter eos conuenit. Anno dñi mil'.xij. Anno dñi.mil'.xiij. Heinricus Romę imperiali benedictione coronatur a Benedicto papa. Anno dñi mil'.xiiij. Ernest dux ī venatu occidit. Anno dñi mil'. xv Simeon monachus de monte Syna hoc tempore claruit. Anno dñi mil'.xvi. Heinricus Vuirciburgensis episcopus obijt. Anno dñi mil'.xvij Anno dñi mil'.xviij. Anno dñi mil'.xix. Benedictus papa Babenberg veniens, ecclesiā sancti Stephani dedicauit. Eodem anno Vuernherus Argētinę ep̄s, cum Alemānis contra Burgundiones pugnauit & vicit. Anno dñi mil'. xx. Terręmotus magnus factus est.iiij. Id⁹ Mai. feria.v. Eo anno Heribertus Coloniensis archiep̄s obijt. Cui Piligrinus successit. Anno dñi. mil'.xxi. Indict.v.iiij. Noñ. Fer.v. anno regni gloriosi imperatoris Heinrici secundi.xxi. imperij aūt nono, ipso praesidente ac disponente, Eberhardus primus ecclesiae Babēbergēsis episcopus, ordinatiōis suę anno.xiij. dedicauit ecclesiā sancti Michaelis in mōte, in honore eiusdem sancti archangeli, sanctiq; Benedicti abbatis. Huic igit consecrationi interfuerunt episcopi multi, scilicet Aribo Mogontinus, qui altare sancti Martini dedicauit. Piligrinus Coloniensis, qui altare sancti Petri cōsecrauit, cū alijs multis. Eundem aūt locū inhabitare coepit primus pater eiusdem monasterij Rato, anno dominicę incarnationis mil'.xv. eodēq; anno fundamēta ipsius monasterij locata sunt: & secundo anno Heinrici abbatis secūdi, tēplū ipsum dedicatum est. Anno domini mil'.xxij. Heinricus imperator nouam Troiā deditione caepit: & mortalitas magna in exercitu facta est. Gebehardus Ratisponēsis episcop⁹ obijt: ꝓ quo item Gebehardus ordinat. Anno dñi mil'.xxiij Anno domini mil'.xxiiij. Heinric⁹ imperator secundus migrauit.

Anni.

ANno dominicę incarnatiōis mil'. xxv. ab vrbe cōdita mil'.dcclxxvi. Chunradus ex regni primoribus vnus: sed regno antea per rebellationē aduersus, principibus pro eius electione dissidentibus, Aribone aūt Mogontino archiepiscopo, & Eberhardo Babenbergensi praesule sibi fauētibus.lxxxv. loco ab Augusto regnū suscaepit: & annis.xv. regnauit. Sublimatus aūt in regni sede consilio Brunonis ep̄i Augustensis fratris Heinrici imperatoris, qui semper vt supra dictum est, foelicibus eius inuidebat actibus, Babenbergensem episcopatū meditabat destruere: quia idem Brun ep̄s ꝓmisit reginę Giselę omnia praedia hereditario iure ad se pertinentia, filio eius Heinrico contradere. Locus igit & tempus conuentui statuit, vbi haec res ad certū perducat. Nocte vero quę diem praecesserat, in qua hęc ventilanda erant, Eberhardus ep̄s ad tentoriū praedicti Brunonis clam accessit: lectoq; eius assidens, multa super hac re monendo, obsecrādo, memoriā fratris aīo inculcādo, cū eodē sollicitus egit. Qui vbi iam multa noctis hora transacta recesserat, & ep̄m ꝓ auditis sollicitatū somnus oppresserat, visus est ei frater suus imperator Heinric⁹ lecto suo astare, faciemq; suā barba ex vna parte depilata turpatā obiectare. Cui super hac re stupido & admiranti, ac quis tam temerarios ausus in eū praesumeret interroganti, tu ait hęc fecisti, qui me & sanctos dei quos rebus a deo mihi cōcessis dotaui, despoliare disposuisti. Caue iam vlterius super hac temeritate, ne incepta luas magna infoelicitate. Ad haec ille expergefactus, ac de visione non parū ꝑterritus, membrorū quoq; horrore ac tremore nō leniter est attactus. Mane aūt facto, cum diu expectatus ad conuentū ꝓ certum nō veniret, regina ꝓ filio sollicita, nuncijs missis obnixe rogauit, vt adueniens ꝓmissa perficeret. Ille vero affirmabat se tanta infirmitate grauari, vt nec de lecto surgere / nec pedem posset quoq; mouere. Cūq; rogaretur vt se in lecto ad conuentū deportari pateretur, quo vel sic ꝓmissio perficeret, omnino abdicauit: seq; in deum & in sanctos eius / & in fratrem suū peccasse, libera tandem voce ꝓclamauit. Sic itaq; diuina pietas per merita famuli sui ne spe quam in se posuit fraudaretur, illius prauę conspirationis machinamenta repressit: idq; quod ab eo bene coeptū est, confirmando / semper exinde ad meliora prouexit. Secundo igitur regni sui anno Chunradus rex filium suum Heinricū regem fecit: & ipse Romā pergens / imperialem benedictionem accępit. Post haec Knuth regis Danorū filiam nomine Chunigundam filio suo cōiunxit: seq; ad bene agendum studiosius accinxit.

¶ In proprio quippe castello Lindburg dicto, ad alios vsus quondam sibi grato monasteriũ construxit: prædiorũq; copia illud ditans monachorum congregationem sub abbatis prouisione illuc introduxit. Spirẽse quoq; episcopium pulchere statuens: sed in viuendi meta eo vsq; non pertingens, filio suo Heinrico suę voluntatis effectum cõmisit: quẽ ipse magnifice cœpit: sed filius eius item Heinricus magnifice[ntiu]s pfecit.

ANNI CHVNRADI. I.

Primo itaq; Chunradi regis anno dissensio magna contra eum in regno tumultuat: sed diuinitus cito sedatur. Anno domini mil'. xxvi. Heinricus Chunradi regis filius, rex efficitur. Chunradus vero Romã tendens, imperiali benedictione pulchitur. Anno domini mil'. xxvij. Brun Augustensis episcopus, & Vuelfo comes prædas & incendia inter se faciunt. Anno domini mil'. xxviij. Ernest dux Alemannorum, & Vuelfo comes Chunrado imperatori ad deditionem venisit. Anno domini mil'. xxix. Brun Augustensis episcopus obijt: cui Eberhardus successit. Anno dñi mil'. xxx. Chunradus imperator Stephanũ Pannonię regem cum exercitu petit. Interea in Alemannia Ernest dux, & Vuernherus comes cũ alijs multis occiduntur. xvi. kal'. Septemb. Anno domini mil'. xxxi. Stephanus rex per legatos cum imperatore pacificatur. Anno domini mil'. xxxij. Rudolfus rex Burgundiæ moriens, diadema suũ Chunrado imperatori misit. Anno domini mil'. xxxiij. Meginhardus episcopus Vuirciburgensis obijt. Chunradus imperator in hieme Burgundiã petit. Eclipsis solis facta est. iij. kal'. Iulij hora sexta. Anno domini mil'. xxxiiij. Imperator Franciã petit contra Ottonem. Anno domini mil'. xxxv. Vuirbinam castellum in confinio Saxonię positum, pagani qui Luitici dicuntur/ obtinent: multis ex Christianis occisis & captis. Quos imperator cum exercitu petit. Anno domini mil'. xxxvi. Gebhard[us] secundus Ratisponæ episcopus obijt: pro quo item Gebehardus tertius successit. Heinrico imperatoris filio Knuth regis Danorũ filia coniungitur. Luitici tributarij facti sunt impatori. Piligrinus Coloniensis archiepiscopus moritur: pro quo Herimannus ordinatur. Anno domini mil'. xxxvij. Chunradus impator Italiã cum exercitu petit: & Mediolanensem episcopũ in custodiã mittit: qui fuga lapsus, imperatori rebellat. Otto princeps Carolingorũ a Gozelone Lotharingorũ duce pugna victus, fugiẽsq; a quodam milite occiditur. Anno domini mil'. xxxviij. Stephanus Vngariorũ rex religiosus obijt. Anno dñi mil'. xxxix. Chunigunth imperatrix mater pauperũ diues ipsa diuitiem migrauit ad Christum. v. Noñ. Martij. Herimãnus dux Alemannorum filius Giselæ imperatricis obijt. Chunradus imperator obijt. ij. Noñ. Iunij: & sepultus est Spirę. Reginboldus Spirensis episcopus obijt. iij. Id[us] Octob. Eclipsis solis facta est. xi. kal'. Septemb.

ANNI HEINRICI TERTII.

Anno dñicæ incarnationis mil'. xl. ab vrbe autem condita mil'. dccxci Heinricus tertius Chunradi imperatoris filius, dudum patre viuẽte rex cõstitutus. lxxxvi. loco ab Augusto patri successit: & . xvij. annis regnauit. Eberhardus primus Babenbergensis eps obijt Anno dñi mil'. xli. Heinric[us] rex ducẽ Boemię Fratizlaũ bello petijt: sed multis proceribus & militibus in pręstrictione siluę citra vltraq; occisis vel captis, nil memoria dignũ efficere potuit. Petrus quoq; Vngariorũ rex eidem duci contra regem auxilia misit. Anno dñi mil'. xlij. Vngarij quendam Vuonẽ sibi regem fecerunt: & Petrũ regem suũ expulerunt. Qui pfugus & exul Heinrici regis cui priori anno rebellauit, gratiã quæri & inuenit. Heinricus rex Boemiam ingressus, igne prædaq; cuncta deuastat: & rebellẽ ducẽ obsides dare, ipsumq; post se Ratisponã ad deditionem humillimam venire, sibiq; iureiurando fidelitatẽ ac seruitiũ confirmare coartat. Vuo rex Vngariorũ ob susceptũ a rege Heinrico Petrũ a se expulsum fines Baioariæ prędis depopulaĩ: sed magna pars exercit[us] ci[us] ab Adelberone Marchiõe delet. Anno dñi mil'. xliij. Heinricus rex Pannoniã ingressus, duas populosissimas ciuitates euertit: plures de ditione sibi subiecit. Gisela impatrix obijt. xvi. kal'. Mart. & sepelit Spiræ. Anno dñi mil'. xliiij, Heinricus rex iterũ Pannoniã inuadens, satisfactionẽ, & obsides, ac munera, pacisq; confirmationẽ per iusiurãdum accipiens discessit: indeq; reuersus/ synodo Cõstantię si affuit: vbi cunctis in se delinquẽtibus/ debita dimisit: oĩbusq; inimicitijs destructis, pacẽ hactenus inauditã tam in tota Sueuia/ q; in alijs regni sui puincijs per edictum regię censurę cõfirmauit. Dein Agnetẽ Vuillehelmi Pictauiensis principis filiã apud Mogonciã vngui faciens in reginam, regalib[us] sibi nuptijs apud Ingelcheim copulauit: vnde infinitam histrionũ & ioculatorum multitudinẽ non solũ muneribus/ sed etiã cibo potuq; vacuã & mœrentẽ abire permisit. Luitpoldus Marchio Adelberti fili[us], maxima Vngariorũ clades, immature obijt. Pestis pecudum maxima hiems dura fuit & niuosa.

¶ Anno domini mil.xlv. Brun Vuirciburgen
sis episcopus obijt.vi.kal.Iunij.pro quo Adel
bero ordinatur. Heinricus rex tertio Pannoniā
ingressus, dei fauente clementia victor effect⁹
Vuonē cum vxore & filijs ac cognatis quibus
locus fugiendi erat effugabat. Petrū restituit in
regnum: subditoq; sibi Vngariorū regno, cum
honore summo reuertitur. Gotefridus dux Lo
tharingorum Heinrico regi rebellans, ad dedi
tionem coactus in castello Gibichenstein, vsq;
ad dignam satisfactionem custodię mancipat.
Otto dux Sueuorum efficitur. Anno domini
mil.xlvi. Heinricus rex Italiā ingressus, a Ro-
manis pacifice suscipitur: papas tres non digne
constitutos synodaliter deposuit: & Suidege-
rum Babenbergensis ecclesiæ secundum epi-
scopū papam constituit: a quo ipse & coniunx
eius Agnes in sancto dominici natalis die bene
dictione imperiali sublimant. Imperatrix vero
Agnes inde reuertens, apud Rauennā genuit
filiam. Imperator autem per Apuliā, multasq;
prouincias fœliciter ducens exercitū, cum ho-
nore magno reuertitur. Suidegerus papa obijt
vij. Id⁹. Octob. Pro quo Poppo patriarcha A-
quileiensis ordinatur. Anno domini mil.xlvij.
Petrus Vngariorū rex a quodam tyranno Pan
nonico captus, & cæcat⁹ est: ille vero qui eum
expulerat, regnare cœpit. Anno domini mil.
xlviij. Poppo papa obijt, necdum completo an
no ex quo cōstitutus est. Pro quo Brun, qui &
Leo postea dictus est, Tullensiū episcopus or
dinat papa. Otto dux Sueuorū obijt: pro quo
item Otto de Suuinfurte surrexit. Sanguis do
mini Mantuæ per cęcum manifestat. Anno do
mini mil.xlix. Heinricus imperator anno im-
perij sui quarto quasdam Galliæ partes inua-
sit, contra Gotefridum & Balduuinū duces:
quibus ad deditionem coactis, & regno his in
partibus pacificato, victor cum honore reuerti
tur. Synodus Mogonciæ habet: cui interfue-
runt Brun apostolicus, & Heinricus impera-
Forte. ite tum tor. Anno domini mil.l. Vngarij item bellant.
Quibus Gebehardus Ratisponēsis episcopus
qui erat imperatoris patruus obuiā veniens, vi
te ipsius imperatoris in fugam conuersos, non
minima eos cęde afflixit. Insup vrbē Heimen-
burg in Marchia positā ędificijs restaurauit: &
militari custodia muniri fecit: ipseq; summa cū
pace regressus est. Anno dñi mil.li. Bartho ar-
chiepiscopus Mogontin⁹ in pace quieuit: cui
Luitpoldus Babēbergensis prępositus succes-
sit. Heinricus imperator iterum Pannoniā ad-
iens, diuisa in duas partes multitudine militū,
vtrinq; regionē ipsam siluis, & maxime aqua-
rum collectionibus circūseptam occupans in-
trauit. Sed gens illa durior cæteris, cū rege suo
dolose agens, suaq; pariter cum alijs diripiens,
fame & siti multis cladibus lassatum imperato
ris exercitum fugiens euasit. Milites autem im
peratoris vastata magna parte ꝓuinciæ, multis
insuper inibi: pacifice licet inacte ad propria cū
imperatore redierūt. Anno domini mil.lij. Im
perator iterum Pannoniā petit, & inacte redit:
habens secū in comitatu Brunonē apostolicæ
sedis pręsulem. Qui papa veniens Ratisponā,
reliquias beati Dionysij martyris, de quibus
diu dubitatū est, an ibi haberētur, præsentibus
Parisiorum legatis perspexit: ibiq; teneri pro-
bauit. Sanctum Vuolfgangum eiusdem vrbis
episcopū de tumulo leuauit: indeq; Babenberg
cum imperatore transiens, priuilegia eiusdem
loci a cancellario suo Friderico qui sibi postea
successit, perspici, & coram imperatore popu-
loq; pronunciari mandauit: suaq; autoritate il-
la confirmauit. Relíqę sancti Zenonis a Vual
tario Veronense episcopo Vlmam sunt delatę.
Anno domini mil.liij. Apostolico & impera-
tore natale dominicum diuino & regio cultu
Vuormacię agentibus, missarū celebratione in
sancta die peracta vt oportuit, ab apostolico in
sequenti die Luitpoldum Mogontinę sedis ar
chiepiscopum, vtpote in sua diocesi præcipuū
huic subrogauit officio. Qui peracta processi
one, & vbi ad hoc ventum est dicta oratione,
postq; se in sua sede locauit, quidam ex diaco-
nibus suis Hunibertus nomine, sicut multi ob
illius festi venerationem solent, lectionem de-
cantauit. Quod quidam ex Romanis papę assi
stentibus vituperātes, & contra papā quia Ro
mano more non ageretur obiurgantes, persua
serunt ei, vt ad eundem diaconū mitteret, & de
cantationē interdiceret. Quod cum ille iuuenū
more contemneret, iterum mittendo papa in-
terdixit: qui mox eadem vocis sonoritate qua
prius cantauit: legendo decēter lectionem vsq;
ad finem ꝑduxit. Qua finita, papa illum ad se
vocauit, & quasi pro inobedientiæ contuma-
cia degradauit. Archiepiscop⁹ vero misit ad il
lum, vt suum sibi redderet ministrū. Quod vbi
papa abnuit, pontifex vt erat antiquæ discipli-
nę, licet ęgre, patienter tamen interim tacendo
sustinuit. Perlecto autem euangelio, & decan-
tato offertorio, vbi sancti sacrificij tempus ad-
uenit, pontifex in sede sua resedit, vere conte-
stans, nec se, nec alium quempiam completu-
rum illud officiū, nisi reciperet ꝓcessionis suę
ministrū. Quod vbi apostolic⁹ intellexit, pon
tifici cessit: reindutūq; ministrū continuo remi
sit. Quo recepto, debito se ꝓsul iniūxit officio
Qua in re & pontificis autoritas, & aplici con

sideranda est humilitas: dum & ille officij sui dignitatem defendere contendebat, & iste licet maioris dignitatis, metropolitano tamē in sua dioecesi cedendum perpendebat.

¶Post hęc apostolicus Romam redijt: multis cum diuersarū ꝓuinciarum militibus imperiali praeceptione/ & amicorū subuentione comitantibus; & post pascha exercitum ducens, per Apuliā contra Nortmānos, illius terrae quondam aduenas, sed tunc possessionū apostolicarum inuasores, & Romani imperij hostes pugnauit: & infinita vtrobiq; caede peracta, papa cum paucis fugiens, absq; victoria regreditur: relictis illic Sueuorum ac Noricorū militibus optimis: & in vrbe Beneuentana consedit: vbi tūc Vdalricus genere Noricus episcopatū tenuit. Anno dñi. mil'. liiij. Religiosus papa Brun, qui & Leo, gloriose vitā finiuit. xiij. kal'. Mai. & magnifice sepultus Romę in ecclesia sancti Petri miraculis claruit. Cuno dux Noricorum foederatis sibi Vngarijs/grauiter rebellat. Item Baldeuuin⁹ & Gotefridus Hermān⁹ cōtract⁹ ob. Anno dñi mil'. lv. Leoni papae Gebehardus qui & Victor Eihestatensis episcopus successit. Huic cum diaconus eius venenū in calicem misisset, calicē de altari leuare non potuit. Pro hoc populo orante, diaconus a daemonio vexat: confessoq; crimine liberat: calixq; cū sacramentis in quodam altari pro reliquijs includit. Adelbertus Marchio obijt. Fames magna fuit. Heinricus imperator Italiā cum exercitu petens, omnia in pace disposuit: reuertensq; neptem suā Beatricem matrē Mathildem secū duxit, indigne eam tractans ꝓpter quasdam insolentias eius quibus viuere cōsueuerat, mortuo viro eius Bonifacio duce. Vuelso dux Carinthiorū obijt. Cuno dux antea Noricorū ab imperatore ꝓpter perfidiae suę culpam expulsus, in Pannonia male exul obijt. Arnoldo Spirensi episcopo Chunradus successit. Anno domini mil'. lvi. Hermannus comes orientaliū Francorum obijt. vi. kal'. Feb. Gebehardus Ratisponensis episcopus, imperatoris Heinrici patruus, hostis occulte pessimus, deprehēsus & cōuictus, atq; custodiae mancipatus, sed misericorditer tractatus exilio remittitur: & sedi pristinę restituit. Gotefridus dux ad dediuionem venit. Magna caedes a Luiticis in christianos facta est: quorū quidam gladio, quidam fugientes in aqua perierūt: inter quos Vuilhelmus Marchio occiditur. ¶Iisdem temporibus multi diuersarū principes prouinciarum perierūt. Fames multas regiones afflixit: egestas & penuria vndiq; praeualuit: multaq; mala tunc temporis facta sunt. Heinricus imperator pro his rebus cordetenus dolore cōpunctus/ infirmari coepit: & perductus ad mortem sapienti vsus consilio, ab omnibus quibus potuit/ veniā petijt: quibusdam prę/dia quę abstulit restituens: cunctis qui cōtra eum & regnū culpas damnabiles fecerūt relaxans. Filium quoq; suū Heinricum Romani pontificis/ cunctorumq; pontificum & principū regni electione regem constituit. His & alijs prout vitae possibilitas admisit, bene dispositis. iij. Noñ. Octob. hanc vitā pręsentem in deo finiuit. Post cuius obitū, quia filius eius Heinricus adhuc puerulus fuit, domina Agnes imperatrix mater pueri regnum sub sua cura aliquandiu tenuit, ac sapienter & strenue rexit: donec principes aliqui inuidia ducti puerum matri abstulerunt, eamq; regimine regni abalienauerūt: quorū numero dominus Anno Coloniēsis archiepiscopus se immiscuit: qui puerū in loco qui Vuerida dicitur, naui imponens/ matri abduxit. Quod ille qua intentione fecerit, vel qualiter diuino iudicio placuerit, discernere non valemus: multa tamē incommoda extunc orta, & deinceps aucta certū tenemus. Nam perinde dissensiones in regno, ecclesiae perturbatio, monasteriorū destructio, clericatus despectio, totius iustitiae ac religionis conculcatio, & coepit/ & permanet. Ipsa vero imperatrix rerū permutationes considerās, Italiam se contulit: & apud monasteriū quod Fruteria dicitur, religiosam vitam aliquanto tempore duxit: postea Romę defuncta, & in ecclesia sanctę Petronellę honorifice est sepulta.

Anni Heinrici quarti.

ANno dominicę incarnationis mil'. lvij. ab vrbe condita mil'. dcccviij. Heinricus quartus Heinrici imperatoris filius admodum puer, patri succedēs/ regnare coepit: & qñ haec conscriptio facta est. xlij. anno regnauit. lxxxvij. loco ab Augusto. Agnes imperatrix mater ipsius ducatum Baioariae suscaepit. Gebehardus qui & Victor, pontifex Romanus, multis bene in Germania alijsq; regni Romani partibus pontificū vel principum saecularium consilio dispositis, Romā cum pace redijt, incipiente anni illius quadragesima. Hic etiā eodem anno vitam finiuit: pro quo Fridericus Gotefridi ducis frater, iam monachus factus, a Romanis pontifex ordinatur, & Stephanus appellatur. Saxones congregato exercitu, gentem efferam Luiticiorū hostiliter inuaserunt: diuersisq; malis eam affligentes, Romanae ditioni subdiderunt: & acceptis obsidibus ac tributis/ ad propria redierunt.

¶ Eodem tempore quidã Fridericus & fratres
eius in Germanię partibus tyrãnidem exercen
tes contra imperium Romanũ, ab Agnete im-
peratrice & principibus regni victi ad deditio-
nem venerũt. Otto de Suuinfurte dux Sueuo
rũ. iiij. kal. Octob. obijt: & Rudolfus de Rin-
ueldon qui postea rex esse contendit, ducatũ ac
cępit: quod magnum fuit seminariũ earũ qui-
bus regnũ perturbatur cõmotionũ. Eundem
nãq; ducatũ viuẽte adhuc Ottone duce, Hein
ricus imperator Bertholdo comiti, qui post Ca-
rinthiorum accępit ducatũ, ꝓmiserat: eiq; anu-
lum suũ velut huius rei cõmonitoriũ dederat:
quem ille diligenter seruans, post amborũ obi
tum, imperatoris scilicet & ducis, imperatrici
Agneti imperiũ tunc disponenti obtulit: eamq;
anulum agnoscentẽ pro ducatu sibi promisso
cõmonuit. Sed quia pręedictus Rudolfus mox
post imperatoris obitũ filiam eius, Rumoldo
Constãtiensi episcopo cõmendatã, vtrum con
silio raptam an dolo nescit̃, vxorem duxit: rece
ptam iam in gratiã, eundem ducatũ illi causa fi
liæ impatrix dedit: quod animũ Bertholdi nõ
parum cõmouit. Pro qua cõmotione lenienda
ducat⁹ Carinthiorũ ei committit̃: quẽ postea
filio suo equiuoco ipsius rogatu rex Heinric⁹
cõmisit: sed postmodum quorũdam instinctu
eundem ducatũ Luitolfo cõsanguineo suo de
dit: sicq; patrẽ & natum paruipẽdens offendit.
Vnde quasi renouata priore iniuria cũ Bertho
dus dux permoueret̃, omnia cõsiliorũ machi-
namẽta, quibus satis pollebat, ad hoc vertebat,
vt ab vtroq;, id est rege & Rudolfo se vlciscere
tur: ab hoc scilicet/quoniã a ducatu sibi ꝓmis
so se supplantauit: ab illo vero quia se accepto
priuauit. Multæ interim causæ quæ incõsulte
tunc gerebant̃: sibi concurrebãt: & huic machi
nationi occasiones præbebant. Otto dux Baio
ariorũ deijcitur. Chunradus genere Sueuus a
militib⁹ regis interficit̃: & quasi a rege iussum
sit ipsi crimen indicit̃. Conspirat igit̃ Otto in
Saxonia: Bertholdus in Sueuia. Fiunt motus
& conuẽtus vtrobiq;, in quibus odia in regem
suscitant̃ & inuidię: multa q̃q; interea in regno
fiebant/quæ vtrosq; populos iustis & necessa
rijs vt videbat̃ causis ne regi adhærerent/auer-
tebant: eoq; res ꝑducta est, vt Rudolfus in dã
nationẽ sui regnũ inuaderet: dominũq; suũ re-
gem deponere aut ĩterficere quæreret. Sed hęc
res quem affectum haberet, nec rusticos later.
Anno dñi mil'. lviij. Fridericus qui & Stepha
nus pontifex Romanus vitã finiuit: & Alexan
der Lucensis episcopus ei successit. Huius tp̃e
Hiltibrandus postea pontifex archidiaconus,
officio functus est Romę. Anno dñi mil'. lix.
Anno dñi mil'. lx. Luitpoldus archiep̃s Mo-
gontinus obijt: cui Sigefridus Fuldẽsis abbas
successit: qui postea cũ alijs contra dñm suum
regem cõsensit. Anno dñi mil'. lxi. Anno dñi.
mil'. lxij. Anno dñi mil'. lxiij. Anno dñi mil'. lx
iiij. Sigefridus ep̃s Mogonciacensis, & Gunt
herus Babenbergensis, & Vuilhelmus Tra-
iectensis, alijq; q̃plures præsules vel nobiles,
multo comitatu Hierosolymã tendentes, mul
tas infestationes a Barbaris perpessi sunt: tan-
demq; peruẽtione fruentes ꝯptata, numero &
rebus admodum attenuati redierũt. Anno dñi
mil'. lxv. Gunther⁹ ep̃s Babenbergẽsis ab Hie
rosolyma rediens, in Pannonia morit̃: platusq;
Babenberg, ibi sepelit̃: post quem Hermãnus
ordinat̃. Gozmin⁹ comes in episcopio Vuirt
ciburgensi tyrãnidem exercens, a cominib⁹ A-
delberonis præsulis occisus est. Anno dñi mil'.
lxvi. Cometes ꝑ totũ orbem diu apparuit. Eo-
dem anno Anglia per Vuilhelmũ Norman
num miserabiliter afflicta, tandemq; subacta,
ipse rex eius effectus est. Qui mox oẽs pene
regni eiusdem ꝓsules exilio, nobiles vero mor
ti destinauit: mediocres aũt suis militibus in ser
uitutẽ, vxores indigenarũ vniuersorũ aduenis
in matrimoniũ subiugauit. Chunrad⁹ de Phul
lingen ortus, apud Treuerim electus, a comi-
te Dieterico passus, Dolegio est sepultus. An forte, pulsus.
no dñi mil'. lxvij. Heinricus rex Bertham Otto
nis cuiusdam Italici, & Adelheidę filiã accępit
vxorẽ: nuptias celebrans Triburiæ. Anno dñi
mil'. lxviij. Heinricus rex adolescentiæ vsus li-
bertate, Saxoniã solam ex omni Romano im
perio cœpit incolere, principes despicere, nobi
les opprimere, inferiores sustollere, venatui lu
sibus cęterisq; huiusmodi exercitijs plus q̃ iu-
stitijs faciendis vt incusatus est operã dare, fili-
as illustriũ quibuslibet obscure natis coniuga-
re, priuata præsidia nimirum potentibus regni
non satis fidens instituere. His discordiæ semi
narijs contigit regi q̃plurimos insidiatores tã
vitæ/q̃ regni sui crescere. Qui tamen vt matu
ritatis necdum plene attigisset annos, erant qui
non tam ipsum/q̃ Adelbertum Premensem ar
chiepiscopũ culpandum iudicarent/ q̃ eius cõ
silio hæc omnia ageret. Anno domini mil'. lxix
Agnes imperatrix mater regis Heinrici tædio
affecta, vel potius diuinitus compuncta, duca
tum Baioariæ deposuit: & regni gubernacula
penitus contemnens, pro Christo se Romam
contulit: ibiq; dignis pœnitentiæ fructibus mi
ra inseruiens humilitate, post aliquot annos in
dño præsentem vitã finiuit. Anno dñi mil'. lxx
Teti Marchio non sine Saxoniæ principum
consilio tyrannidem in partes regias ordit̃: quę

tamē mox cęlesti simul & terrena maiestate cō pescitur: scilicet castellis suis, Bichilingon, & Schidingō a rege destructis: filio suoq́ʒ que mi litari viro, a ꝓprio seruo interempto: ipsoq́ʒ cō muni morte in breui finito. Constātię Rumol dus episcopus obijt. Anno dñi mil.lxxi. Otto dux Baioariæ ducatū amisit. Hic itaq́ʒ Saxo ge nere vir amplissimæ nobilitatis: prudentia re busq́ʒ bellicis perpaucis erat cōparabilis: & in tanta apud vniuersos primates excellentia habi tus, vt rex qui iam Saxonibus oīno suspectus & inuisus erat, ipsum contra se in regni fastigi um eleuari posse formidaret, si res sua secus ce deret. Hinc peruersitatis materiā arripiens, qui dam Egino mediocri natus loco, rebus admo dum tenuis, audacia tñ & nequitia satis diffa matus, patrocinātibus quibusdam regis fideli bus curiā irrepsit: & magnū illū heroem qui se nunq́ʒ nouerat, secum de regis nece tractasse cōmentatus est: seipsum etiā vt mos est potesta ti regię vadem obtulit, quousq́ʒ campionis du ello cū duce confligens, vera cōprobarent quę retulit. Quid multa? Placitis vel colloquijs re galibus, vno Mogonciæ, altero Goslariæ/ cō dictis, Otto cum Eginone vtpote dux cū latro ne, primas cū ignobili congredi contēpsit: sua tñ innocētia, vel Eginonis improbitas minime latuit. Sic ducatū Baioariæ Otto vt reus maie statis amisit: quē Vuelfo quidā illustris & acer atq́ʒ bellicosus, natu Sueuus accepit: idq́ʒ tam principalis discordię semen/ in perpetuos heu præliorū & seditionū, prædarū & incendiorū scismatū etiam & hæresiū, atq́ʒ mortiū lamen tabiles fructus germinauit atq́ʒ succreuit. An no dñi mil.lxxij. Rex Ottonē vsq́ʒquaq́ʒ perse cutus, q̄plures munitiones eius destruit: præ dia vastat: & vt vere reipublicę hostē omnino eū delere pertractat. Econtra ille militibus ele ctis instructus, ipse quoq́ʒ manu fortissimus, & aīo nimis efferatus: quia cū regijs copijs cō fligere nō poterat, nunc preda, nunc flammis, nunc etiā ferro quacūq́ʒ se sors obtulit, suas in iurias vlcisci satagebat. Ipso deniq́ʒ mediāte nō cessat gens Saxonū vt est animis acerrima con iuratione aduersus regē vnanimi cōspiratione confirmare: accusationes blasphemas & inau ditas ad sedem apostolicā in illum referre: soci osq́ʒ sibi ex omi regno teutonico literis & nun cijs asciscere. Nam primo Sigifridū Mogonti næ sedis metropolitanū, Adelbertū Vuormaci ensem, Adelberonē Vuirciburgensem, Gebe hardum Salzburgensem, aliosq́ʒ q̄plures præ sules, indeq́ʒ per ipsos etiā papam Alexādrum sibi fautores efficiunt. Quidam quoq́ʒ summę sanctitatis virū Annonē archiepiscopū Colo niensem cōiurationis eiusdem conscium asserūt. Quorū insidijs rex territ⁹/ Saxonia cessit: & in alijs regni partibus agendis rebus instituit. An no dñi mil.lxxiij. Anno Coloniensis episco pus, & Hermānus Babenbergensis, Romam missi sunt pecuniā quæ regi debebatur congre gandi gratia. Qui legatione peracta reuersi, li teras Alexandri apostolici detulerūt, regem vo cantes ad satisfaciendum pro simoniaca heresi: alijsq́ʒ nonnullis emendatione dignis, quæ de ipso Romæ fuerant audita. Post hæc Saxones adijciunt etiā pręsidia multa construere: necdū enim plures habebat Saxonia munitiones. In super castella quę rex dudum ędificauerat, fun ditus euertunt: inter quę pręcipuū illud castrū quod Zartesburg dicebat/ diruunt: monasteri um & claustrū canonicorū quod ibi erat mul ta furētes audacia/ solotenus deijciūt: & quod dictu nefas est, innocentis cuiusdam filij regis ibidem sepulti ossa, in contumeliā patris de se pulchro ꝓijciunt. Anno dñi mil.lxxiiij. Beatę memorię Alexādro papa defuncto, Hiltebran dus qui postea Gregorius dictus est, ꝓfessio ne monachus & archidiaconus/ Romanæ sedi successit: sub quo Romana respublica & omis ecclesia nouis & inauditis scismatum erroribus periclitari cœpit. Qui cū absq́ʒ regis consensu solis tm̄ Romanis fauentibus hunc apicē con scendisset, sunt q̄ illum nō canonice cōstitutū/ sed tyrannice papatū sibimet asseuerēt vsurpas se. Pro qua re & a nōnullis episcopis abdicatus est. Hic regem Heinricū crebris nuncijs & epi stolis denuo ad synodalia responsa vocauit.

¶Hermānus Marchio filius Bertholdi ducis, Cluniaci monachus obijt. Hoc etiā anno mo nasteriū Suuarzahense ab Adelberone Vuirzi burgensi episcopo dedicatū est in honore san ctæ dei genitricis Mariæ, & sanctę Fœlicitatis martyris sub Ekkeherto eiusdē monasterij ve nerabili abbate. Anno dñi mil.lxxv. Heinric⁹ rex manu valida tam ex Alemānia/ q̄ Baioaria & Germania atq́ʒ Boemia congregata, Saxo nes petit: eisq́ʒ iuxta Instruot fluuiū congredi tur: & nō modica strage vtrinq́ʒ peracta, tandē victoria potit⁹ reuertit. Ibi Rudolfus dux Ale manniæ atq́ʒ Burgundiæ qui postea regnū in uasit, fortiter cū suis pro rege dimicasse notat⁹ est. Hermannus Babenbergensis episcopus ob heresim simoniacā, autoritate Hiltibrandi pa pę deponit: eiq́ʒ Rupertus a rege subrogatur. Anno Coloniensis episcopus plenus sanctita tis meritis defunctus est: & in monasterio Si gebergensi quod ipse cōstruxerat positus. Cui Hildolfus successit. Dominus Ekkebertus ab bas huius congregationis transiuit ad dominū

vij. kal. Decemb. Anno domini mil.lxxvi. Habitum est conciliū apud Vuormaciā: vbi præsente rege Heinrico, vniuersi pene Teutonici episcopi præter Saxonicos, Hiltebrandum papam abdicarunt: mittentes ad illum epistolam post multas culpationes in illū iniectas ita conclusam. Quia ergo & introitus tuus tātis periurijs est initiatus, & ecclesia dei tā graui tempestate per abusionem nouitatū tuarum periclitatur, & vitam per conuersationē tuam tam multiplici īfamia dehonestasti, obedientiā quā tibi nullam ꝑmisimus, nec de cętero vllam seruaturos esse renunciamus: & qa nemo nostrū vt tu publice declamabas, tibi hactenus fuit episcopus, tu q̄q; nulli nostrum amodo eris apostolicus. ¶ Eodem itaq; anno circa. xviij. kal. Octob. colloquiū maximū apud Oppenheim factum est: vbi pene totius regni principes, sed maxime Saxonū & Alemannorū, subiectioni regis renunciabant: causam prætendentes, q̄ a duobus iam apostolicis vocatus ad satisfactionem nō venisset: & pro hoc contemptu sententiā excōmunicationis in Romana synodo a papa accæpisset, cum ipse tamen inauditus & absens fuisset. Hac commotione coactus rex, Romam humiliter vtpote veniā ab apostolico postulaturus, inimicis nō sperantib⁹ tetendit: inuentoq; Papa in oppido Canusino, ibi per triduū ante portā castri, deposito omni regio cultu, discalciatus & laneis indutus perstitit. Nec prius cū multo fletu apostolicæ miserationis auxiliū & consolationem implorare destitit, q̄ oīm qui ibi aderant, p̄cibus & lacrimis intercedētib⁹ laxato tandē anathematis vinculo, in cōmunionis gratiam & sinū matris ecclesię receptus est: acceptis ab eo correctionis in futurū vitæ suæ securitatib⁹ multis. Inter hæc quę gesta sunt/totus iam mundus sui cōmotione testatur. Sed quia quidam dicunt ipsius papæ autoritate & consilio, Rudolfum in regno sublimatū, quidam vero negant Heinricū regem ab eo fuisse excōmunicatū, eiusdē papę dicta quędam super his potissime/non incongruū videtur annotare. ¶ Ait enim in quadam epistola ad vniuersos Teutonici regni principes missa. Audiuimus quosdam inter vos de excommunicatione quā in regem fecimus dubitare, ac quærere vtrū iuste excōmunicatus sit/ an iniuste. Admonuim⁹ eum vt poenitentiā ageret de factis suis: verū ipse indigne ferens se a q̄q; repræhendi, nō solum a perpetratis ad emendationem reuocari nō potuit, sed ampliori furore correptus, nō prius cessauit donec omnes fere episcopos Italiæ, in Teutonicis vero partibus quotquot potuit circa fidem christi naufragare fecit: dū eos beato Petro & apostolicę sedi debitam obedientiā & honorē a domino nostro Iesu Christo cōcessum abnegare fecit. Pro his illum causis, primum videlicet q̄ ab eorum cōmunione qui pro sacrilegio & reatu simoniacæ hęresis excōmunicati sunt/se abstinere noluit: deinde q̄ pro criminosis actibus poenitentiam nō dico suscipere/sed nec ꝑmittere voluit, synodali iudicio eum excōmunicauim⁹. Itē in alia epistola post datā reconciliationē solam inquit ei cōmunionē reddidi: non tamen in regno quo eū in Romana synodo deposueram restauraui. Et quibusdam interpositis, episcopi inquit & principes vltramontani, audientes illum non seruare quod mihi ꝑmiserat, quasi desperati de eo, sine consilio meo/elegerunt sibi Rudolfum in regem. Centius quidam ciuis Romanus ex fautoribus Heinrici, in natiuitate dn̄i Gregoriū papam in galli cantu missam celebrantē de altari grauiter vulneratū rapuit: & in turre sua in custodiam misit. Vn̄ populus irat⁹, eodem die turre Centij destructa, eiq; vita vix impetrata, loco suo restituit. Prius tamen missa ad altare sustētatus percantata, quā prius incæperat, sed nōdum finierat. Anno domini mil.lxxvij. Rudolfus indigena Sueuiæ quę regalibus omnino stemmatis est aliena, mediantibus Sigefrido metropolitano, & Adelberone Vuirciburgensi episcopo, Bertholdo q̄q; duce Carinthiæ, ac prædicto Ottone, alijsq; non nullis principibus in præsentia quorūdam Romane sedis legatorū non voluntarie annuentiū apud Forcheim in regem eleuat͂. A quibus etiā deductus Mogonciā, in media quadragesima xij. kal. April. a Sigefrido episcopo in regem vngit͂. Vbi eodem die pessimo auspicio seditione facta, multa turba vulgi cæsa est ab eius militibus: vnde vulgus accensum in ipsos exarsit, magnisq; ictibus multos obtruncans: cæteros in curiā palam fugauit: ipsasq; regias ædes incendere voluit, nisi q̄ episcopus Sigefridus ꝑ veloci discessione Rudolfi obsidem se interposuit. Ita Rudolfus & cuncti qui cum eo venerunt electi sunt: ipse q̄q; Sigefridus episcopus magnis blasphemijs eliminatus Mogonciam nō intrauit amplius. Collecto dehinc a Saxonia exercitu copioso, Rudolfus Vuirciburgenses Heinrico regi fidem seruantes, & tā episcopum suū Adelberonem/ q̄ se contemnētes obsedit. Sed iam diuersis machinis ad vrbis oppugnationē instructis, terrore Heinrici regis circa kal. Iulij ab Italia reuersi, inacte regredit͂. Heinricus aūt rex Alemanniā cum exercitu petit: ibiq; quendā ex indigenis Hugonē, aliosq; sibimet inibi rebelles, non sine magna eiusdem

ꝓuinciæ vastatione debellat. Bertholdus autẽ de Zaringon dux quondam Carinthię in quo dam oppido suo Lintperg, naturaliter munito positus, dum videret ex arbitrio regis impune cuncta vastari, præ dolore animi dicit̃ eo mor- bo quẽ medici frenesin vocant, occupatus fu- isse: septẽq; diebus postea supstes multa amen tiæ verba quasi delirans ꝓtulisse: sicq; vitam fi- nisse. In ea expeditiõe Vto Treuirorũ archiepi scopus defunctus est. Agnes mater. H. regis. xx. annis vidua Romæ obijt: in ecclesia. S. Pe- tronellę sepulta. Anno dñi mil. lxxviij. Heinri cus rex ꝓperanti contra se cum multo exercitu Rudolfo iuxta Stronui occurrit. Initoq; præ- lio, nõ pauci ex his atq; illis ꝓsternunt̃: ac in- certa fit victoria, vtrisq; certatim fugiẽtibus ad ꝓpria. Vbi a vulgarib⁹ hominibus Vuecil Ma gadeburgẽsis archieps in fuga occidit̃: siue vt ꝗdã dicũt / suspendit̃: Magnus dux despoliat̃. Hermãnus comes eiusdem Magni patru⁹, & Adelbertus Vuormaciensis episcopus cõpræ hensi, ac plurimi de militibus Saxonicis turpi- ter sunt interempti. Ex parte ꝗq; regis Heinri- ci, Poppo vir mire fortis occubuit. Anno dñi. mil. lxxix. Iterũ bellum fit inter Heinricum & Rudolfum in loco qui dicit̃ Fladcheheim, hie me nimis aspera: vbi in primo congressu Saxo nes terga vertunt. Ibi dux Boemiæ Fratizlaus regalem lanceã Rudolfi adeptus est: quæ exin de permissione regis Heinrici semper quẽuis illius gentis ducatu insignẽ / in omni festiua ꝓ cessione præcedit. At rex Heinricus ꝓprijs ca- stris redditus, de armigeris ꝗs reliquerat / pene nullum inuenit. Vna quippe ex legionibus Sa xonũ in primo cõgressu pugnã deserens, quia obscurus erat aer, furtim castra regis inuasit, multosq; pueros cõpræhendens, strangulabat eos: multaq; abradẽs spolia / fugam inijt. Rex aũt dimisso exercitu / in oriẽtalem Franciã cum paucis diuertit. Anno dñi mil. lxxx. Cũ apud Brixiam Noricã triginta episcoporũ conuẽtus necnõ & optimatũ exercitus, nõ solum Italię / sed & Germanię iussu regis Heinrici cõgrega retur, factus est oĩm consensus aduersus Hil- tibrandum papam cognominatũ Gregorium septimũ: quẽ pseudo monachũ, totiusq; væsa- niæ pestiferũ principem, & præcipue sanctæ Romanę sedis inuasorẽ affirmãtes, ab aposto lica sede depellendum ꝗuis absentem diiudica bant: & Vuigbertũ Rauẽnensem archiepisco- pum ipsi subrogãdum eligebant. Huius decre ti conclusio hæc est. Quia inquiunt illum con stat nõ a deo electum, sed a seipso in fraude ac pecunia impudentissime obiectum qui ecclesi asticum subuertit ordinẽ, qui christiani imperij perturbauit regnũ, qui regi catholico ac pacifi co, corporis & animę intentat mortẽ, qui per- iurũ defendit regem, qui inter concordes semi nauit discordiã, inter pacificos lites, iter fratres scandala, inter coniuges diuortia: & quicquid quiete inter pie viuentes stare videbat̃ / cõcus- sit: nos autore deo congregati in vnũ / legatis ac literis freti decem & nouẽ episcoporũ die san- cto præteritę pentecostes Mogonciæ congre- gatorũ contra eundem Hiltibrandum ꝓcacissi mum, sacrilegia ac incendia prædicantẽ, periu ria & homicidia defendentẽ, catholicã & apo- stolicã fidẽ de corpore & sanguine dñi in quę- stionẽ ponentẽ, hęretici Berengarij antiquum discipulum, diuinationũ ac somniorꝝ cultorẽ, manifestum necromanticũ, phitonico spiritu la borantẽ, & idcirco a vera fide exorbitantẽ, iu- dicam⁹ canonice deponẽdum & expellẽdum: & nisi ab ipsa sede his auditis descẽderit / imp- petuũ condemnandum. Facta sunt aũt hec. viij kal. Iulij. feria. v. Indict. iij. Scripsit post hæc Anshelmus Lucensis eps epistolam ad eũdem Vuigpertũ, in qua illum preuaricatorẽ ac sup- bum cognominat, inter alia subinferens. Vt er- go de beato Gregorio patre nostro dicã, quod de Cornelio scripsit beatus Cyprianus, factus est eps de dei & Christi eius iudicio, de cleri- corum pene oĩm, & vt verius dicam, omnino oĩm testimonio, de plæbis quæ tunc aderat suf fragio, de sacerdotũ antiquorũ & honorũ vi- rorum collegio, cũ nemo ante se factus esset, cum Alexãdri locus, id est cum locus Petri & gradus sacerdotalis cathedræ vacaret. Quo oc- cupato, & de dei voluntate atq; oĩm nostrum consensu ordinato, quisquis iam eps voluerit fieri / foras fiat necesse est: nec habet ecclesiasticã ordinationem, qui ecclesiæ non tenet vnitatẽ. Quisquis ille fuerit, licet multũ de se iactans si bi plurimũ vendicãs, ꝓphanus est / alienus / fo ris est. Et cum post primũ secũdus esse nõ pos sit, quisq; post vnũ qui solus debet esse factus est, iam nõ secũdus ille / sed nullus est. Hęc pri ori sententiæ valde cõtraria scripsit Anshelm⁹ eps, vir literis apprime eruditus, ingenio acu- tissimus, facũdia præcipuus, & quod omnib⁹ maius est, in dei timore & sancta conuersatio- ne nominatissimus, adeo vt tam in vita ꝗ post mortẽ referat̃ miraculis clarus. ¶ His ita ge- stis iter Heinricũ regem & Rudolfum, rursus geritur bellum iuxta fluuiũ Ellestram: in quo idẽ Rudolfus cecidit: sed a suis Meresburg vi- uus delatus, & in breui defunctus, honorifice ibidem est humatus. Fertur aũt in extremis po- situs, & abscisam dexterã intuitus, ad epos qui forte aderãt, grauiter suspirãs dixisse, Ecce hęc

est manus qua dño meo Heinrico fidem sacra
mento firmaui: ecce ego iam eius regnũ & vi-
tam derelinquo præsentẽ: videte qui me soliũ
eius conscendere fecistis, vt recta via vię vestra
monita sequentẽ duxissetis. ❡ Hoc etiã prælio
ex parte regis Heinrici Ratpoto comes regi sa
tis fid⁹ interijt. Anno dñi mil. lxxxi. Rex Hein
ricus Italiã cum exercitu petijt: Romãq; perue
niens, in vigilia pentecostes, resistente sibi Hil
tibrando papa, cũ Romanis ante castellum san
cti Petri castra posuit: vbi etiã crebris per bien-
niũ incursibus vrbanorũ infestatus, parua ma-
nu multa viriliter peregit. Monasteriũ Babin-
bergense crematur, in vigilia paschæ. Saxones
& Alemanni ad colloquiũ venientes in orien-
talem Franciã, non sine magna clade eiusdẽ ꝓ-
uincię redierunt. Bellum inter Chunradum in
orientali Baioaria ducis Boemiæ fratrẽ, & Lu
itpoldũ Marchionem cõmissum est. iiij. Id⁹.
Mai. Item aliud inter Alemãnos & Baioarios.
iij. Id⁹. Aug. iuxta Danubiũ apud Hohẽstein,
vbi Palatini comitis Chunonis fili⁹ Chuno oc
cisus est. Anno dñi mil. lxxxij. Hermãnus qui
dam vir ꝑpotens ac nobilis ex Germania a Sa
xonibus & Alemannis rex constituit. Cui cũ
suis in partib⁹, hoc est in Lotharingia vel Ger
mania nemo bellicis in reb⁹ atq; diuitijs posset
ęquiparari, sumpto regis nomine, tam suis q̃
alienis cœpit in breui despectus haberi. Anno
domini mil. lxxxiij. Hermannus cum paucis
orientalem Franciam hostiliter inuadit: & per
eandem partẽ visus est quasi equitũ discurrens
exercit⁹: quorũ tamen vestigia nullo modo po
terant agnosci. Heinricus rex pascha celebrauit
apud sanctam Rufinã: moxq; Romã tendens,
castra posuit: vbi & prius ad occidentalem par
tẽ castelli sãcti Petri: captaq; est vrbs. iiij. Noñ.
Iuñ. feria sexta ante octauam pẽtecostes. Hoc
tempore Hiltibrãdus papa in castello Crescen
tij, quod vulgo domus Theoderici appellat,
inclusus expectabat euentũ rei. Rex vero in Pa
latino monte munitionem instituens, non pau
cos quos in præsidio posuerat, ingrauescente
super eos ęstatis insueto feruore amisit: sed &
alios de exercitu multos eadem mortalitas ab-
sumpsit. Eodem tempore legati Gręcorũ vene
runt: munera multa & magna in auro & argen
to, vasisq; ac sericis afferentes. Romani aũt vi-
ginti obsides regi dantes ex nobilibus, petierũt
diem constitui, in quo papa & omnes senato-
res in præsentiã eius venirent. Qui diem statu-
ens kal. Nouemb. ipse ad montana conscendit
intrante Iulio: ibiq; commorans vsq; ad statutũ
tempus, Romã redijt: sed papa in præsentiam
eius non venit. Vnde Romani cõmoti, manus
regi dederũt: Hiltubrandum vero papam vna-
nimiter abdicarunt. Qui occulte fugiens, Saler
nam secessit: ibidem ad diẽ mortis suæ perman
sit. Eodem anno Vuelso Baioariorũ antea dux
Augustam ciuitatẽ summo mane intrauit, Si-
gefrido epõ vix euadente: Vuigoldum quen-
dam eiusdem loci canonicũ inthronizauit. An
no domini mil. lxxxiiij. Heinric⁹ natale domi
ni Romæ apud sanctum petrũ celebrauit: circa
kal. vero Feb. in Campaniã transiens, ipsam &
magnã Apulię partẽ cæpit. Post hæc per lega
tos Romanorũ rogatus vt pacific⁹ rediret, Ro
mam redijt: & ad portã lateranensem castra po
nens, omnes in deditionẽ accæpit: ipsisq; peten
tibus vt quia Hiltibrãdus ab ipsis abdicatus au
fugerat, Vuigpertũ Rauennatem episcopũ eis
apostolicũ præficeret. xi. kal. April. feria. vi. an
te diem palmarũ multis stipatus, cũ magna glo
ria intrauit, ducens secũ prædictum episcopũ.
Qui sequenti dominica per multos pontifices
apostolico nomini dicatus, nomenq; Clemen
tis accipiens, reuerẽter est inthronizat⁹. A quo
rex cum regina Bertha in sancta dominica pa-
schę imperiali benedictione sublimat⁹ est. Post
hæc imperator Heinricus de Italia digrediẽs,
Augustam ciuitatẽ ab Alemãnis inuasam ob-
sedit & accępit. Defuncto Sigefrido archiepi-
scopo Mogontino, Vuecil successit. Anno do
mini mil. lxxxv. Synodus Mogonciæ habet:
cui interfuit imperator: vbi pręsentibus legatis
Romanorũ omnes episcopi rebelles imperato
ri, deponendi iudicant: cęteri vero anathemate
vt videbat condemnant. Ibi etiam cõmuni con
sensu atq; consilio constituta est pax dei. Non
multo post substitutis ab imperatore per paro
chias abdicatorũ præsulibus, in locũ Adelbero
nis Meginhardus conuersatione probabilis, li
teris etiã & ingenio atq; facundia nulli pene se
cundus, Vuirciburgensi ecclesię pręsul ordina
tur, dignus qui alius temporis esset episcopus.
Recepto iam a Saxonibus pacifice imperatore
Heinrico, quidam Marchio Eggibertus, im-
peratoris etiã consanguine⁹, armis strenuus &
animosus atq; ditissimus, iterũ in Saxonia con
tra impatorẽ tyrannidem suscitauit: qua cogni
ta, imperator in Franciã propere redijt. Eodem
anno condicto tam ab inimicis q̃ amicis impe
ratoris colloquio, in Thuringia loco qui Ber-
chach dicit conueniebant: ex vtraq; parte qui-
cunq; sapientissimi de optimatibus iudicaban-
tur, canonũ autoritate probaturi cui parti iusti
tia faueret, imperatore tamen absente, sic enim
ipse cõsensit. Electis igitur satis literatis & elo
quentibus viris, hinc Vuecilone Mogontino,
illinc Gebehardo Salzburgensi archiepiscopis

disputatio cœpta est. Affirmat Gebehardus proponente hoc prius Vuecilone, imperatorē non iniusto iudicio, tā regno/ q̄ communione apostolici sententia priuatū: econtra Vuecil dn̄m suum præiudiciū non minus a papa, q̄ a principibus passum contendit, dum ipso apud Canusiū in satisfactiōe posito, immo iam a papa in cōmunionē recepto, alterū super se regem elevarent. Adiecit etiā idem Mogontinus, q̄ imperator diu iam a Saxonia depulsus, & regnandi copia etiam ab illa dissensione quæ ante Rudolfum facta præscribit/ spoliatus: nec vocari, nec iudicari, nec damnari canonice debuisset. Hoc Gebehardus improbare nitens asserit, neminem per hoc diuinis absolutū legibus, si forte sua qualibet re familiari fuerit spoliatus, quanto minus rex qui Saxonia quæ non suū dumtaxat predium, sed dn̄i sit regnū: qui Daniele vel ipso rege Nabuchodonosor teste, cuicunq̄ voluerit dat illud: cū etiam ante amissam Saxoniā prius ab Alexandro/ dehinc a Hiltibrādo vocatus, satisfacere contempsisset. Sic itaq̄ vtrinq̄ parte sua fauente atq̄ acclamante discessum est. Notum tn̄ est, q̄ eandē sententiā aduersarij imperatoris tanto insequebantur zelo, vt habito postmodum in Quintilingoburg cōcilio, vbi Otto ep̄s Ostiensis interfuit legatus Hiltibrandi papę, ipsam nimiū venerātes, hęresim Vuecilonis/ ipsumq̄ hęresiarchā appellarent, cōtra fidem scilicet illum dogmatizasse culpantes, q̄ q̄diu quis suis spoliatus sit rebus, diuinis non subiaceat legibus. Hiltibrandus papa q̄ & Gregorius. vij. apud Salernā morit: & ibidē in ecclesia sepelit. Cui Nortmannorū & Mahthildis illius potentissimę per Italiā fœminæ cunctorumq̄ eiusmodi sectam ęmulantiū assensu, Desiderius cardinalis Romanus & abbas Castinensis verus Christi famulus licet multū corde simul & corpore renitens substituit: sed cū infirmitate graui laborans, ad summū hunc apicē inuitus/ immo captiuus pueheret, precibus obtinuit vt infra nō multos dies ex hac vita tolleretur. Post hæc per eosdem electores & ordinatores prædictus Otto ep̄s Ostiensis eidem officio delegat: mutatoq̄ Romano more vocabulo/ Vrbanus appellat. Anno dn̄i mil. lxxxvi Heinricus imperator Saxoniam vastat. Vuirciburg a Saxonibus & Alemannis obsidetur. Ad quā liberandam imperator copiosum tam peditum q̄ equitū congregat exercitū: pugnaq̄ iuxta Bleichfelt cōmissa, digreditur absq̄ victoria. Mox vrbe ab hostibus capta, episcopus Adelbero introducitur: relictoq̄ cum eo militari præsidio, ad propria quisq̄ proficiscitur. Sed paulo post eadem vrbs ab imperatore recipit: expulsoq̄ Adelberone cū suis, Meginhardus restituit. Anno domini mil. lxxxvij. Hermannus falso regis nomine deposito, permissione imperatoris ad ppria reuersus, post paucos dies in cuiusdam oppidi obsidiōe interijt: Metis sepelit. Anno domini mil. lxxxviij. Bertha imperatrix obijt: & Spirę sepulta est. Buggo Halberstatēsis episcopus occidit Goslariæ. Augusta vrbs insidijs Sueuorū in cœna dn̄i capta: secūda feria paschæ destruit. Et Sigefridus eiusdem vrbis episcopus custodiæ mancipat. Vuigoldus vero inuasor eiusdem ecclesię intra paucos dies morit. Meginhardus episcopus Vuirciburgensis obijt: cui Emehardus successit, viuente adhuc Adelberone. Vuecil archiep̄s Mogontinus obijt: cui Ruthardus successit. Petrus Albanensis episcopus obijt. Iste per iudicium ignis immensam pertransiēs illesus pirā/ vestimentis etiā per flammā volitantibus, sed in nullo læsis, petrum Florentinū episcopū declarauit simoniacum: vnde & ipse postea igneus est appellatus. Anno domini mil. lxxxix. Otto Ratisponensis episcopus morit: pro quo Gebehardus adolescēs constituit. Imperator nuptias Coloniæ celebrauit: quandam Vtonis Marchionis viduā, Ruscorū regis filiam ducens vxorem. Post hæc congregato exercitu oppidum quoddam Marchionis Eggiberti in Thuringia positum, nimis firmū, Gliche dictum obsedit. In vigilia vero natalis domini dn̄ico scilicet die, cū magna pars primatū ob diem festū iam abiret, Eggibertus suis consulens, audacter imperatorē inuadit: & nauiter primo resistentem tandem cedere cōpellit. Ibi Burchardus Losannæ ep̄s, qui ea die sacrā imperatoris lanceā ferebat occisus est. Anno domini mil. xc. Heinricus imperator Italiā ingreditur: ibiq̄ fere per septē annos morat. Prędictus Eggibertus a quibusdam imperatoris fidelibus in quodam molendino pausandi gratia deprǽhensus, turpiter occubuit. Adelbero Vuirciburgensis de sede sua iam diu depulsus, in Baioaria moritur: ibiq̄ in monasterio suo Lambach sepelit. Anno domini mil. xci. Visi sunt per multas regiones vermiculi nimis ignoti nō longe a terra volātes: hoc est vt vel manu/ vel virga tangi possent: grossitudine quidem muscis ęquales, sed longitudine satis deductiores. Quorū tam infinitus extitit exercitus, vt vnū pene miliariū in latitudine duo vel tria in longitudine viderent occupare: densitate vero sua ipsam solis lucē terris negare. Per quam prodigiosam visionē/ illam quæ post quadriennium facta est, Hierosolymā tendentium pfectionē quidam interpretati sunt figurari. Anno domini mil. xcij. Pestilentia ma-

gna facta est hominū atq; pecudum. Anno domini miľ.xciij. Fratizla⁹ dux Boemię in venatu repente cadens de eq̄, subitanea morte obijt. Chunradus imparoris filius, & Berthę imperatricis, patri rebellasse infamaẗ. Visus est splendor quidam quasi facula volans per aerē, ab oriente in occidentē. Eclipsis solis facta est. ix. kal'. Octob. hora tertia: & mortalitas magna subsecuta est. Anno dñi miľ.xciiij. Ecclesia mortalitate īmensa incredibiliter vastata est: insup pestilētia/turbinibus/imbriū inundatiōibus/cladibus nimium afflicta. Anno domini miľ. xcv Ladizlaus rex Pannoniæ misericordię operibus plenus, vitā finiuit in domino. Luipoldus quoq; Marchio, necnō Heinricus Palatin⁹ comes obierunt. Burchardus etiā abbas transiuit ad dñm. xiij. kal'. Feb. Anno domini miľ. xcvi. Vuelfo dux antea Noricus qui ab imperatore iā dudū abiurauerat, & ob id ducatū pdiderat, in gratiā eius redijt, ducatūq; recepit. Signū in sole apparuit. v. Noñ. Mart. feria secunda incipientis quadragesimæ. Diuersa quoq; pdigia mundus parturisse vbiq; referebatur. Mox ex omnibus pene terre, sed maxime ab occidentalium regnorū partibus, tam regū & nobilium q̄ etiam vulgi vtriusq; sex⁹ innumerabiles turmę armata manu Hierosolymā tendere cœperunt, excitati scilicet in zelum frequētibus nunciis super oppressione dñici sepulchri, ac desolatione omniū regionum orientaliū quas gens ferocissima Turcorum per aliquot annos suo subactas dominio, inauditis calamitatibus iam iamq; deleuerat. Quibus vt dictum est, subuenire statuentes, sicut diuersis agminibus/ita diuersis & incertis plerisq; ducibus properabant. Primi nanq; Petrū quendam monachū sequentes: quē tamen postea multi hypocritam fuisse dicebant, ad. xv. miľ. æstimati per Germaniā, indeq; per Baioariam atq; Pannoniam pacifice transibant: q̄plurimi vero nauali per Danubium vel p Alemanniā pedestri itinere, alijq; ad. xij. miľ. per Saxoniā atq; Boemiam, a quodam p̄sbytero Folcmaro, itēq; nōnullli a Gotescalco presbytero per orientalē Franciā ducti sunt. Qui & ipsi nefandissimas Iudæorū reliquias vt vere intestinos hostes ecclesiæ per ciuitates quas transibant, aut omnino delebant, aut ad baptismatis refugiū compellebant: quorū tamen plurimi sicut canes ad vomitū postea retro redibant. Illi autē viatores plurimis exinde manubijs onusti/Vngariā attingentes, quibusdā ob seditiones vt videbatur indigenis inuisi facti, aut reuera facultatū suarū abundantia eosdem semibarbaros in auaritiā accendentes, iussu regis eorum Colomanni dolis potius q̄ armis capti, plurimi morte mulctati, pauci armis & rebus nudati, fugam pro maximo lucro reportabant: q̄uis & amplissima vtriusq; multitudo a quodam Emichone viro militari seducta, vel potius vt Israheliticí quondā exercitus spiritu fornicatiōis decepta, paucis sibi in Panoniæ ingressu in præsidio Vueisenburg obstantibus, fuga nemine persequente repatriauerit. Eclipsis lunę facta est. vi. Id⁹ Aug. luna. xiiij. Anno domini miľ. xcvij. Heinricus imperator ab Italia rediens Ratisponā Baioariæ vrbem venit: ibiq; aliquādiu morat⁹, Iudęis qui baptizari coacti sunt, iudaizādi ritū concessit. Interea Gotefridus dux Lotharingię vir genere armis & ingenio clarissimus, qui priori anno cunctis quæ possidebat in preciū redactis, militibus copiosis/ fideq; non modica instructus, iter per oriētalem Franciam fecerat: neq; ipsis ab Vngaria fugientibus territus, sed tam imperatoris Heinrici/q̄ regis Colomāni permissione Pannonias Bulgariasq; permearat, Constātinopolitano fœderat impatori, eiusq; præsidijs fultus Romaniā attigit: ibiq; sociatis sibi tam Sicilię q̄ Grecię Danorum Normannorum cęterorumq; transmarinorum exercitibus, immo vniuersorū Christum colentiū nationum auxilijs, frequenti cōgressu Barbaros atterere cœpit: tandemq; Romania occupata, in Antiochiæ consedit obsidio. Heinricus imperator Mogonciæ cum principibus colloquium de pace habuit, circa kal'. Decemb. & natale domini apud Argentinā celebrauit. Cometes apparuit. Eo anno æstas fertilissima, hiems vero lenis & pestilens fuit: imbrium & fluminum inundationes nimis increuerūt. Anno domini miľ. xcviij. Inquisitione facta Mogoncię ab imperatore de facultate Iudæorū interfectorum, inter cæteros qui eas rapuerunt, quidam ex consanguineis archipræsulis incusati sunt. Quos cum imperator perquireret, nec in præsentiam eius venirent, pontifex causam eorum defendere volens, sed non valens, indignatione permotus ex vrbe discessit, & Thuringiam cum eis se cōtulit, quasi suis in hoc melius pspecturus: & ex vicinitate imperatori rebelliū quendam ei terrorē illaturus: sicq; cōmotionis suæ vindictam exacturus. Extiterunt autē qui dicerent etiam ipsum pontificem multam partem de pecunijs inuasis accepisse: & idcirco defensioni cęterorū tanto studio cor apposuisse. Vuelfo Baioariorum denuo dux filios suos & ipsos rebellare tentantes, gratiæ imperatoris reconciliauit: & vni eorum ducatū post se committi impetrauit. Anno dñi miľ. xcix. Heinric⁹ imperator natale domini Coloniæ celebrauit:

in Epiphania vero Ags filiū suū iuniorē Hein
ricum quintum regem fecit: reprobato maiore
suo Chunrado quē prius coronauit. Chunra-
dus vero causam rebellationis suę paucis tantū
sibiq́ familiarissimis in regno detegens, assum
pto quodā ex ordine ministerialiū patris aeque
Chunrado nomīe, forti admodum & pruden
ti viro, per quasdam Italiae partes & nomen &
dignitatē regis annis fere nouem obtinuit: tan-
tum indolis suae per orbem Romanum diffun
dens interim odorem, vt nemo religiosus, ne-
mo sapiens in ipso saltem rempublicam con-
vel. in ipsius salutē
stituēdam fore dubitaret. Erat enim vir per om
nia catholicus, & apostolicae sedi subiectissi-
mus: plus religioni ꝙ fascibus vel armis dedi-
tus: fortitudine tamen & audacia satis & super
instructus, lectioni ꝙ lusibus vacare malebat:
miseris omnimodis, sed ꝑcipue militibus ino
pia strictis / compassione & misericordiae fru
ctu proximus fiebat: nemini contemptū, nemi
ni vim, nemini praeiudicium intendens, omni
personae / omniq́ conditioni fuit affabilis: in-
deq́ non immerito deo & hominibus semper
extitit amabilis: caelibatus pudorē perpetuali-
ter & seruare cum proposuisset, coactus tamen
a suis filiam Ruggeri ducis Siciliae famosissi-
mi pene nostrorum temporū viri duxit vxorē:
cuius tam caste vsus est cōiunctione, vt vix cre
deretur eam vnq́ cognouisse. Legale illud prę
ceptum, turpitudinē patris tui non reuelabis:
itemq́ honora patrem tuū: murmur quod per
totum Romanū imperium patris sui mores la
niabat, quodq́ ipsum sibi offensae patris ac suę
ab illo discessionis causa extitit, auribus ꝓpri-
is nunq́ patiebatur inferri: semper illum domi
num suū & caesarem vel imperatorē cognomi
nans: vniuersos a palatio patris aduentātes, sub
appellatione conseruorum licet infimos sociali
beniuolētia tractans. Pręter animi virtutes, mo
rumq́ compositionē / corpore fuit apprime de
corus, ac statura procerus. Eodem anno Gote
fridus dux, Reginmundus comes sancti Aegi
dij, Rupertus comes Normannię, Rupertus
comes Flandrensis, cum turbarum copijs qui-
bus praeerant multa vsq́ Hierusalem difficul-
tate pertingūt. iiij. iam anno postꝙ in eandem
militiam pro crucifixo sibi Christo tanti se bel
latores sponte crucifixerūt. Reliqua enim mul
titudo praeter eos qui cum Boimundo Antio-
chiae consederant, vel cum Balduuino Rohas
abierant, Laodiciae Tyroq́ remanserāt, per di
uersas circunquaq́ regiones dispersi sunt. Hic
de militiae vel expeditionis eiusdem causa non
tam humanitus ꝙ diuinitus ordinata, fert ani-
mus ęstuans aliqua praescriptis adijcere, maxi-
me ob imprudentiā, immo impudentiā quo-
rundam redargutionē, qui vetusto semper er-
rore contenti, nouitatē hanc iam senescenti &
ꝓpe intereunti mundo pernecessariā, ore teme
rario praesumunt repraehendere, ipsi Epicureo
more voluptatū latam quā artam diuinae serui
tutis viam amplectentes, appetitū mundi pru-
dentiam, contemptū eius stultitiam, hoc est car
cerem patriam, tenebras lucem, malum bonū,
mortem vitā, proh pudor corde caecissimo con
siderantes, lenocinatur eis in hoc & audaciam
huiusmodi subministrat, deprauata iam vndiq́
sed maxime partibus in istis rerū vertigo, vbi
sapientia prae omnibus inuisa, virtus omnis est
odiosa, religio despicitur, humilitas conculca-
tur, astutia primatum praestat, vitium amorem
conciliat, crudelitas timorem / superbia impe-
trat honorem. Nos autem in domino iēm con-
fidentes, nec praesentibus sed futuris inhiantes:
ac licet spectatores pigri, fautores tamen beni-
uoli, laudemus eosdem nostri temporis viros
gloriosos, qui vicerunt regna mundi, qui reli-
ctis propter pium ouis centesimae quaesitorem
coniugibus ac liberis regnis & diuitijs, posue-
runt animas suas in manibus suis, zelo zelan-
tes pro domino deo exercituum: vltroq́ condi
gne armati fortitudine / regis sui caelestis ineun
tes seruitium. ¶ Tempore Heinrici. iiii. Ro-
mani, & Alexij Constantinopolitani principis
iuxta praesagium euāgelicum, surrexit vndiq́
gens cōtra gentem, & regnū aduersus regnū,
& terremotus magni erant per loca, & pestilen
tiae & fames, terroresq́ de caelo, & signa ma-
gna: & quia iam in omnes gentes euangelica
tuba, iusti iudicis aduentū preconabat: ecce eti
am totum circunquaq́ mundum signa ꝓphe-
tata portendentem vniuersalis ecclesia contem
plat. Iam Hierosolyma Sarracenis ciuib⁹ pos-
sessa, Babylonia quae nunc sedes est regni Ae-
gyptijs seruiebat; iam tenuis in ea christianę ꝓ
fessionis religio, quotidiano se tributo redime
bat. Bethleem dom⁹ panis angelorū stabulum
facta est armentorū: vniuersaeq́ circumcirca ec
clesiae per omnia ludibrijs numeroso annorum
circuitu subiacebant Paganorum. Orta sunt in
terea bella forte miserabili inter christianos ori-
entales id est Graecos, & Armenios: Armenij
vtpote regnis & numero pauciores, affines a-
sciscūt sibi de Persida bellatores inclytae famae
Turcos: quorum auxilio sedata iuxta placitum
suum seditione dimiserunt eos ad propria, ni-
mis allectos terrarum ipsarum copia & fertili-
tate. Qua de re inito post annos aliquot consi-
lio, emerserūt ab aqlonari plaga, de terra Gor
rizana quae plus hominum ꝙ victuum ferulis

esse narratur, præscriptorū Paganorum copię
multæ quę sub.iiij.Sultanis diuisę, sic enim sa
trapas suos nominare solent, vni tantum Persi
co imperatori pene diuini cultus more subiecti i
per Armeniam indeq; Cappadociam, totamq;
Romaniā atq; Syriā diffusi sunt. Primo quip-
pe Niceam catholicę quondam fidei turrim fir
missimam expugnant: trucidatis in ea christia-
nis quos cæperant, Solomanum quendam de
suis tyrannum cum præsidijs locant, vniuersas
circunquaq; regiones vsq; ad palūdem siue si-
num maris qui brachium sancti Georgij dici-
tur, funditus deuastantes, nulli animę christia-
næ, nulli ecclesię vel monasterio, imo nec ipsis
sanctorū imaginibus parcētes. Vidimus enim
& adhuc videre miserabile spectaculum est in
semidirutis partiū illarū oratorijs, ipsam salua-
toris nostri eiusq; gloriosissimę genitricis, seu
quorūlibet electorū picturas truncatis naribus
& aurib⁹, manibus vel pedibus, desolatarū ec
clesiarū quodammodo luctum visibiliter prę-
tendere, diuiniq; iudicij super se vigilantē vir-
gam plagis quasi semper recentibus ostentare.
His te gladijs o nobilissima Constantinopolis
nec regis tui tutauit milleformis astutia, nec ci-
uium populositas innumera, non te frequentia
nundinarum, vel infinita congeries auri rede-
mit, non te Vuaringorum, non te Turcopo-
lorū tuorum vel Pincinatorū classiumue mul-
titudo defendit: solum tibi stagni prædicti in-
terstitiū/ præsidio fuit: immo sola te creatoris
operatio muniuit. Subiacuit furorib⁹ istis pręe
potens quondam Antiochia, & ne multis mo-
rer, dextras dederunt tota simul Syria atq; Pale
stina. Igitur terra repromissionis subacta, ma-
ter nostræ redemptionis ac ciuitas dei Hieru-
salem duplici captiuitatis iugo grauatur: sola-
men tamen erat vtiq; perparuulum ꝗ oppri-
mentium se Sarracenorum Turcis multo iur-
piorum plæbs ęqua sorte multatur. Posito ini
bi Sultano militibusq; numerosis ad instaurā
dum antemurale quod hactenus cernit aliaue
quælibet ędificia, destruuntur illa quæ extra ci
uitatē erāt monasteria, domini vero sepulchrū
questus dumtaxat gratia intemeratū relinqui-
tur: templum domini famosissimum, & nulli
vt arbitror humani operis structurę comparan
dum, sacrilegæ Paganorum religioni reserua-
tur: tantæq; semper apud illos habebatur vene
rationi, vt nunq; illud nisi nudis & lotis pedi-
bus intrarent: nullum vero de christianis quos
vtiq; maxime immūdos iudicabant, per tot an-
norum curricula tam Sarracenorum ꝙ Turco
rum tempore vel intra atrium ingredi permit-
terent. Cum ergo victores iidem nunc armis
vt res poscebat insudarent, nunc lusibus ac de-
licijs vtpote a glarea ieiuna in terram maxime
fructiferam transplantati sibimet indulgerent,
in illorum seruitio quæ tormenta, quas cruces
quasue per omnia miserias superstites christi-
colæ paterentur, vix cuilibet inexperto credibi
le est: per legationes tamen frequētissimas, &
epistolas etiam a nobis visas, vniuersalem ecclesiam
siam ecclesiæ Hierosolymitanæ in præsidium
lugubriter inclamantes aduerti facile potest.
¶ Prædictus etiā Alexius imperator Constan
tinopolitanus, super eisdem Barbaris prædoni
bus per maiorē iam regni sui partem diffusis,
nō paucas epistolas Vrbano papę direxit, qui
bus in defensionē orientaliū ecclesiarum se nō
sufficere deplorauit: obtestans totū si fieri pos
set occidentē qui iam ex integro christiana pro
fessione censeret̄ sibi in adiutoriū aduocari, p-
mittens per se cuncta necessaria præliaturis ter
ra mariq; ministrari. Inde commotus apostoli
cus & omnis ecclesia Romana, generale conci
lium in Hispaniæ confinio cōgregari fecit: vel
vt quidam dicunt Parisij: quo etiam ipse labori
oso nimis itinere pueniens, innumeris qui ibi-
dem conuenerant populis, diuersorūq; regno
rum legatis, vniuersa quæ scripta sunt, & mul
to ampliora ore facūdissimo declamauit. Mox
tot milib⁹ in lacrimas resolutis, variarum ꝙq;
linguarum planctibus in altum leuatis, in hoc
cis doctor egregius remissionem omniū con-
donat peccatorū, si renunciatis omnibus quæ
possidebant, crucem post Christum vnanimi-
ter portantes, periclitantibus cōchristianis fer-
rent auxilium. Qua sponsione arrectis animis
omnium, designata sunt ad pręsens in domini
militiam circiter centum milia virorū ex Aqui
tania scilicet atq; Normannia, Anglia, Scotia,
& Hibernia, Britānia, Galitia, Vrasconia, Gal
lia, Flandria, Lotharingia, cæterisq; gentibus
christianis quarū nunc minime occurrūt voca
bula, crucis signaculū in vestib⁹ .i. vere cruciser
exercitus ad mortificationis præferebat com-
monitorium, credens in hoc iuxta visionē ma-
gno quondam Constantino reuelatā, ab inimi
cis crucis Christi se triumphaturū. Mira aūt &
inęstimabili diuinitatis dispensatione tot Chri
sti membra, linguis/tribubus/& nationib⁹ dif
ferentia, subito in vnum Christi charitate con-
glutinati coaluerunt corpus: vno omnes Chri
sto rege sunt singulis singulæ gentes procura
tę ducibus: Gotefrido scilicet Lotharingensi,
suisq; fratribus Baldeuuino & Eustatio, Ru-
perto Flandrensi, item Ruperto Normanni-
co, Reginmundo comite de sancto Aegidio,

Hugone fratre Philippi regis Gallię, cęterisq;
eiusdem industriae nobilitatis atq; fortitudinis
bellatoribus. Quibus omnibus venerandę san-
ctitatis & sapientiae virum Hademarū episco-
pum pręfatus apostolicus pręfecit: cui & ligan-
di soluendiq; potestatē a beato Petro Romanae
sedi hereditatā sua vice semper exercēdam con-
cessit: insignitūq; caelestis militiae stigmate ex-
ercitum, apostolica benedictione consignans:
condicto ab vniuersis tempore ꝓfectiōis, ipse
cū non modica eiusdem expeditiōis turma Ita-
liam rediit. Legatis deniq; singulis ad ꝓpria re-
uersis, ꝓuagata cis citraq; mox orbē cunctum
haec fama cōmouit: insuper quod dictu mirabi-
le est, ipsum oceani limitem velocitate consue-
ta superuolans, Insulanorū etiam classibus ma-
ria ipsa caelestis regis militia redūdare fecit. Nā
vt verissime comperimus, tam ignotos effudit
ocean9 populos, cuius nō dicā mores & habi-
tus, sed ne loquelā quisq; huius littoris habita-
tor vel de ipsis Marinariis agnosceret: rursum-
q; alios quibus nihil praeter panem & aquam
in vsu victus esset: itemq; quosdam quibus ar-
gentum pro ferro in omnibus suis vtensilibus
esset. Hinc & vndecunq; augebatᷣ quotidie cir-
cacircum signatorū numerus: & vt praelibaui-
mus, in huiusmodi expeditionem totus feruet,
totus concutitur, vel potius transformari vide-
batur mundus. Francigenis occidentalibus fa-
cile persuaderi poterat sua rura relinquere: nam
Gallias per annos aliquot nunc seditio ciuilis,
nunc fames, nunc mortalitas nimis afflixerat:
postremo plaga illa quae circa Niualensem san-
ctę Gertrudis ecclesiā orta est, vsq; ad vitę de-
sperationem terruerat. Erat aūt huiusmodi, ta-
ctus quisq; igne inuisibili quacunq; corporis
parte, tam diu sensibili, immo incōparabili tor-
mento, etiam irremediabiliter ardebat: quousq;
vel spiritū cum cruciatu, vel cruciatū cum ipso
tacto membro amitteret. Testantur hoc hacte-
nus nonnulli manibus vel pedibus hac poena
truncati. Reliquarū nationum plaebes, perso-
nae alię praeter apostolicum edictum ꝓphetis
quibusdam inter nuper exortis, seu signis caele-
stibus ac reuelationibus ad terram se repromis-
sionis vocatas, aliae se quibusuis incommodita-
tibus ad talia vota compulsos fatebantᷣ: magna
quippe pars eorū cum coniugibus ac prole to-
taq; re familiari onusti proficiscebantᷣ. Orienta-
libus autē Francis, Saxonibus & Thuringis,
Baioariis & Alemannis haec buccina minime
insonuit, propter illud maxime scisma quod in-
ter regnum & sacerdotiū a tempore Alexādri
papae vsq; hodie tam nos Romanis, q̄ Roma-
nos nobis inuisos & infestos iam heu confirma-
uit. Inde est q̄ omnis pene populus Teutoni-
cus in principio, ꝓfectionis hui9 causam igno-
rantes, per terram suam transeuntes, tot legio-
nes equitū, tot turmas peditum, totq; catervas
runicolarum foeminarum ac paruulorum quasi
inaudita stultitia delirantes subsannabant: vtpo-
te qui pro certis incerta captantes, terrā natiui-
tatis vane relinquerent, terram repromissionis
incertam certo discrimine appeterent, renuncia-
rent facultatibus ꝓpriis, inhiarent alienis. Sed
q̄uis nostra gens cęteris multo sit insolentior,
respectu tamen miserationis diuinae inclinatur
tandem ad verbum eiusdem renunciationis fu-
ror teutonicus, a cōmeantiū scilicet turbis rem
ad integrum edoctus, praeterea signum in sole
quod praescriptū est visum, multaq; quae tam
in aere q̄ in terris portenta apparuerunt, ad hu-
iusmodi exercitia nō paucos antea torpidos ex-
citauerunt. E quibus aliqua hic interseri duxi-
mus vtilissimū, cuncta vero longissimū. Nam
& nos cometem in plaga meridiana stantē, su-
umq; splendorem in obliquū gladii more pro-
tendentē tunc circa Non. Octob. vidimus. An-
no vero post haec tertio stellam aliā in oriente
locum suum longo interstitio saltibus mutan-
tem. vi. kalᷣ. Mart. cōspeximus. Nubes quoq;
sanguineas tam ab occidente, q̄ oriente surgen-
tes, sibiq; inuicem in caeli centro concurrētes.
Rursumq; mediis fere noctibus a septētrione
igneos exurgere splendores, plerunq; etiam fa-
culas per aerem volitantes, vidisse nos testibus
plerisq; cōprobamus. Non multo ante hos an-
nos quidam venerabilis vitae presbyter nomi-
ne Suiggerus cuiusdam diei hora fere nona du-
os equites conspexit concurrētes in aere: diuq;
concertantes, alterū qui crucem non modicam
ferebat, qua percutere videbatᷣ, in altero victo-
rem existere. ¶ Eodem tempore. G. presbyter
qui nunc sub monachica ꝓfessione nobiscum
cum primogenitis asini debitum ouinū Chri-
sto persoluit, hora quadam meridiana cum du-
obus comitibus in silua deambulans, gladium
mirae longitudinis venti vertigine, ignotū vn-
de leuaretᷣ, in sublime deferri vidit: & quousq;
visum altitudo celaret, tam fragorem auribus,
q̄ metallum oculis discreuit. Referebāt aliqui
qui in equorū pastibus vigilabant, ciuitatis se
speciem in aere vidisse: diuersas etiā turbas di-
uersis ad eam partibus tam equestri q̄ pedestri
itinere properantes perspexisse. Nonnulli eti-
am crucis signaculum sibimet in frontibus vel
vestibus, siue in quolibet loco corporis diuini-
tus impressum ostendebant: ipsosq; se stigmate
ad eandem domini militiam praescriptos crede-
bant.

¶ Hīc alijs subita mentis mutatione cōpunctis, vel visione nocturna edoctis, prędia resq; familiares distrahere, signūq; mortificationis vestibus assuere placuit: & in his oībus vltra q̄ credi potest, cateruatim currētibus ad ecclesias populis nouo ritu gladios cū fustib⁹ & capsellis sacerdotalis benedictio dispertiuit. Quid referā tēpibus ipsis mulierē quandam duob⁹ annis cōtinuis impregnatā, tandēq; dirupto vtero/ filium loquentē fudisse: itēq; infantulū per oīa bimembrem: alterū vero capite bino. Agnellos q̄q; aliq̄s binis capitibus exortos fuisse: pullos etiā equarū dentes maiores quos equinos vulgo appellamus: q̄sq; non nisi trimis caballis natura cōcedit, in ipso partu ꝓtulisse. His & huiusmodi signis tota creatura in creatoris se militiam cohortante, nil moratˀ inimicus ille cęteris etiā dormiētib⁹ semper peruigil bono illi semini zizania sua superseminare, pseudo ꝓphetas suscitare, dn̄icis exercitibus fallos fratres & inhonestas fœminei sextus personas sub specie religionis intermiscere: sicq; per aliorū hypocrisin atq; mendacia, per aliorū vero nefarias pollutiones, Christi greges adeo turpabanˀ, vt iuxta boni pastoris vaticiniū etiā electi in errorē ducerenˀ. Inde fabulosum illud cōfictū de Carolo Magno, quasi de mortuis in idipsum resuscitato. Et alio nescio q̄ nihilominus redius friuolū q̄q; illud de ansere, quasi dn̄am suā deducēte: multaq; id genus. Iidem tn̄ seductores quēadmodū singuli suis a fructib⁹ sint cogniti quomō veste sub ouina lupi sint denotati, hi potissime q ex illis adhuc supersunt, licet vt pquiranˀ scilicet q̄ portu iuxta ꝓmissum suū absq; nauigio mare trāsierint, qbus p̄lijs vel locis multos Paganos parua manu strauerint, quas eorū munitiones ilico cæperint, quaue postremo parte murorū Hierusalē castra posuerint, & cetera: nihilq; habētes quid respondeāt, tam de oblationib⁹ fideliū p hypocrisin susceptis/ q̄ de cęsis ob rapinā quas seduxerāt turbis, ꝓpria maxime apostasia, necesse est vt pœnitentiam agere coganˀ. Nā vt p̄libatū est, plæbs Folemarū p Boemiā sequēs, cū apud Nitrā Pannoniæ ciuitatē seditione cōcitata partim captiuitate, partim ferro dispersa esset, paucissimi q remanserāt adhuc testan solent, q crucis signū super se celit⁹ apparēs ab imminēte eos nece liberasset. Gotescalc⁹ vero nō ver⁹ sed falsus dei seruus, postq̄ non sine dāno orieītalis Noricæ Vngariā cum suis intrauit, admirāda falsę religionis specie munitionē in arce quadam cōstituere, & in ipsis locatis p̄sidijs per reliquū vulgus Pannonias circūcirca vastare cœpit. Quo nimirū oppido ab indigenis sine dilatione capto, turba multa trucidata atq; captiuata, grex reliquus dispersus, ipseq; mercennarius nō pastor turpiter fugatus est. Surrexit etiam diebus ipsis quidā vir militaris comes tn̄ partiū illarū quæ circa Rhenū sunt Emicho nomine, dudū tyrannica cōuersatione nimis infamis, tunc vero velut alter Saulus reuelationibus vt fatebaˀ diuinis, in huiusmodi religionē aduocatus fere .xij. mil. signatorū sibimet vsurpans ducatū: qui nimirū per ciuitates Rheni Mœni q̄q; Danubij deducti, execrabilem Iudęorū quacunq; repertā plæbem zelo christianitatis etiā in hoc deseruientes, aut oīno delere, aut etiā intra ecclesiæ satagebant cōpellere sinum. Ad cōfinia q̄q; Pannoniarū innumeris iā vtriusq; sexus copijs cum peruenissent multiplicati, regnū ipsum quod scilicet partim paludib⁹/ partim siluis cingitur, per obsumata pręsidia vetantur ingredi. Fama quippe Colomāni regis iam perculerat vel permonuerat aures, inter Paganorū & Vngariorū necem, nihil apud Teutonicas differre mentes. Qua de re munitionē Vueisenburg per .vi. hebdomadas expugnantes, plura inibi patiuntur incōmoda: inter quæ etiam quis illorum sub nomine regis Pannoniarū potireˀ terris, ciuili stultissimaq; quatiunˀ discordia. Itaq; oppugnātes insudantes vltimo, iam muris interruptis, iam fugientibus oppidanis, iamq; indigenatum exercitu vastante propria flammis, miro dei omnipotentis nutu victor peregrinorū exercitus terga nihilomin⁹ vertit: relictisq; supellectilibus, nil quisq; præter miseram animam emolumēti reportauit. Sic nimirū sic nostræ gentis homines zelum dei, sed non scd'm scientiā dei habētes, quippe qui in malitia quā in liberandis christianis Christus ꝓuiderat alios vicissim christianos persequi cœperant, miseratiōe diuina fraterno sanguine repressi, Vngarij quoq; liberati sunt. Hæcq; est causa qua quidam simpliciores fratres vtpote rem ignorantes/ scandalizati, totum huius profectionis conatū vanū atq; friuolum ipsi nimis p̄propere iudices interpraetati sunt. Palcis tamē ex area dominica huiusmodi ventilabro decussis, vidimus grana triticea naturalis soliditatis grauitate perdurantia: Gotefridum scilicet, cæterosq; prænominatos vere dominicæ militiæ duces, cum suis singuli super omnem stellarū dispositionem speciosis castris ab vniuersis quas pertransibant gentiū principibus, pacem ac fauorem/ humilitatis atq; charitatis exemplo vt vere Christi discipuli consequentes, donec diuersis itinerum difficultatibus Bulgaria permeata Constantinopolitanas attigerant arces.

¶ Legimus Hierosolymæ libellũ a loco p̄senti totã hui⁹ historiæ seriẽ diligẽtissime ꝓsequentem: plurimosq; populi dei per trienniũ labores in capte Hierusalem lætissima victoria concludentẽ. Quã ꝓpter nos hinc iam pauca de pluribus assignamus, videlicet q; fictis oĩno beneficijs, Alexius imperator tantos sibimet heroas amicauerit: postea vero sacramẽtis tortis ne regno suo vim inferrent constrinxerit: q̃uis constet q; dum morã ibidem primę q̃q; cohortes, alias aduentãtes expectando facerẽt, dolis eos interfecissent, nisi Gotefridi ducis sollertia super gregem dñi cautius vigilasset. Testanť seditionem ipsam suburbana quæ tũc destruxit: pons quẽ expugnauit. Quid multa? Per duorũ fere mensium spatiũ nouitios indies suscæpit exercitus Bizantiũ: e q̃bus tandem absq; vulgi paruulorum ac mulierũ incredibili multitudine, recensita sunt. ccc. mil. pugnatorũ. Porro cohortes Petrũ secutę/iussu Alexij dudũ trãspositę, Paganis fuerant iã ludibriũ factæ. Motis itaq; castris/Niceam applicuerũt: quam fugato prędicto Solomano principe expugnantes, captã imperatoris præsidijs tradunt. Sic n. sacramenta firmauerant, vt vrbes quasq; suo imperio detractas pristinæ ditioni si vincerent/ redderẽt: ipsiq; vicissim iã armis q̃; stipẽdijs regijs infra metã eandem se foueri non dubitarent. Inde per regnũ Constãtini terrã vtiq; opulentissimam ꝓgredientes, mare contingunt Rusciæ. Sicq; vt epistola docet a Ruperto comite delata, cũ tanta alimentorũ abundãtia militiã suam Christus deduxit, vt aries nummo, bosq; siclo venijsset. Præterea inquit, quotiẽs reges vel principes Sarracenorũ consurrexerunt in nos, deo volente facile victi & conculcati sunt. Ob hæc itaq; fœliciter acta quia quidam intumuerant, opposuit eis deus Antiochiã vrbem humanis viribus inexpugnabilem: vbi per nouẽ menses eos detentos in obsidione eiusdem ita humiliauit, vt omnis superbia illorũ & tumor desideret. Igitur eis sic humiliatis, vt in toto exercitu vix centũ equi boni reperirenť, aperuit illis de⁹ copiam suæ benedictionis & misericordię, & induxit eos in ciuitatẽ: atq; Turcos & omnia eorũ/potestati horũ tradidit. Cũq; & hæc quasi viribus suis acquisita obtinerent, nec deũ qui hæc contulerat digne magnificarent, tanta Sarracenorũ multitudine obsessi sunt, vt de ciuitate nullus ex tãta turba egredi auderet. Præterea fames in ciuitate ita cõualuerat, vt vix ab inhumanis dapibus se aliqui continerent. Longum est narrare miserias quę in ciuitate fuere. Respiciens aũt dominus populum quẽ tam diu flagellauerat, benigne consolať: ac primo quasi ꝓ satisfactiõe tribulationis lanceam suam qua in cruce vulneratus est munus nõ visum a tempore apostolorũ pignus victorię illis obtulit: deinde corda illorũ adeo animauit, vt etiã quib⁹ ægritudo vel fames ambulandi vires denegauerat, arma sumendi/& viriliter contra hostes dimicandi virtutẽ infunderet. Triũphatis itaq; hostibus, cũ fame & tędio exercitus deficeret Antiochiæ maxime ꝓpter discordias principũ in Syriã ꝓfecti, Barram & Marram vrbes Sarracenorum expugnauerũt: & castella regionis obtinuerunt. Vbi cũ moram disposuissent, tanta fames in exercitu fuit, vt corpora Sarracenorum iam fœtentiũ a populo christiano comesta sint. Inde cũ diuino nutu in ĩteriora Hispaniæ forte.Syriæ.vel.Phœnicis ꝓgrederenť, largissimã atq; misericordẽ & victoriosissimã manum omnipotentis patris secum habuerunt. Etenim ciues & castellani regionis illius per quã ꝓcedebant ad eos cũ multis donarijs legatos præmittebant: parati seruire, & oppida sua reddere. Sed quia exercitus non multus erat, & in Hierusalem vnanimiter festinabant, acceptis securitatib⁹/tributarios eos fecerunt: quippe cũ vna de multis ciuitatib⁹ quę in maritimis illis sunt, plures homines habeat, q̃; in exercitu christiano fuissent. Cumq; auditum esset Antiochię atq; Laodiciæ & Rohas, quia manus dñi esset cum eis, plures de exercitu qui ibi remanserant, consecuti sunt eos apud Tyrũ. Sic itaq; deo conuiatore & cooperatore vsq; ad Hierusalem peruenerũt. Cui⁹ in obsidione cũ laborarent, maxime ꝓpter aquæ inopiam, habito cõcilio, epĩ & principes circinandam esse ciuitatẽ nudis pedibus prædicabant: vt ille qui ꝓ nobis in humilitate eam ingressus est, per humilitatẽ istorum pro se ad iudiciũ de suis hostibus faciendum illis eam aperiret. Placatus itaq; hac in humilitate dñs octauo post humiliationẽ illorũ die ciuitatẽ eis tradidit, eo videlicet die quo primitiua ecclesia inde abiecta fuit, cũ festum de dispersione apostolorũ a multis fidelibus celebratur. Inter hæc minime prætereundum videť q; dum exercitus in obsidione Antiochiæ moraretur, pauore perculsis vniuersis per orientẽ nationibus, discurrẽtibus ab omni parte orbis terrarũ missis & exploratoribus, alijs pacem/alijs bella machinantibus, etiã Babylonici regis legati conuẽtui principum se præsentes exhibent, inter alia pollicentes, si victis Antiochenis, etiam Turcos de Hierosolyma pepulerint, dñm suum fratrem & amicum cum vniuersis Sarracenis habeant: vt enim præscriptũ est, Iudęam cũ Hierusalem totaq; Palestina iam olim Turci Sarracenis abstulerant.

¶ Hac de causa securitate accepta, nõ pauci le-

ctissimorum militũ Babyloniã dirigunt: quo-
rum fortitudine, proceritate, habitu & incessu
omniq; elegãtia, attoniti Barbari, Francos (sic
enim vniuersos occidentales populos nomina
re solent) plus q̃ homines, id est deos esse fate
bantur: affirmantes oĩno non esse mirũ q̃ hu-
iusmodi bellatores totũ affectarent sibi subijce
re mundum. Inito deniq; consilio, rex Babylo
niæ Hierusalem obsidet: ostẽsisq; legatis Fran
cis se fœderatũ affirmat: quorũ gladijs si sibi ci
uitatem non traderẽt, ipsos tradendos minitat.
His itaq; dolis rex Barbarus nõ suo/sed Fran-
corum timore ciuitatẽ receptam, dimissis cum
suis omnibus Turcis, omni conatu machinis
atq; militibus contra christianorũ aduentũ præ
muniuit: sicq; factum est, vt Hierusalẽ bis vno
caperet anno: prĩo a Sarracenis, dein a Francis
De hostibus vero ibi repertis quid actum sit,
si quis nosse quærit, sciat quia in porticu quæ
dicitur Salomonis, & in templo eius, victores
equitabant in sanguine Sarracenorũ vsq; ad ge
nua equorũ. Deinde cum ordinatũ esset qui ci
uitatem retinere deberent, & alij amore patriæ
& pietate parentũ suorũ redire voluissent, nun
ciatum est eis q̃ rex Babyloniorũ Ascalonẽ ve
nisset, cũ innumerabili multitudine Paganorũ,
ducturus Francos qui Hierosolymis erant in
captiuitatẽ, & expugnaturus Antiochiã, sicut
ipse dixerat: aliter autem dominus de his sta-
tuerat. Itaq; cũ in veritate comperissent, hi qui
Hierosolymis erant, exercitum Babyloniorũ
Ascalone esse, contenderũt obuiã illis: relictis
sarcinis & infirmis suis in Hierusalem cũ præ
sidio. Cumq; hostiũ exercitũ conspexissent in-
numerabilem, genibus flexis deum inuocaue
runt, vt q̃ in alijs sibi necessitatibus semp̃ affue
rat, in præsenti bello confractis viribus Pagano
rum & diaboli, regnũ christi & ecclesiæ, a ma-
ri vsq; ad mare vsq; quaq; dilataret. Nec mora,
clamantibus ad se deus affuit: atq; tantas auda
ciæ vires ministrauit, vt qui eos in hostem cur-
rere videret, fontem aquæ viuæ sitientẽ ceruũ
segnẽ haud iudicaret: miro videlicet modo, cũ
in exercitu christiano non plus q̃ quinq; milia
equitũ, & .xv. mil. peditũ fuissent: & in exerci-
tu hostium centum milia equitũ, & .cccc. mil.
peditũ esse potuissent. Tunc mirabilis in seruis
suis deus apparuit, cum anteq̃ confligerent/p
solo impetu eorũ hanc multitudinẽ in fugam
conuertit: & omnia eorũ arma diripuit: ita vt si
deinceps istis repugnare vellent, non haberent
arma in quibus sperarent. De spolijs vero non
est querendum quantũ captum sit, vbi thesau-
ri regis Babyloniæ occupati sunt. Ceciderunt
ibi plus q̃ centum milia Maurorum gladio; ti

mor aũt illis tantus erat, vt in porta ciuitatis ad
duo milia suffocati sint: de his vero qui in ma-
ri interierunt non est numerus: spineta etiã ex
ipsis multos obtinuerunt. Pugnabat certe orbis
terrarũ pro christianis. Et nisi spolia castrorum
de ipsis multos detinuissent, pauci de tanta mul
titudine hostiũ essent, qui de bello renunciare
potuissent. Pridie autem q̃ bellum fieret, mul-
ta milia camelorũ & boum & ouiũ cæpit exer
citus. Cumq; iussu principũ populus hęc dimi
sisset, pugnando progrediens, mirabile dictu,
multas & multiplices turmas fecerunt cameli:
similiter aũt & boues & oues. Hæc aũt anima
lia ita comitabãtur exercitũ, vt cum stantib⁹ sta
rent, cum ꝓcedentibus ꝓcederent, cũ currenti
bus currerent. Nubes etiã ab ęstu solis christia
nos defendebãt & refrigerabãt. Celebrata itaq;
victoria, reuersus est exercitus Hierusalem: &
relicto ibi duce Gotefrido, Reginmũt comes
sancti Aegidij, & Ruptus comes Normãnię
& Rupert⁹ comes Flandriæ, Laodiciã reuersi
sũt: ibi classem Pisanorũ & Boimũdũ inuenerũt
Cũq; archieps̃ Pisan⁹ Boimũdũ & alios cũ eo
discordãtes cõcordare fecisset, Reginmũd⁹ ꝓ
deo & ꝓ fratrib⁹ regredi disposuit: magna vero
multitudo vt supra dictum est, ad patriã reme
are contẽdit: cęteri q̃ remanserũt, terrã deo dis-
ponente hacten⁹ in pace obtinuerũt. Dux q̃q;
magnanimus & cui vix q̃sq; in religione cõpa
rabilis inueniat: parua licet manu fult⁹, magna
queq; in dño cœpit attentare: reliquias gẽtiliũ
quacũq; remanẽtes persequi, p̃sidia locis oppor
tunis instituere, Ioppen diu destructam/por-
tũq; ibi iam diu desolatũ renouare, ecclesias cle
rũq; quãtũ potuit reparare, cœnobitas alibi cõ
gregare, donaria multa tam monasterijs/q̃ ho
spitali quod nunq̃ defecerat in Hierusalem de
uotissime cõferre. Pacẽ firmissimã cũ Ascaloni
tis atq; Damascenis, gratia cõmerciorũ habuit:
nostræ gentis milites præ cunctis bellatoribus
honorauit: feritatẽq; illorũ suauissima vrbanita
te Gallicis caballarijs cõmendans: inuidiã quæ
inter vtrosq; naturaliter quodammodo versat̃,
p innatã sibi vtriusq; linguę peritiã mitigauit.
Hoc anno Chunradus Traiectensis eps̃ a suis
occisus est. Herimannus Coloniẽsis eps̃ obijt.
Cui Fridericus successit. Rapoto Palatinus co-
mes, & Vdalric⁹ comes patruelis ei⁹, quẽ mul
tum ditẽ dicebant defuncti sunt. Dũ .n. impe
rator cũ principibus colloquiũ Ratisponæ ha-
beret, mortalitas subito exorta, prænominatos
duos magnates, de inferioribus vero q̃plures
absumpsit: p ciuitates q̃q; atq; regiões nõ mo-
dicam vulgi stragem fecit. Fames etiã impro-
uisa multis locis inualuit. Vrbanus papa obiit.

¶ Hic super ecclesiarū hactenus heu manente cōmotione concilia multa congregauit: multa etiā decreta ꝓmulgauit: inter quae etiā conuocatis ad Placentinā ciuitatē .cc. fere patribus. H. imperatorē tam a se/ q̄ a praedecessoribus suis cōmunione priuatum declarauit: maxime regina Agne ipsius caesaris vxore astante: multaq; nefanda in illum ad aures totius synodi testificante. Sed anteq̄ ex hac vita migraret, spiritu instructus diuino, Reginherum cardinalem de sancto Claemente sanctae cōuersationis & boni testimonij abbatē, nobilem Romanū designauit in regimen apostolicū eligendum: quē etiā reuelationibus alijs insuper denotatū, vniuersa Romana ecclesia pastorē sibi cōsecrat, licet inuitū, Paschalem appellans eum.

ANno domini mil.c. Sub Gotefrido duce Hierosolymitanā ecclesiā defensante, cōuentus ingens factus est in Hierusalē, ab omnibus qui sunt in oriente christicolis: maximeq; q̄ vel Antiochiae vel in Syria Rohas vel Palestina resederant peregrinis: in tantū vt in ipsis natiuitatis dominicae festis q̄plures regionib⁹ adiacentibus consecrarent episcopi: versis in historias visibiles eatenus mysticis ꝓphetijs. Surge illuminare Hierusalem. Et laetare Hierusalē & diem festum agite omnes qui diligitis eā: & cetera. Incalescente post haec ęstate, corrumpit per Palestinā aer cadauerū foetore. Sunt etiam qui dicant fontes a Barbaris infectos veneno, vel cisternas occisorū sanie, vnde exorta pestilentia, multos ex nostris vtpote sub aere peregrino militantes occidit: inter quos ipsum totius ecclesiae catholicae lacrimis plangēdum Gotefridum populo dei: quē paterna sollicitudine curabat, materna pietate fouebat, nimis immature subtraxit. Vno tm̄ anno populo dei praefuit, languore superatus prędicto. xv. kal. Aug. plenam fide bonisq; operibus pręsentē in Christo vitam finiuit. Exceptis siue tacitis cunctis quibus pollebat virtutibus, tanta se mansuetudine cōiunxerat tam indigenis q̄ cum peregrinis, vt vix aduerteref/ Francis ne plus plangeretur q̄ Syris vel Gręcis. Ante montē Caluarię ī vestibulo Golgothanae ecclesię extat ei⁹ mausoleū lapide pario cōstructum. ¶ Hoc tempore Baluuinus comes in Rohas quae est ciuitas inclyta, immo regia & pars Armeniae consederat: principatū iam genris illius consecutus, defuncto scilicet interim grandaeuo seniore illo christianissimo, qui se ab Antiochia sibi in propugnatorē asciuerat: multaq; pręlia nauiter gerentem etiam in filiū & hęredem adoptauerat. A diebus quippe antiquis semper impugnata, nunq̄ manum dederat vrbs illa ampla Paganis eo q̄ muris vltra humani operis qualitatem firmis, fluuio q̄q; intra ebulliente, omni etiā situ naturali, populiq; & victuum muniaf fertilitate. Non est operis huius vel temporis literis tradere, quotiens ibidem parua manu, vir praedictus grandem multitudinē Barbarorū strauerit, nonnunq̄ etiam victus vicerit, amisso exercitu, alium ab Antiochiae pręsidio conduxerit: postremo falso sibi foederati cuiusdam Turci Balduc nomine/ dolis semet expedierit, ipsum q̄ cōpraehensum necauerit, quae omnia scribere volentē prius tempus deferet q̄ materia. Audito tamen obitu fratris. G. Baldeuuino iuniori cognato suo ciuitatē & populum cōmittit: ipseq; cū .ccc. fere viris Hierosolymā tendit: insidiantiū sibi Paganorū milia delusit: congreditur, vicit: onustusq; spolijs cū triūpho Hierusalē intrauit. Rogatus & collaudatus ab omnib⁹, vt princeps esset eorū, consensit: nec multo post inclinans caput suū super dominici sepulchri tumbam, ipsius se seruituti perpetualiter subiugauit. Post haec q̄ maior Paganis christianoꝝ timor incuteref, die pentecostes per legatū apostolicę sedis accepta regali benedictione coronatur. Deinde Assur & Caesareā ciuitates maritimas debellauit: caesisq; qui inibi erāt Sarracenis/ regnū suum regis Babyloniae damno dilatauit. Vuigbertus Rauennensis archiepiscopus, qui super Hildebrandum. G. positus, Claemens papa dictus est obijt: vir vtiq; satis ingenio, facundia, nobilitate, personaeq; reuerentia clarus: nec Roma tunc nec Rauenna bene vsus: & qui super vnum papam viuentem q̄uis coact⁹, vt aiunt, ascēdit: ipse tres sibimet alternatim succedentes supuixit: extorris vtraq; sede Romae & Rauennae, malens vt ab ipsius ore didicimus, aplici nomen nunq̄ suscępisse.

ANno dn̄i. mil.ci. Chunradus rex adolescens .ix. anno postq̄ a patris palatio discesserat, Mahthildis magnae illius & nobilissimae, & vt quidam dicunt, religiosae foeminae, sicut sanguine/ ita & cōtubernio coniunctus: & in rebus per Italiā disponendis tam illius q̄ domini apostolici, caeterarūq; deum timentiū personaꝝ consilio semper vsus, immaturo pręuentus occasu, plena fide & bona confessione a regno transitorio ad ęternum creditur regnū migrasse. Sunt etiā qui veneno eum dicant interisse. Testari solent qui aderāt in brachio corporis exanimi crucis signaculum subito exortum se vidisse: ipsasq; ei⁹ exequias quibusdam miraculis honorificatas fuisse. Visus est a nostro quodā familiari ab oriente in occidentē volans ignis, ad instar nō modicae ciuitatis. Vermiculorū quoq; quos papiliones a similitudi

ne tabernaculorũ vocant/exercitus incredibilis
multitudinis, ꝑ tres continuos dies quasi a Sa
xoniȩ finibus in Bajoáriã volabat. Mox ꝓfe-
ctio populosa, & quȩ pene priori posset nume
ro dumtaxat ȩquari subsequit͞: quȩ post audi-
tas vltra spem res Hierosolymȩ ꝓspere gestas
a residuis totius occidentis gentibus maxime
ab his quorũ prius votis timor vel diffidentia,
inopia vel imbecillitas obstiterant, denuo para
batur: primũ ab episcopis Mediolanensi, Papi
ensi, cȩterisq́ Longobardorũ populis ad quin
quaginta milia signatis, deinde a diuersarũ ꝓ-
uinciarum Teutonicis, postremo ab Aquita-
nicis, quibus Vuillihelmus Pictauiensis prae-
erat, prȩter vulgus ad. xxx. milia loricatis. Lon
gobardorũ plȩbes permissu. H. ducis Carin-
thia permeata, dum post Vngaros tergo reli-
ctos in Bulgariȩ ciuitatibus hiemarent, nume
ro rarescere cœperunt: tandemq́ Constantino
polim ꝑuenientes, in alterã ripam (illud enim
beneficiũ maledictus Alexius peregrinis acce
lerare solet) transpositȩ sunt, immo Paganorũ
sagittis expositȩ: Turci enim explorata Lõgo
bardorũ inertia, stipularũ eos terebant more in
tantũ, vt exercitus Teutonicus qui eadem via
subsecutus, circa Iunij kal'. ad eandẽ metropo-
lim peruenit, quid de prȩcedentibus se gestum
sit, nullo modo vtpote nullo superstite de Ro
mania redeunte, posset inuestigare. Ab ingres
su quippe vel prima ciuitate Bulgariae vsq́ ad
sedem. A. semper nobis eius pacifici nuncij oc-
currebant: qui tamen aliquando nos praeceden
tes vel comitantes, fauillarũ euanescentiũ mo-
re disparebant. Militũ etiam suorũ quos Pinci
natos vocitãt, exercitus nũc nobis a tergo dam
nũ intulit, nunc a latere vim inferre, nũc a fron
te directa acie manũ conferre, nunc per noctes
castra irrumpere disposuit: semper tamẽ nobis
per. xx. dies vicinus & infestus fuit, donec stati
one fruentes praenominata cum turma Vuelfo
nis ducis, exercituq́ Vuillehelmi, diuersis q̃q́
quotidie confluentibus copijs per dies. xv. ad
centũ mil'. congregamur. Ex quibus omnibus
singularũ turmarum principes. A. more suo
sub appellatione filiorũ suscȩpit: eisdemq́ post
manus acceptas, sacramẽtaq́ firmata, sicuti pri
oribus exercitibus munera dispertiuit: pauperi
bus vero extra ciuitatẽ elemosynã largiri, mer
catumq́ parari prȩcȩpit. Nam obsistente suspi
cione, paucissimis personis, & ipsis precio fur
timq́, cuiusdam vrbis vel castri siue munitiõis
per totum imperiũ eius permittebat͞ ingressus.
Qua etiã causa dum Vuillihelmus cum exerci
tu per mediã Hadrianopolim qua regia strata
ducit transire ꝓhiberet͞, Aquitani mox genita-
li tumescentes fastu, symbola conclamãt, sub-
urbana succẽdunt, ciuitatẽ inuadunt: cuius op
pugnationi dum acriter insistunt, Pincinatorũ
exercitũ qui semper vt praemissum est, iter ip̃m
iussu caesaris obseruat, a tergo suscipiunt: qui-
bus cõgressi multos sternunt, multos amittũt
tandem via dudũ cõtẽpta vadunt. Igitur totus
ille tantusq́ populus per Romaniã iter dirige-
re disponebat, necessaria sibi quisq́ per deserta
coemebat: vltra brachiũ illud maris quod san-
cti Georgij dicitur, tam compulsi q̃ volunta-
rij transuehimur: sed quotidiani principũ con
uentus quotidiana etiam ipsorũ cum imperato
re colloquia quẽ finẽ sint habitura/ penduli ni-
mis operimur. Sed ecce subito murmur exorit͞
inuisum imperatorẽ, Turcorũ potius q̃ Chri
stianorũ parti fauere: exploratisq́ quȩ circa nos
erant, frequentibus illos contra nos nuncijs ani
mare. Hic est inquiunt perfidus ille. A. qui do
mino suo. M. per quorundã Alemannorũ con
ductiosorum auxiliũ depulso, imperium eius
vsurpauit: ipsosq́ sui sceleris cooperatores exi-
lio damnatos necari fecit: nuncq́ se tanti facere
dicit Francos cũ Turcis praeliantes, quanti ca-
nes se inuicem mordentes. Cum autẽ nauigia
quisq́ conducere tentaret, audiuit caesarẽ insidi
as peregrinis etiã in mari posuisse: multasq́ du
dũ eodẽ facinore naues cũ submersisse. Quapro
pter oẽs eũ maledicebãt, & anathematizabant:
oẽs illũ linguae non imperatorẽ/ sed traditorẽ
appellabãt. Incredibile memoratu est, & ad re
cordandum expertisq́ horribile, quanta in no-
stro/ hoc est Germanico collegio, quod omni
bus erat rarius tunc fuerit titubatio, dum vide-
res patrem a filio, fratrem a germano, sociũ ab
amico, multo amarius q̃ mors separat cum vi-
ta separari, altero terrȩ/ altero se cõmittente ma
ri, rursumq́ quosdam post appensum naulum
post vnã vel duas in naui transactas noctes re-
sumpta supellectili/ ad littus cũ ingẽti damno
ꝓsilire: redemptis precio ampliori quos nuper
distraxerant equis, ad necem fugiẽdo mortem
ꝓperare. Nos quoq́ eadem animi mutatione
diu multũq́ vexati, tandem inter eos qui se fa-
lo credere praesumpserant, diuina miserias no-
stras gubernãte clȩmẽtia, Ioppȩ portũ post. vi
hebdomadas attigimus: benedictus per omnia
Iesus Christus. Porro exercitus vniuersalis, ab
imperatore. ccc. Turcopolis qui legiões apto
itinere deducerent acceptis, contra Nicomediã
vertitur: indeq́ Romaniã declinans ad aquilo
narem plagã, cõtra terrã Chorizanã quȩ Tur
corum est patria/ conuertit͞. Loca quippe Ro-
maniae quȩ circa stratam publicã erant, prius.
A. deuastauerat, dum nostris in Antiochia du

dum obsessis auxiliū ferre nō auderet vt iuraue
rat, suspectus scilicet extunc tā Francis q̄ Tur
cis. Insuper militia hęc nomen sibi facere in gen
tibus quemadmodum anterior ꝓposuit: sed vt
rei ꝓbauit euentus, diuinæ id prædestinationi
non complacuit. Nam ante paucos dies iidem
Pagani in Longobardorū vt præmissum est,
vix tædio sanguine hebetatos antea gladios du
rauerant: indeq; animati tam infinitę multitudi
ni bellatorum resistere præsumebant. Nam nō
multo plus q̄ .iiij. erant milia Turcorū, qui ta
men ipsi electi & equis velocissimis, armis, te
lisq; ac sagittandi peritia nimis instructi, fortu
nam suā seu virtutē ignoti exercit⁹ experiri po
tius explorādo / q̄ aperte cōgrediēdo veniebāt
Vnde in primis latrocinantiū more vulgus ex
tremum diripere, post haec capere vel cædere,
deinde per compita pręcurrentes, incendio vel
quocunq; molimine pabula ꝑuastare, aliquan
do etiam per vineta vel carecta gradientem ex
ercitum, tota die flāmis vel fumo vexare, non-
nunq̄ fontes vel cisternas obturare, a locis tu-
tiorib⁹ telis infestare, per noctes nunc hac / nūc
illa castrorū parte irrumpentes, cunctis inferre
inquietudinem. Inter hæc tamē omnia nunq̄
acie directa, nunq̄ fronte aperta, more pręlian
tium congrediebant: sed resistentibus cedebāt:
insequentes fugiebant: reuertentes denuo sub-
sequunt. Si miserias illas omnibus miserijs mi
serabiliores stilo ꝓsequi plene tentamus, possi
bilitatem / simul & modum excedimus, vbi tur
piter tot nobiles per inopiā, tot diuites sine fer
ro, tot fortes occubuisse referimus, dum domi
no seruus præsens, locupleti pecunia sufficiēs
minime quiuit subuenire: nec forte licuit pu-
gnare. Loca qppe eadem erant arta / inuia / atq;
inhabitabilia, hostibus cognita, nostris ignota,
quæ tantū dei populum. A. traditoris incarce-
rabant machinamēto. Quid moror? Sic per di
es pene .xxx. quasi signū ad sagittas expositi: sic
quotidie tanq̄ oues occisionis ęstimati, tandē
in extrema iam sorte positi, nemorū se saltibus
noctu tradūt: morosam sed certā sibi mortem
accelerare satagūt: q̄uis paucissimis fuga qcq̄
emolumenti contulerit, præter quos omnium
vltima fata tardantia consummauit. Nā de tam
innumero populo dei heu heu nō credim⁹ mil
le viros remansisse: quos postea vix ossibus hę
rentes Rhodo, Papho, cæterisq; portubus, ra
ros aūt etiā Ioppę vidimus: e quibus Bernhar-
dus comes, & Heinricus comes Ratisponēsis
Hierosolymę obierūt: dux vero Vuanilfus re-
uertēdo moriens Papho est humat⁹. Inter lon
gissimam cruciatuū suorum historiam, quam
hic texere nec ipsa cōpendiosi huius operis pro

prietas permittit. De nostratibus archiepiscopū
Salzburg. L. captū, Marchisiam. N. trucidatā,
duos Brunōes canonicos nobiles viros inedia
sitiq; defecisse referebant: de latinis vero princi-
pibus Vuillih. Reginm̄. Steph. cæterorumq;
aliquam partem superesse dicebant. Dum hæc
geruntur nec his qui in Iudæa sunt christianis
parcitur: sed tam ab Ascalonitis atq; Damasce-
nis quotidiana latrocinia, q̄ a Babylonijs bel-
la parabantur. Post Maij quippe kal. non lon-
ge a Rama castra metatus est Babylonicus ex-
ercitus; contra quē aciem direxit rex Balduui-
nus suos hortatus, vt sicut ante paucos dies per
dei gratiam parua manu multā de Arabia pręs-
dam tulerant, ita nunc hostiū multitudini non
cedant. Illorū inquit damno viuamus, aut peri
culo moriamur. Ecce bellum o boni milites q̄d
olim optauimus, pro quo parentes, patriā, pa
cemq; contempsimus, porro pro Christi hære
ditate cōtra īuasores sanctæ terrę / prædonesq;
alienigenas pugnare honestum est: vincere ta-
les nequaq̄ incertū: mori gloriosum. Illis pa-
tria ministrat fugam: nobis exilium victoriam.
Comprobemus iā quod ipsi exprobrant, Fran
cos mortem non timere, immo Christi peregri
nos aut in Christo vincere, aut ꝓ Christo mo-
ri velle. Talia multa postq̄ orauit, arrectis suo
rum animis miro dei oīpotentis nutu, ingens
Sarracenorū populus vni tm̄ / vel paulo plus le
gioni nostratū cessit: adeo vt ne congredi qui-
dem præsumerent, sed post transactos aliquot
in eadem statione dies / turpiter & inacte redi-
rēt. Rursum circa kal. Septēb. quo scilicet tem
pore christianorū quos ante memorauimus ad
uentantium fama Babyloniæ regna terruerat,
inito consilio præoccupare in nostram, hoc est
vniuersorū qui tunc in Iudæa vel in cunctis fi
nibus illis reperirentur internicionē dispone-
bant: missisq; epistolis Damasco, Tripoli, Gi
bel, cæterisq; Barbaris ciuitatibus aduersus no
men christianitatis / se inuicē qualicunq; pacto
confortabant. ¶ Egressus itaq; .xl. miliū exer-
citus de Babylone, primum ad obtinendā Iop
pen tendens, non longe ab Ascalone, sumptis
nimirū inde socijs consedit. Balduuinus vero
rem non ignorans, suos vndiq;, hoc est ab Hie
rusalem, Neapoli, monte Thabor, Ebron, Cę
sarea & Assur in Ioppen congregat: vbi tūc nō
parua manebat peregrinorū turba. Vidimus iis
dem diebus tantam mortalitatē quam etiā vix
euasimus, in populo grassari, vt ad .ccc. cadaue
ra singulis diebus Hierosolymę exportata nu
merarent: Ioppę vero ingēs campus intra pau
cos dies tumulis occuparet. Deniq; cuiusdam
diei hora tertia præcedente regem ligno domi

nicæ crucis quod anno priori terra diutissime absconditũ Syri quidam. G. duci demõstrauerant, extra ciuitatẽ Ioppen toti⁹ populi cõuentus est factus: iussuq; regis, Arnoldus quidam honorabilis & bene literatus clericus, sic in medio cõcilij est exorsus. Beata gens cui⁹ est dñs deus ei⁹, populus. Vos o fratres charissimi gẽs estis illa beata, illa gens sancta, vos estis populus ille Christi hæreditatis, populus acquisitionis qui relictis oĩbus patria parentibus & reb⁹ crucẽ quotidianã post Christũ tulistis, vos corpora vestra ꝑ Christo ad supplicia tradidistis. Vos pugnasse videmini, sed Christus vestro voluntarie sibi sacrificato sanguine, vestrorũq; fratrũ & cõmilitonũ preciosa morte, locũ sanctificationis suę dignat⁹ est mundare: ciuitatẽ requiei suæ Hierusalem, voluit post tam annosa spurcissimę gentis vincula ꝑ vestram deuotã seruitutem expedire. Hæc inquit deus requies mea in sæculũ sęculi: hic habitabo, quoniã elegi eam. Contra quã diuina sponsione nobis inditam spem, ecce Paganorũ literæ dei nutu ante diem hesternã cõp̃hensis legatis ablatę, vaticinata perhibentes dęmonia, nos illorũ prælijs hoc anno delendos, Hierusalẽ funditus destruendam, & quod oĩbus nefandis horribili⁹ est dictu, ipsam dñici & gloriosi sepulchri petram crustatim confringẽdam, sicq; camelis ad mare delatã, in remotissimo/ & quod nunq̃ a christianis resciscí possit pelago, submergendã esse. Vnde quid facto opus sit, o christicolæ videte: quẽ finem hęc tanta p̃sumptio tandem sit habitura perpendite. Plura disputare volentẽ, mox clamor interstrepens cõpescit: & quasi ex vno ore vox vnanimis singulorũ insonuit. Res inquiunt in articulo posita est: breue & quodã modo succinctum est consiliũ nostrũ ꝑ Christo, Christi legibus, & sanctis nostris, aut dimicandum fortiter, aut moriendũ turpiter, aut gloriose mori & viuere æternaliter instat, aut turpissime cedere, & breui turpiq; vita perpetuam mortẽ comparare restat. Sed nec temporaliter/nec ęternaliter viuere liceat, quẽ contra tam ꝓfanã tam blasphemã Paganorũ audaciã pugnare non libeat. Protinus ante crucẽ reparationis nostræ confessione peccatorũ vnanimi humiliatione facta, ac post dictam indulgentiã ab apostolico legato, qui tunc forte aderat benedictione accepta, dñi inclamantes adiutoriũ castro sunt alacres redditi: indeq; summo mane ad .vij. mil'. peditũ, milleq; equites recensiti, periculo sunt ingenti cũ gaudio magno præsentari. Visa igitur statione Barbarorũ mirabile dictu, tãta feruescere cœperũt fide, vt vnusquisq; se solum tot legiones sternere posse nõ dubitaret: indeq; contigit vt dum per vnũ pene miliarium inordinate currendo minus caute se hostibus infundunt: prima cohors a latere inuasa ilico tota rueret. Qua re Baldeuuinus efferatus animo, tanto illos equitatus impetu violat, vt q̃uis idolorum responsis de victoria certificati acrius q̃ antea nunq̃ resisterent, sicut cæra a facie ignis ante ipsum liq̃scerent. Referebat mihi venerabilis abbas Gerhardus, qui tunc crucem dominicã semper lateri regis contiguus præferebat, nunq̃ se tantam niuis vel pluuię/quantã tunc telorũ contra regem volare densitatẽ vidisse: at post ligni preciosi intuitũ, nullũ ex hostibus telis se vel armis, sed vniuersos fugę præsidio se cõmisisse. Itaq; post victoriam a deo cui non est differentia saluare vel in multis vel in paucis sibi concessam, interim dum castra prędamq; diripiunt hostiũ, nuncius adest missus a Ioppitis qui ciuitatẽ terra mariq; diceret obsessam. Mox onusti spolijs, reliqs vero incendijs traditis, nobis qui iam portis intus obstructis, a terra equitibus multis, a mari vero .xlij. nauibus rostratis cingebamur, in auxiliũ quantocius ꝓperant: postq; tot hostiũ incursus, tãtasq; penuriæ pestilentiæq; miserias, festum natiuitatis dei genitricis, quod ipso die cum mœrere cœpimus, maximo nos tripudio cõplere faciebant. Sequẽti die multã nobis abundantiã frumenti, cunctorumq; victualiũ cum peregrinis fratribus ad .xij. mil'. ęstimatis, naues .xxx. deferebant: quas dum hostiũ classes inuadere niterentur, mira dei potentia per virtutẽ sanctę crucis, q̃ dum nil carnalis adiutorij de ciuitate conferri posset, in altũ ecõtra iubẽte rege leuabat̃, adeo repressũ: vt nullo conatu vel arte remigandi de loco moueri/vel vnã de tot nauibus posse, tam pagani q̃ christiani populi nimis mirarent̃. Neq; hoc silentio prætereũdum quod eodem anno ibidem cognouimus contigisse venerabili Herimãno presbytero, qui tũc in monte oliueti conuersabat̃, in hæc verba referente. Die inquit sacratissimi sabbati, quo sc'd'm antiquę misericordiæ dñi paradysin baptismate iã consecrato, lumen de cælo nobis ministrari deuoti nimis expectabamus vsq; ad vesperã, orationibus solitis institimus; tuncq; ꝓpter peccata nostra desiderato dono cælesti, quod etiã in conspectu gentiũ olim christiani ante nos semper suscipere solebant, oĩmodo frustrati, absq; omni festiuæ synaxis officio, noctem illam dominicæ resurrectionis lugendo tm̃ & mœrendo transegimus. Summo autem mane cum letanijs a sepulchro domini nudi pedes processimus: ingressiq; ante templum domini, quo scilicet loco id est monte Moria in area Dauid in

quẽ. forte cui.

maxima exauditũ tribulatione, cunctosq; exau
diendos, qui ibidem corde deuoto orauerint,
Salomoni ꝓmissum legimꝰ: mox post preces
lacrimasq; ne nos deserendo Christus nomini
suo blasphemiã inter gẽtes ꝑpararet/fusas: nec
dum atrium illud famosum egredimur, & ecce
concrepãtia signa laudes altisonas in occursum
nobis ab his qui remãserant/reboãtes audimꝰ:
intrantes vero ecclesiã prenominatã lampades
duas, cælitus incensas gaudio immenso repleti
conspicimus. Quid plura? A baptismi officio
quo pridie cessaueramus/incipiẽtes, totũ ser
uitutis nostræ pensum dño dudum subtractũ
vsq; ad missæ completionẽ lætissima deuotiõe
ꝑsoluimus: nobis quoq; egressis inter missam Sy
rorum, qui semper post nostrũ egressum eodẽ
psallere choro solent, lampades aliæ diuinitus
accendunt: ante vesperas vero & inter ipsas ve
spertinas laudes vsq; ad .xvi. huiusmodi lumi
na visibiliter ampliant: sicq; cõtigit vt pauci in
tra Hierusalem seu christiani seu pagani repe
rirent/qui tam euidentẽ Christi potentiã se nõ
vidisse testarent.

ANno dñi mil'.cij. Imperator. H. habito cũ
principibus colloquio/ Romã se ꝓfectu
rum, ac generale concilium circa Feb. kal', inibi
conuocaturũ condixit: quatenus tam sua q̃ dñi
ap'lici causa canonice ventilata, catholica inter
regnũ & sacerdotiũ cõfirmaret vnitas, quę tot
annis scissa permansit. Constat tñ nec ipsum iu
xta placitũ venisse: nec nuncia dignitati aposto
licæ subiectionẽ ꝓfitentia misisse. Nec hoc la
tet q; alterũ papam ipsi dño Paschali superpo
nere si fieri posset conatꝰ sit, nec ꝓfecerit. Trãs
acta post hęc media quadragesima, conuenien
tibus vniuersis Apuliæ, Campaniæ, Siciliæ,
Tusciæ, totiusq; simul Italiæ presulibus, vl
tramontanorũ autem q̃plurimorũ patrũ lega
tis, synodus magna Romę est habita: vbi præ
ter antiqua patrũ instituta more solito reueren
ter confirmata, etiã sæpedictum nostri tẽporis
scisma inter precipuas hereses computat: ac ꝑ
petuo cũ suis autoribus atq; sequacibus anathe
mate huiusmodi subscripta ꝓfessione condem
natur. Anathematizo omnẽ heresim: & præci
pue eam quę statũ presentis ecclesię perturbat,
quæ docet & astruit anathema contemnẽdum
& ecclesiæ ligamenta spernẽda esse. Promitto
autẽ obedientiã apostolicæ sedis pontifici/do
mino Paschali eiusq; successoribus sub testimo
nio Christi & ecclesiæ, affirmans quod affir
mat, & damnans quod damnat/sancta & vni
uersalis ecclesia. Ibi etiã quam sententiã in im
peratorẽ vel patritium Romanũ. H. idem apo
stolicus. P. promulgauerit, nos quoq; inter in
numeras diuersarũ gentium cateruas, proxima
cœna dñi in ecclesia Lateranensi ab ipsius ore
didicimus, nimirũ postq; .viij. kal'. Octob. ma
ris fluctibus Ioppæ traditi Romæ sumus, per
gratiã Christi predicta maiori hebdomada in
troducti. Quia inquit tunicã Christi scindere,
id est ecclesiã rapinis & incendijs deuastare, lu
xurijs/periurijs/atq; homicidijs cõmaculare nõ
cessauit, primo a beatæ memorię Gregorio pa
pa, deinde a sanctissimo viro Vrbano predeces
sore meo ꝓpter suam inobedientiã excõmuni
catus est atq; condemnatus: nos quoq; in ꝓxima
synodo nostra iudicio totius ecclesię perpetuo
eum anathemati tradidimus. Id notũ volumus
omnibus & maxime vltramontanis esse, quate
nus ab ipsius se cõtineant iniquitate. Hartuui
gus Magdeburgẽsis archiep̃s obijt, vir ꝑ mul
ta laudabilis, maxime tñ popularibus & eccle
siæ cui præerat vtilitatibꝰ multũ insudans dila
tandis: pro scismate quoq; sępedicto resartiendo
inter vtranq; partẽ mediator infatigabilis. Ru
pertus ep̃s Babenbergensis obijt: cui per impe
ratorem. H. Otto cancellarius eius substituit,
vir vt credit bene religiosus. Erbo iam grandę
uus nobilis de Carinthia princeps, & quondã
Palatinus in Baioaria comes migrauit in dño.
Commissum est præliũ a Baldeuuino & his q
secũ erant Hierosolymitis, contra infinitã Sar
racenorũ multitudinẽ: vbi dum inconsiderate
res agitur, circũuenti sagittariorũ numerosita
te nostri vtpote iam admodum pauci facti, in
tra muros ciuitatis Rama quę vicina erat cede
re compellunt: rex vero cũ tribus vt aiunt equi
tibus euasit. Barbari aũt cum plures lapidibus
castri includi viderent, in breui vniuersa mœ
nia demoliunt: captisq; ac cęsis vniuersis quos
inuenerant, ipsos captiuos cũ nuncijs victorię
suæ Babylonẽ præmittunt: castra aũt sua secu
riter & quasi iam terrã illam gladijs acquisitã
possessuri interim donec nũcij regis sui redeãt,
in campestribus illis ponũt. Sed non cessit eis
impune victoria illa: nõ sua virtute/ sed diuina
dispositione in his quos ipse non terras vltra,
sed paradisum voluit incolere cõquisita. Nam
tertia die Baldeuuinus superueniens cũ exerci
tu copioso/quẽ prius expectasse debuerat, tan
ta illos ꝑterit internicione, vt nec libuerit/ nec
ꝓfuerit vicisse. Nouum autẽ illum exercitum
tam Reginmũdus a Tripoli quã nuper deui
cerat, q̃ ab Antiochia Dancheradus ducebat:
nam suus auunculus Boimundus ante bien
niũ a Turcis dolo captus, Antiochiæ sibi prin
cipatum dimiserat.

ANno dñi mil'. ciij. Heinricus imperator
natiuitatẽ domini Mogonciæ celebrans,

filio suo. H. regi rerū summā dimissurū, seq;
sepulchrū domini visitaturū, per Emehardum
epm publice prædicari fecit: indeq; fauorē ma
ximū tam vulgi ꝗ principum & clericorū re-
gniq; totius acquisiuit: multosq; e diuersis re-
gni partibus ad eiusdē itineris comitatū se præ
parare voto ipso succēdit. Cuno fili⁹ Ottonis
ducis de magnis principibus vnus, & cui nihil
in omni rerum humanarū dignitate deerat, sup
natu scilicet literarū etiam scientia fortitudine
atq; diuitijs satis præpollens, elegantia atq; fa
cundia bonis oībus amabilis & affabilis, quo-
rundam funestorū hominū conspiratione no-
ctu dum iter ageret inuadit̄ & interimit̄, ingen
tem relinquens nobilibus regni luctum simul
& suspiciones, dum ab infimis in summos tan
ta scelera præsumunt̄. Ante triennium quippe
Heinricus Crassus eiusdem. C. germanus &
natu senior dum in Fresię marcham cui pręerat
res acturus ꝓficiscit̄, a vulgatibus Fresonibus
quibus dominationis suæ iugū graue fuit, ob
sequiū spectans insidijs vallat̄: re quoq; cogni
ta fugiens ad mare, vulnerat̄ a nautis simul &
suffocatur. Huius tanti viri qui nimirū totius
Saxoniæ principatū secūdus a rege regebat in-
teritus, ab vniuerso regno Teutonico grauiter
ferebat̄: isq; vt diximus dolor nunc fratris eius
Cunonis nece duplicat̄. Heinric⁹ Marchio vir
sui temporis in Saxonia ꝑpotentissimus obijt.

ANno domini mil̄. ciiij. Heinricus impera
tor natalē domini Ratisponæ celebrauit.
Cumq; ibidem aliquādiu moraret̄, orto quo-
dam prius murmure inter Baioariæ principes
eo ꝙ Saxones vel familiarius illic & honorabi
lius ꝗ indigenæ ab imperatore tractarent̄, Si-
gehardus comes qui huiusmodi suspicionē ma
xime notabat, cœpit imperatori paulatim inui
sus haberi: ꝓpter hoc aūt maxime ꝙ ipse solus
præ cunctis qui tunc aderant principibus abun
dantiori militū copia adducta ad resistēdū se si
forte de curia qcq̄ sec⁹ cederet videbat̄ cōmu-
nisse. Diebus post hęc aliq̄t exactis, cū iā securi
or factus, idem comes suorū turmas defluere
permisisset, excitat̄ in illum conspirātibus tam
vrbanis Ratisponēsibus/ ꝗ diuersarū partium
ministerialis ordinis hominib⁹ seditio furibun
da, quæ nullo modo vel ipso imperatoris filio
interueniente sedari potuit, donec ab hora diei
tertia vsq; ad horam nonā in hospitio obsessus
tandemq; fractis foribus ipse prius confessione
facta, sumpto etiā dominici sacramenti viatico
capite truncatus occubuit. De quo scelere su-
persedemus plura referre: præsertim cū adhuc
vltiones cæteraq; mala sequētia versent̄ in ocu
lis, & quē sint finem habitura/ nequeamus sci-
re. His tñ exceptis vndiq; satis terra ǫeuit, pa-
ce simul & fertilitate, necnon aeris qualitate/
corporumq; sanitate delectabiliter iocundata.
Nonnulli etiā palmati de Hierosolyma rede-
untes Acris quę & Accaron a nostris expugna
tam nunciant: alia quoq; præter hæc nō pauca
quæ multam nobis lætitiā ministrarent, fausta
super Hierosolymitanæ ecclesię statu narrant.
Boto comes cognomēto Fortis illius Erbonis
cuius superius mentionē fecimus/ germanus,
iam plen⁹ dierū non longe a Ratispona defun
ctus est, & ad monasteriū Tharisiense, quod
ipse suis opibus atq; prædijs large ditauerat de
latus ibiq; humatus. Hi duo fratres Erbo scili-
cet & Boto paterno de sanguine Noricæ gen
tis antiquissimā nobilitatem trahebāt, illius ni
mirum famosi Erbonis posteri, quē in venatu
a visonta bestia confossum vulgares adhuc can
tilenæ resonant, Hartuuigi Palatini comitis fi-
lij, qui germanus fuit illius Sighardi qui Sigi
hardum genuerat Ratisponæ peremptū. Ma-
ternū vero illis erat stemma/ de Saxonia Immi
dingorū tribus egregia, quæ & Ottonū incly
tæ stirpi tradit̄ vicina. Nam eiusdē Immid his
verbis Saxonum historia meminit. Erat inquit
clara & nobilissima ac singularis prudentiæ rē
gina, Mahthildis scilicet Magni Ottonis ma
ter, filia Theoderici: cuius fratres erant, Vuitl
kint, Immid, & Reginbern. Reginbern autē
ipse erat qui pugnauit cōtra Danos multo tem
pore Saxoniā vastantes: vicitq; illos liberās pa
triam ab illorū incursionibus vsq; in hodiernū
diem. Et hi erant stirpis magni ducis Vuitikin
di, qui bellum potens gessit cōtra Magnū Ca
rolum, per. xxx. ferme annos. Quorū vt dixi-
mus clarissimorū principū semine nobilis Fri-
derim, Erbonis & Botonis mater, a Retingo
filio Botonis filij Retingi, de secundo Botone
nati procreat̄: quæ post mortē Hartuuigi sta-
tim viduitatis velamine consecrat̄: adhuc Erbo
ne puulo, Botone ipregnata posthumo. Quo
rum vtrumq; literis & armis atq; rebus satis ꝓ-
fecisse cognouimus: attamen Botonē sicuti cor
pore proceriorem & elegantiorē, ita rebus bel
licis præstantiorē atq; famosiorem, totius pe-
ne Germaniæ atq; Italię testatur populus. Pan
nonia vero talem illum ac tantum se fatetur ali
quando sensisse, vt is vere de gigātibus antiqs
vnus apud illos credat̄ fuisse. De quo plura re-
ferre copia suppeteret/ si cōpendiosi huius ope
ris propositū non vetaret. Iohannes Spirensis
episcopus tactus vlcere quodam circa verēda,
de quo etiā aliqua notabilia diffamabant̄, lon
ga deficiēs infirmitate, humatur in monasterio
Sunninsheim, quod ipse construxerat. Chun-

radus adolescens filius Beatricis Marchisiæ,
postq; spretis literarũ studijs quibus apprime
imbutus erat, armis operã dedit, iuxta Christi
præsagium, qui gladiũ accepit/ gladio perijt.
Nec multo post etiam ipsa Beatrix obijt: & iu-
xta patrem suum Ottonẽ dulcem castello Suin
furtin sepulturam accepit. Circa solstitiũ æsti
uale commutato in tempestatem aere, decidis-
se fertur inter grandinũ lapides in pago Vuirci
burgẽ, tãtę magnitudinis glacies, quæ in qua
tuor diuisa totidem hominibus importabilis vi
deretur. In episcopio vero Spirensi sanguis ex
panibus fluere visus, necnon & in lenticularũ
edulio prodigiose repertus, ciuile/immo inte-
stinum bellum portendere, sedm antiquam hi
storiæ Romanæ similitudinẽ conijciebat.

ANno domini mil.cv. Dum imperator. H.
natalẽ domini Mogonciæ celebrat, Hein
ricus filius eius nominis illius quintus rex di-
ctus, rebellationẽ aduersus patrem in Baioaria
parat, machinantibus scilicet Dieboldo Mar-
chione, Berẽgero comite, & Ottone quodam
nobili viro, sibiq; materna stirpe cognato, quo
rum consilio & adiutorio ante paucos dies a pa
tris latere discesserat. Primo quippe hæresim pre
scriptam anathematizans apostolice sedis pon
tifici debitam ꝓfitetur obedientiã: indeq; foede
ratis sibi Noricis principibus, atq; ab Aleman-
nia necnon orientali Francia nonnullis nobili-
bus, ad Saxones conuertitur. A quibus hono-
rifice susceptus, & in Quinlingeburg pascha
celebrans, in breui vniuersis Saxoniæ ciuitati-
bus potitus, & optimatibus est dignitate regia
satis honoratus. Consilio tamen atq; ministe
rio Ruothardi Mogõtini, atq; Gebehardi Cõ
stantiensis episcopi, responsaliũ scilicet domi-
ni Paschalis papæ, totam Saxoniã Romanę ec
clesiæ cõmunioni reconciliauit: episcopis vero
atq; clericis conuentũ generalem in villam re-
giam quæ Northusun dicit. iiij kal. Iunij, vbi
super ecclesiasticæ institutionis iam deprauata
disciplina tractaretur indixit. In quo concilio
super sententijs instantibus patrũ decretis pri-
mo relictis, quæq; poterant ad præsens lauda
biliter corrigebant: quædam vero quæ & gra
uiora videbãtur, ad apostolicã audientiã diffe
rebant. Simoniaca quippe heresis patrũ cõsue
tudine cõdẽnata, Nicolaitarum quoq; fornicaria
cõmixtio ibidem est ab omnibus abdicata: ieiu
nium mensis Martij hebdomada quadragesi-
mæ, ieiunium vero mensis Iunij in ipsa hebdo
mada pentecostes Romano more celebrandũ,
a præscriptis præsulibus apostolica autoritate
indicitur: & pax dei confirmat. His vero qui a
pseudo episcopis fuerant consecrati, per catho-
licam manus impositionẽ reconciliatio proxi-
mo ieiunio danda fore ꝓmittitur. Vidimus in-
ter hæc quod silentio præterire non possumus
regem. H. non modicã bonæ indolis spem ma
gna simul humilitate & autoritate coram omni
bus prætendentẽ. Nam cum seruorũ dei con-
uentui non nisi vocatus interesse vellet, ingens
enim ibi cum episcopis & clericis, etiam abba-
tum atq; monachorũ ecclesiasticam sitiens vni
tatem turba confluxerat: tandem in abiecto pro
ductus habitu, locoq; stans editiori omnibus
iuxta principũ decreta, suas leges atq; iura rati
onabiliter innouauit: si qua vero irrationabilia
rogabant, mira ac vltra suos annos prudenti re
sponsione, & auita magnanimitate confutauit:
in omnibus his/ & sibimet miro modo seruans
adolescentiæ verecundiã, & Christi sacerdoti-
bus dignã exhibens reuerentiã. Inter hæc obor
tis lacrimis, ipsum regem cæli, cunctamq; mi
litiam cæli testabatur, se nulla regnandi cupidi
tate paternũ sibi regimen vsurpare: neq; domi-
num & patrem suũ a Romano deponi impe-
rio exoptare, immo debitam pertinaciæ & ino
bedientiæ eius semp compassionẽ exhibere: siq;
sancto Petro suisq; successoribus lege christia-
na subijci velit, siue regno cedere/ siue seruili-
ter ipsi se subesse ꝓmisit. Quod auditũ omnis
multitudo collaudãs, lacrimas simul & preces
tam pro patris conuersione/ q̃ pro filij prospe
ritate fundere cœpit, voce magna kyriel. decla
mans. Eadem hora Vto Hildinisheimensis, &
Heinricus Paderbrunensis, ac Fridericus Hal
berstatẽsis præsules vestigijs metropolitani ꝓ-
strati, ipsius atq; regis stantis, totiusq; præsen-
tis ecclesiæ testimonio apostolicæ se dederunt
obedientiæ. Quorum etiam cõmissa apostoli-
co nihilominus iudicio reseruantur, sub officij
sui tantum suspensione. His rite dispositis rex
idem pentec. Mereburg celebrans, Heinricũ
Magdeburgẽsi ecclesiæ dudum designauit ar-
chiepiscopum, sed ab imperatoris fidelibus re-
pulsum consecrari fecit: nec multo post expedi
tionem contra Mogonciam mouit, expulsum
inibi pontificẽ restituturus, patre intra muros
rem expectante, cum non parua militum turba
nonnullisq; primatibus, non tamen principi-
bus. Sicut autem istis Rheni interfluentia, na-
uiumq; subtractio vrbis aditum denegabat, ita
illis sacramẽtorum tam filio q̃ patri factorum
consideratio, parricidale bellum interdicebat.
Plura tamen hinc & inde nuncia nauigabant:
multa consilia communes regni proceres inter
se trutinabant: patri regni diuisionem & hære-

ditariæ successionis confirmationē pollicente,
filio vero nil nisi apostolicæ subiectionis & ec
clesiasticæ vnitatis efficientiam expostulante.
Sic inacte discedens, Vuirciburg deuenit, Er-
lungum quendam quē dudum Emehardo de
functo præsulem imperator designauerat ex-
pellens, Rupertum eiusdem ecclesiæ præposi-
tū, & tam prius q̄ tunc a clero & populo ele-
ctum, per prædictum archiepiscopum. R. in-
thronizauit: sicq; ecclesia eadem apostolicę cō
munioni recōciliata, ac securitate ab vrbanis ac
cepta, dimissis Saxonib⁹ ipse cum Baioarijs ad
obsidium castelli Nurinberc cōuersus, illudq;
post duos vel amplius menses prospere capiēs
soluto exercitu Ratisponæ se contulit. Quem
pater e uestigio subsequens, Erlungum Vuirci
burgensibus fugato Ruperto restituit: indeq;
omnia quæ fautorum erant filij/deuastans: tan
dem fauentibus sibi dolis Ratisponensium fili
um vrbe fugauit. Qua residens præsulem ei-
dem cathedræ quendam adolescentulum no-
mine. D. præfecit: exercitum vndecunq; con-
gregauit: ꝓgressusq; marcham Diepoldi per
Boemiæ gentis maxime crudelitatem deuasta-
uit. Nec plus vna cū domino suo rege moran-
tur/conuentum vsq; quaq; facere, cæsarianis a
tergo flammis prædaq; vicem reddere, postre
mo cum decem milibus electæ iuuentutis in
qnq; legiones dispertitis/ congressum expete-
re. Iam castris in contrarium positis spectacu-
lo nimis horribili, per triduum continuum ex
vna ripa Regun fluminis imperatoris/ex altera
regis volitabant signa: iam frequentia grassa-
bantur in ipso fluminis alueo duella: inter quę
& Hartuuigus comes ex parte imperatoris oc
cubuit: nec paucos ex vtraq; parte martis sors
anceps absumpsit. Attamē die quæ generalem
certissime congressionem præcedebat, princi-
pes qui capita roburq; vtriusq; videbantur ex-
ercitus, pacificis inuicem concessis colloquijs,
post morose ventilatam inter se belli præsentis
causam, tandem diuino vt creditur edocti spi-
ritu, parum iustitiæ, parumq; emolumēti tam
duro tamq; periculoso inesse negocio vnani-
mi consideratione conferebant: indeq; nimirū
fratribus id est populo vtraq; parte christiano
parcendum, immo parricidali pugna cessan-
dum pari voto iudicabant. Rex autem adole-
scens dum iam vt diximus per ordinatas om-
ni parte acies mars cruentus coepisset frendere,
commotis visceribus super patre suo lugubri-
ter fertur inclamasse. Grates inquit o boni cō-
militones affectui circa me vestro summope-
re refero, vnicuiq; vestrū par pari referre si res
exegerit non abnuo: nemo tamen in hoc me si-
bi velit vel credat fore foederatum, vt dominū
& patrem meum per se glorietur occisum, vel
vnq; æstimet occidendum. Ego quidem Chri
stianis mihi legibus subarratū regnum vt hæ-
res & successor Augusti tenere, si tamē rerum
omnium dominatori placuerit cupio: parrici-
da vocari vel esse nolo. Quod si pater meus a-
postolicæ se obiecerit obedientiæ iugo, ego
mox in his quæ sua dumtaxat mihi clæmentia
concesserit/contentus ero: interim me non im
pugnatorem esse patris/sed paterni regni pro-
pugnatorem noueritis. Vesperascēte itaq; iam
die, cessere loco regiæ phalanges, imperato-
riæ maiestati se reuerentiam exhibere claman-
tes. Imperator autem dum in castris de crasti-
no certior conflictu disponit, nec pugnam nec
pugnandi votum principibus esse per Boe-
miæ ducem Marchionemq; Luitpoldum con
tra spem audiuit. Qui mox animo consterna-
tus, supplex illorum adiutorium petit, nec im-
petrat: instructus etiam secretis filij nuncijs su
orum conspirationem aduersus se factam, la-
tenter e castris cum paucis admodum viris sub
trahitur: sicq; diuina dispositione vno saluo,
multorum qui fundendus credebatur sanguis
saluatur. Nam protinus vt imperatoris absen-
tia totis vndiq; versum castris innotuit, vnus-
quisq; propria repetere, maxime noctis opacæ
latibulo diuertendi securitatē ministrante/ con
tendit. At rex dum disturbatis inimicis ad libi-
tum frui posset, parcere quam persequi deli-
berans, ciuitatem ob dati prius foederis defe-
ctum, austeriori nimirū pacto sibi confirmat:
Hartuuigum virum vtiq; probatum catholi-
cum atq; nobilem abdicato. D. ibidem inthro-
nizat: præsules etiam quosdam ac principes pa
ternæ militiæ inter murum repertos sibi con-
ciliat: moxq; Franciæ redditus/ eodem propi-
nauit calice perfidis sibi Vuirciburgensibus.
¶ Inter hæc prædictus. E. qui præsulis inibi
nomen vsurpauerat, spe frustratus concepta.
R. secedens regi dedit: & ex hoc inter suos ca-
pellanos æque fidelis æstimatur.
¶ Audiens interim rex patrem suū apud Vuig
bertum quendam illustrissimum & pruden-
tem virum qui partibus in illis quas Sorabi in
habitant principabatur/ esse repertum, vsq; ad
Rhenum illi ducatū, hoc enim per legatos ipse
supplicabat administrari ꝑmisit: ne tn̄ aliquo il
lius inibi infestareť molimine, mature Vuirci-
burg digressus, nō longe a Spira ꝓscriptū flu
mē nō sine periculo trāsfretauit: moxq; ciuita
te ipsa p̄risq; ibidē reconditis thesauris potitus

virum sapientẽ & nobilem ac pro sanctę cõuer
sationis fama morūq; dignitate, omnibus sanū
sapientibus amabilem Gebehardum Hirsau⸗
gaunensem abbatẽ prȩfecit Spirensibus epm.
¶ His etiã diebus venerabilis Buother archi⸗
episcopus a Thuringia qua per annos. viij. ty
rannicã declinauerat rabiem praesidio catholi⸗
corum principum deductus, maximo nobilis
Mogonciae tripudio cathedrae suae restituit:
sicq; tam populum q̃ clerũ apostolicae reconci
lians ecclesię, ab vniuersis nõ solum vt pater iã
grandaeuus, sed etiã velut ex mortuis rediuiuꝰ
omnimodis excolitur. Rebus igitur circa Rhe
num cõpositis, Burgundiã rex. H. conuertit:
sed reuocatus fideliũ suorum nũcijs, machina⸗
menta patris quę Sigifridi comitis auxilio mo
liebatur, mira velocitate praeuenit. Nam filium
Mogonciã tendentem, atq; colloquiũ curiale
quod ab vniuersis regis principibus super prae
senti negocio cõdictum in natali dominico ex
pectabatur impedire tentantẽ, Bin circa Idus
Decẽb. repperit, ore ad os de anathematis vin⸗
culo caeterorũq; insolenter in rempublicã com
missorũ, ordine quidem prę postero / sed neces
sarie cõmutato, filiꝰ patrem cõmonuit, obedi⸗
entiae debitũ si resipiscere dumtaxat dignet̃ re⸗
promisit. Senior has & huiusmodi q̃plures sen
tentias ad audiẽtiam optimatũ & senatum con
sulum instanti curiae distulit: sicq; comitatus
vterq; pacificus adinuicẽ, pariter contra saepe
dictam se metropolim cõuertit. Inter haec ali⸗
qua quę huic pacto paciq; nõ conuenirent, dũ
per occultos nuncios conari patrẽ filio fideles
denotarẽt, visum est eisdem vt pater separatim
cũ suis in castello quodam tutissimo principũ
conuentũ expectaret: p̃sertim cũ praesules Mo
gontinus atq; Spirensis, caeteriq; qui aderãt in
ter nuper reconciliatas suas ecclesiae cõmunica
tionem illi praestare se non posse publice recla
marent. His itaq; dispositis, custodibꝰ q̃q; qui
ne noui quicq̃ ab ipso vel ad ipsum ꝓcederet,
adhibitis: rex Mogonciã publico cõuẽtui prin
cipum occurrit: sed vulgaris inde stultitia patrẽ
a filio dolo captum, & custodiae mancipatũ cir
cunquaq; diffamauit. Hoc anno Baldeuuinus
rex Ascalonẽ a mari copiosissima classiũ multi
tudine, a terra vero nõ puo cingẽs exercitu, tribu
tariã sibi fieri lõga obsidiõe coegit. Post aliq̃t ve
ro mẽses. c. milia Sarracenorũ iprouise se inua
dentium, virtus diuina ante ipsum. iiij. tantum
modo miliũ manibus strauit, q̃dam scilicet Ad
mirate, qui secũdus a rege Babylonię videbat̃ /
capto, altero inter ceteram multitudinẽ occiso.
Christi clementia peregrinis suis apud Antio
chiã, Syriam, Palestinã, totamq; per Asiã pro
sperãte, eorũq; seruitute barbaricas circũquaq;
spurcitias eliminãte, inuidus & occultus caete⸗
nus ecclesię persecutor Alexius diu tectam suę
perfidiae toxicatã rabiem euaginat, Turcis qui
bus iam nulla vel rara in oriente regnandi spes
remanserat, se tutissime conciliat: & o turpissi⸗
mum facinꝰ Niceam quã olim fidei nostrę tur
rim, dudũq; multo christianorũ sanguine cõ⸗
paratã prȩscripsimꝰ, Solamãni tyrãni filijs red
didit: custodias ad ꝓhibẽdum transitũ peregri
nis terra mariq; cõstituit: Babylonicũ regẽ con
tra nostros frequẽtibus nuncijs animauit. Cu
ius classes cõtra Antiochenos directas ipsi bel
lo ceperũt: & in confusionẽ. A. nasis atq; polli
cibus oibꝰ abscisis, vnã de scafis inde onerãtes
huiusmodi pulmentũ eidem reo multorũ mi⸗
lium homicidae transmiserũt. Boimunt q̃q; iã
trienni captiuitate per diuinã solutꝰ ꝓuidentiã
Italiã nauigio venit: ibiq; classes fabricari cõsti
tuens, ipse vsq; ad Hispaniae regna peragrare,
cunctamq; quã posset militiã quocunq; pacto
contra tyrannũ prȩscriptũ coepit congregare.
Fridericus dux obijt, vir prudentia moribus &
nobilitate satis clarus: sed clarissimo & singula
ris ac inclytae famę Adelheidae filiae scilicet im⸗
peratoris matrimonio & ex eadem mirae indo
lis ꝓle decoratus. Pridie ante vigil. natiuitatis
Christi visus est ab occidente tantus inter side⸗
ra ignis flãmare, vt solis iubar crederet̃, si in ori
entis esset parte.

Anni Heinrici iunioris, eiusdẽ nõis. v.

ANno dñi mil. cvi. Mediãte Heinrico iuni
ore tantus apud Mogonciã factus est in
natali dñico totius regni Teutonici conuẽtus,
quantus per multa annorũ curricula nunq̃ est
visus. Referunt. n. q aderant. lij. ibi tũc optima
tes vel eo amplꝰ affuisse: adeo vt solus dux Sa
xonię Magnus nomine, quẽ iam grauior ętas
impediebat / notaret̃ defuisse. Ibi superuenien⸗
tes apostolicae sedis legati, episcopꝰ scilicet Al
banus cũ Constantiensi / sententiã anathematis
in. H. seniorẽ dictum imperatorẽ a tot sibi suc
cedentibus apostolicis saepius saepiusq; ꝓmul
gatam scriptis simul & dictis testificantes, vni
uersam multitudinẽ, immo totã toto orbe dif⸗
fusam ecclesiã ab eiꝰ cõmunione Christi & be
ati Petri autoritate, multis iam annis sequestra⸗
tum confirmabãt. Qua de causa dum ipse se de
castello quo manebat, Mogonciã exhibere ten
taret, principes propter cauendum tumultum
vulgi suae potius q̃ filij parti fauere solẽtis ipsi
Ingilenheim occurrerunt: tandẽq; generali il⸗
lum circũuenientes consilio, vsq; ad reatꝰ cõfes
sionem / satisfactionisq; ꝓfessionẽ perducunt.
¶ Cui cum legati communionẽ seu poeniten⸗

tiæ modum absq; generalis synodi, & apl'icæ
discussionis censura reddere ad præsens nō pos
sent, ipse partis vtriusq; cōsilijs annuens, rega
lia vel imperialia insignia crucē scilicet & lance
am, sceptrū, globum atq; coronā filij potestati
tradidit: ꝓspera illi imprecans, illū primatibus
multo fletu cōmendans, & extunc iuxta sum-
mi sacerdotis totiusq; ecclesiæ decreta suæ con
sulturū animę ꝓmisit. Hoc ordine Heinricus
illius nominis qntus, primū a patre, deinde ab
vniuersis Germaniæ principibus, in regē iam
secundo electus, ab apostolicis q̄q; legatis per
manus impositionē catholice confirmatus, ac-
ceptis tam ab ep̄is q̄ laicis iuxta morē patriæ sa
cramentis regnare cœpit. lxxxviij. loco ab Au-
gusto. l. patris sui anno, ab vrbe cōdita. dccclvij
anno ab origine mūdi. vi. mil'. cccv. dñicæ ve-
ro incarnationis vt dictum est mil'. cvi. anno.

¶ Relatis igitur corā rege cunctisq; toti⁹ Ger
maniæ optimatibus & pręsulibus / omniq; cle
ro simul & populo legationibus Romanę se-
dis, ecclesiarū regni isti⁹ cōmaculatione diuer
sa & inueterata, ecōtra emendatione ab vniuer
sis vnanimiter ꝓmissa, placuit tam regi q̄ pri-
moribus ad sanctam matrem Romanā ecclesiā
tantos ac tales a partibus istis legatos trāsmitti:
qui & de obiectis ratione rationē reddere, & de in
certis sagaciter inuestigare, ac per omnia vtilita
tibus ecclesiasticis sapienter consulere sint ido-
nei. Separanť in hoc opus viri spiritu sapiētiæ
pleni, dignitatibus natalibus & elegātia seu di
uitijs pręcipui, in illaq; scd'm deū siue sęculum
veneratiōe insignes: a Lotharīgia Bruno Tre
uirensis, a Saxonia Heinric⁹ Magdab̄. a Fran
cia Otto Babenb̄. a Baioaria Eberhardus Eih-
statensis, ab Alemānia Gebehardus Constant.
a Burgūdia Curiensis, nōnulli etiā nobiles de
latere regis laicę ꝓfessionis: idq; inter cętera sus
cipiunt in mandatis, vt si fieri possit dñi aposto
lici præsentiā cisalpinis partibus impetrent exhi
beri. Sic nimirū, sic per tot iam annos obnubi-
lata lux oriri cœpit nostris in partibus: ortho-
doxa depublicať & ventilať, deiudicať & con-
uincitur, fœtet & respuiť, condemnať & ana-
thematizať heresis Vuigbertina / vel Heinricia
na: abdicatis siue fugatis hęresibus, catholici ca
thedris pontificalibus destinanť: e quib⁹ etiam
aliqui inter ipsa festa consecranť. Deniq; in tan
tum diuinæ legis subito scelus efferbuit, vt eti
am ipsa cadauera pseudo ep̄orꝫ ab ecclesijs eli-
minarenť: quotquot aūt ab ipsis erant ordinati
vsq; ad generalem audientiā ab officijs suspen
derenť. Iam enim exaltatis sibi diuinitus eccle-
sia Romana cornibus, ad incutiendum timorē
cunctis vsq; quaq; scismatū membris, etiā capi
tis ipsius ossa, Vuigberti scilicet dicti papæ de
sepulchro suo quod per qnq; iam annos in ec-
clesia Rauennēsi possederat, ꝓijci fecerat: vni-
uersaq; ei⁹ instituta vt vere nō apostolici sacer
dotis / sed apostatici īuasoris annullari decreue-
rat. Inter hæc Vuernherus quidā ex ordine mi-
nisterialiū regis qui Marchæ quæ in partibus
Aquinæ præerat, quasi hęresim eandē resusci
taturus, collectis vndecunq; per Italiā copijs,
corruptis q̄q; multa pecunia Romanis nōnul
lis, dum dñs apostolicus Beneuētanis immora
tur finibus, quendam pseudo abbatē de Fafara
proh nefas cathedræ sancti Petri imposuit: &
ipsum papā cęsaris sub vocabulo Siluestri ap-
pellari voluit. Qui tñ post paululū turpiter vt
merebať catholicis eliminat⁹, væsaniæ suæ prę
mium male conquisiti peiusq; dispersi æris ret
tulit, damnū præter fidei quod miserunt, cęco
non doluit corde dispēdium. Porro ꝓceres iā
dicti dum e suis singuli partib⁹ in valle Triden
tina conuenientes apud eiusdem nominis ciuita
tem, id est Tridentū pernoctarent, quidā Adel
bertus adolescens partiū illarum quodam insi-
gnis comitatu summo mane super ipsos vtpo-
te inermes & peregrinos cōciuibus armatis ir-
ruit, spoliat, capit, custodiæ tradit: idq; sibi per
legationes dñi sui. H. eximperatoris demanda
tum cōprobat. Artib⁹ quippe solitis idem. H.
vsus, clamq; religiosis ep̄is nuncijs quascunq;
poterat regni ciuitates & ꝓuincias impleuerat
quibus se vim a principib⁹ passum, īmo ab vni
co filio depulsum imperio deplorabat regnū in
suis miserijs confusum, cunctis vsq; quaq; pa-
tribus eiusdem fortunæ timēdum fore præmo
nebat exemplum. Qua de causa null⁹ iam per
Italiā liber transitus eisdem patuit legatis: Ge-
behardus tm̄ Constantiensis ep̄s cum suis per
occultiores alpiū semitas īgressus, Mahthildis
comitissę alteri⁹ nimirū Debboræ p̄sidijs / apo
stolicis p̄sentanť vestigijs. Reliqui vt diximus
magnates, vt nimirū a stultissimo captiuatore
dep̄hēsi tractanť indigne, p̄ter Ottonē Baben
bergensem ep̄m: cui idem Adelbertus eo q̄ su
us esset miles / parcere cogebať. Quo etiā medi
ante Bruno Treuirensis ep̄s, & Vuigbert⁹ co
mes eo pacto dimittunť, quatenus & impera-
torem cum illo pacē facturi cōueniāt, & quid
de reliquis ipse pręcipiat relaturi redeant. At Ie
sus qui semꝑ ꝓpe est se oībus inuocātibus, &
his iuxta qui tribulato sunt corde, repēte super
eosdem sibi rebelles, Vuelfonē ducem Noricū
quasi gladiū de vagina sua eduxit: qui tertia sit
pueniēs die, manu valida clausas obstructas ef
fregit. Gebehardum virū ꝓbatū Tridentinę ec
clesię constitutū a rege catholico nouū episco-

pum, quē nunq̃ se suscepturos ciues ipsi con-
spirauerant, recipi coegit: ipsum quoq; Adel-
bertū, suiq; sceleris cōplices adeo perterruit, vt
eductos q̃s clauserāt principes/ ipsumq; castel
lum nouo epõ redderent, ipsi insuper nudi pe
des ab his q̃s afflixerant veniā postularēt. Tūc
etiam a prima hebdomada .xl. qua & mediante
hęc passi sumus, cometā immēsi fulgoris vsq;
ad passionē dñi conspeximus: reuertentes q̃q;
tam pauperes q̃ diuites, nō sine ꝓprio singuli
damno regē nostrū. H. quiddā infortunij per-
pessum a rebellātibus sibi nōnullis per Alsatiā
seditiōis fama sinistra percępimꝰ, patrē vero re
gis nō modica sibimet auxilia contra filiū attra
xisse: hoc est epm Leodiēsem, Heinricū ducē
Lotharingēsiū, Coloniā, Iuliacū, Bunnamq;
& Veronā, cæteraq; partis illius oppida, hęcq;
nōnihil titubationis religioni minabanť catho
licæ. Cęterū rex. H. diuina roboratus cōfiden
tia, nec minus magnanimitate animatus innata
dum quasi partes inimicas humiliaturus, Leo
dium paschalem inibi curiā habiturus conuer
titur. Post festum Palmarū Colonię cedentibꝰ
hostibus satis iocunde celebratū, moto comita
tu rursum fortunę sinistrorsum sibi rotā volui
sentit, dum nimirū incōsultiꝰ agiť. Nam cogni
ta patris machinatione qui vtiq; se vt vir bella-
tor ab adolescentia satis argumentose per cōdu
ctas ad ciuitatē, qua curiā indictam præscripsi
mus, copias resistere parabat: ipse iuuenili ni-
hilominus aniositate succensus, illo parua licet
manu cinctus, vt cœperat ire contēdit. Qua de
re p̄missis .ccc. viris qui pontē sup Masam flu-
uiū loco qui Vuegesar diciť constructum ob-
seruarent: nam oēs eiusdem fluminis transitus
iam hostes interruperant, dum rex in palatio
Aquisgrani cœnam dñi celebrat, dux. H. cum
exercitu cæsariano regios ad pontē inuadit mi
lites: nauiterq; resistētes, arte quadam eqtandi
qua gens illa plus cęteris vtiť in altiora dedu-
ctos, multitudīe legionū cingit, opprimit, ster
nit atq; capit: nōnullos etiam cedentes fluuius
vorauit. Videres fortissimos Machabæos ī bel
lo catholicę pacis post stragē plurimā apostati
cę genti illatam fide magna & lętitia, suas ani-
mas Christo ꝓ se passo cōmendantes, ac huius
modi pro transitu priorū delictorū veniā in ea
dem indulgentię die se cōsecutos inuicē conso
lantes. His fortunę fallacijs, immo summi dis-
positione iudicis, mens hereticorū tumescere,
nec tamen orthodoxorū spes decrescere cœpit
Rex aūt inter ipsa paschalia festa quę tunc pro
euētu rei Bunno celebrabat, Heinricū ducem
judicio optimatū reū maiestatis & hostē reipu
blicæ, ducatu priuat: ac generalem expeditio-
nem contra Lotharingiā, accepto a principibꝰ
sacramento per totum regnū indicit & præpa-
rat. Quo dehinc superioribus se partibus con-
ferente, pater se Coloniēsibꝰ reddit: & epõ pul
so, ciuitatē ipsam vallis & ꝓpugnaculis/ oīq;
repugnandi genere ꝑmagnifice muniuit: ipseq;
cum fidelissimis suis Leodio se contulit. Igitur
mense Iunio iam fere mediante rex. H. cum ex
ercitu suo copioso id est .xx. miľ. Coloniā A-
grippinam obsedit. Sed cū esset vt dictum est,
multus per omnem modum .iij. aut. iiij. inibi
hebdomadas casso pene labore cōsumpsit: ex-
cepto ꝙ vt fieri solet iuuentus vtpote morę im
patiens nonnunq̃ pro muris concurrēs, ludo
crudeli fugat alterutrū vel sternit. Ibi etiā Die-
tericus comes regi fidelissimus infirmitate pres
sus, communi fine migrauit: vir vtiq; nobilissi
ma Saxonū stirpe ꝓgenitus: & tam omnigenę
religioni q̃ catholicę defensioni nō mediocri-
ter deditus: literis etiam aliquātum instructus.
Interea regi. H. pr̄is legati de Leodio missi prę
sentanť, literas tam sibi q̃ principibus regni de
ferentes: quarū exemplar hic inseri nō absurdū
duximus, ob ꝓbandā scilicet eiusdem viri mul
timodam tergiuersationē, qua se toto vitæ suæ
tpe cunctis sibi resistētibus ficta subiectione ca
tenus fecisset superiorē. H. dei gratia Roma-
norū imperator augustus, epis, ducibus, mar-
chionibus, comitibus cæterisq; regni principi-
bus gratiā & dilectionem dignantibus eam re-
cipere. Conquerimur deo oīpotēti & dñę san
ctę Marię, & beato Petro principi apostolorū
patrono nostro & vobis principibꝰ oībꝰ, ꝙ in
iuste & inhumane & crudeliter cōfisi in illa fi-
de in q̃ dubitare nō debueramus tractati sumꝰ:
& tā honore regni q̃ prędijs & oībꝰ q̃ habeba
mus cōtra diuinū & humanū ius ad infamiā &
improperiū regni vt expoliati sumꝰ, vt nihil pe
nitus p̄ter solam vitā nobis relictum sit. Vbi cū
ferme oībus cęteris magna pars vestri visa est
dolere & tristari: sed prohdolor nihil nobis ve
stra cōtulit tristitia, quin de nobis sibi satis face
ret voluntas inimicorū nostrorū odiosa. Et qa
cū consilio & rogatu filij nostri, fide & securi-
tate vitę & honoris ab eo primū accepta, fidu-
cialiter & desideranter Mogonciā in præsentiā
legati Romani & principū tenderemus, vt eo
rum dispositione ageremus, tam de statu eccle
siæ & honore regni, q̃ de salute aīæ nostræ,
ipse nō est veritus in hac volūtate & obediētia
nos cōtra datā fidem capere, & vsq; ad articulū
mortis ferme ducere, nō ausi sumus ita nos illi
credere, vt iniurijs & cōtumelijs nos ꝓ volun-
tate sua sicut prius valeat tractare.
¶ Quapropter multū rogamus vos & obnixe

precamur, vt pro timore dei & honore regni,
& honestate vestra dignemini studere, qua mo
do de iniuria in manibus vestris nobis illata, p
vos possimus recuperare iustitiam. Nos quo-
q; pro consilio vestro & aliorum qui nos odio
non habent religiosorum virorum parati su-
mus, tam filio nostro si in aliquo eum offen-
dimus/ q; alicui in regno libenter emendare.
Praeterea sicut domino papę in praesentia lega-
ti sui/& vestra obedire parati suim⁹, ita & nūc
parati sumus ei omnem debitam reuerentiā &
obedientiā sincero corde & deuotione praesen
tialiter exhibere: & tam consilio vestro/ q; spi-
ritalis patris nostri Hugonis Cluniacensis ab-
batis ac aliorū religiosorū virorum, de statu ec
clesię & honore regni, quantū in nobis est/ dis
ponere. Cum igit̄ ad haec omnia parati simus,
rogamus vos & obnixe deprecamur, quaten⁹
p deo & honore regni & vestro, instāter mo-
neatis filiū nostrum, cum sc̄d'm pręfatam sen-
tentiam nulla ei aduersum nos residua sit occa-
sio: amodo desistat nos & fideles nr̄os pseq &
q̄ete & pacifice viuere permittat: vt supradicta
itegre cū tranqllitate pficiant̄. Qd' si noluerit,
rogemus vos per autoritatē Romanae ecclesię
cui nos cōmittimus, & honorē regni, ne super
nos & super fideles nostros veniatis: quia ma-
nifestum est eum nō diuinę legis zelo/vel Ro
manę ecclesiae dilectione, sed cōcupiscentia re
gni, prē iniuste eo priuato, hoc icoepisse. Apud
quem si interpellatio vestra/ nullaq; alia inter-
uentio ad praesens pdesse poterit, appellamus
Romanū pontificem & sanctam vniuersalem
Romanā sedem & ecclesiā. Post lectas coram
multitudine tam has q; alias literas, parum ver
bis/nihil aūt sensu vel intentione prioribus dis
sonantes, filij tamē personę specialiter directas
rex. H. ex optimatū consilio legationē vicariā
patri destinauit: quam tn̄ prius publice praedi-
cari per Magdeburgēsem archiepm̄ Heinricū
fecit: hocq; facto sitorū animos secum valde ro
borauit. Erat aūt huiusmodi. Post inueteratā,
id est per annos circiter. xl. discissionē imperij
Romani, quae tam diuinas q; humanas iam pe
ne leges aboleuit: & exceptis mortibus omni-
modis, sacrilegijs, periurijs, rapinis & incēdijs
ipsum regnū nostrum nō tm̄ in solitudinē/ sed
etiam ad apostasiā catholicę fidei, sive in ipsum
paganismū propemodum redegit: respiciente
tandem suā ecclesiā diuina clementia, nos eius
dem Christi sponsę filij per spiritū sanctum in
vnitatē fidei ęquanimes resipuim⁹, ipsum in-
corrigibile scismatū illorū caput. H. scilicet di-
ctum impatorē nostrū zelo dei & apostolicae
fidei obediētia abdicauimus, catholicū nobis li
cet ipsius de semine natū regē elegimus. Cui⁹
regni principiū sui finē esse cōspiciēs, etiā ipse
tanq; voluntarius, sed vt iā eius fatent̄ literae ni
mis inuit⁹ collaudauit: regalia reddidit: filij cu-
ram cū regno nostrae fidei lacrimādo cōmisit:
de reliquo nullā m se regni pompā/ sed aiae po
tius suę medelam vlterius affectaturū spopon
dit. At nunc ecce pristinis se reddens tergiuersa
tionibus preiudiciū se passum per orbē terrarū
cōqueritur: Gallorū, Anglorū, Danorū, cętera
rūq; finitimarū gentiū gladios cordib⁹ nr̄is in
figere meditat̄: super illatis etiā iniurijs recupa
ri sibi iustitiā precat̄: consilijs itaq; nostris amo-
do pmptū obedire se pollicet̄. Re aūt vera so-
litis argumētis castra haec dn̄i dispergere/ Chri
sti exercitū exanimare conatur: & vt in patulo
est, vineam dn̄i quę iam sero florescere coepit,
tam per se singularē vtiq; ferū denuo depasce-
re/ q; per vulpes illos nimirū qui sibi adhaerēt
pestilentes homines/ demoliri: ac per sacrilegia
sacerdotū Belial/ anathemati reciduo reddere:
immo quod dictu nefas est, Christum iam ite-
rum in ecclesia sua resurgentē in omniū cordi-
bus crucifigere meditatur. Quapropter placet
tam regi q; vniuersis regni principibus, immo
cuncto exercitui orthodoxo, quo senior idem
ne vlla sibi pateat aduersum nos iniusta querela,
quacunq; elegerit securitate, quacunq; maluc-
rit statione, corā praesenti senatu/ simul & po-
pulo causam suā agat, iustitiā suscipiat, iustitiā
& reddat: quatenus ab ortu scismatis, omnib⁹
seditionū causis, ac si nil inde iam fuerit diffini
tum, vndiq; discussis, tam filio q; patri sua iu-
stitia respondeat: ecclesiae vero regniq; status,
non vt ipse more suo pponit post longas indu
cias, sed impraesentiarū his cōtrouersijs dirē
ptis, vacillare desinat. Quam legationē pbatae
singularis prudentię personę, abb. videlicet ac
Rihuuin p̄sbyteri vna cū qbusdā laicali sub ha-
bitu viris religiosis, tā a rege q; vniuersis prin-
cipibus, imo toto exercitu susceptā ex imperato-
ri sępedicto vix eius pręsentiā fandiq; licentiā
cōsecuti, cum retulissent: horribile memoratu
est, q; ingenti vitae suę periculo p dies. vi. eo q
nullo modo conuētui malignantiū cōicare vo
luerint indigne tractarent̄: tandēq; ab irruente
sibi in eadē qua manebāt custodia vulgo libera
ti, absq; oī ducat⁹ p̄sidio castris circa Coloniā
positis redderent̄: id tn̄ p̄cipuū inter senioris re
sponsa referētes, quaten⁹ ad p̄sens armis disce
deret̄, & in futurū sup huiusmodi simultatib⁹
curiale colloquium indiceretur. Auditur prae-
terea quia. H. ex imperator, & . H. ex dux exer-
citum vndecunq; conflant, & adhuc vel semel
tentare fortunam omnimodis parant.

¶ Qua ꝓpter vniuersa militia regis/ imo Chri
sti saltem ferro rebus finē facere deliberans, ne
forte quod certissimū erat, Cæsarianis vrbani
contra auxilio forent, obsidionem soluunt: &
contra Lotharingiā moti, munitiones ac cęte-
ra quę rebelliū erant interim diripiunt: pręmit-
tentes ad. H. seniorē secundos nuncios qui sibi
deliberationē ꝓponerēt, aut causa pacis pacto
præscripto componendę, filio ad Aquasgrani
ꝓpediem occurrere, aut imminens sibi bellum
nō dubitare. Quibus nimirū legatis custodiæ
nihilominus traditis, ad resistendum omnimo
dis/ occulte tamen præparari molit̄: sed dimis-
sos post aliquot dies missos eosdem, inopina-
ta, & qua nihil acceptabilius castris illis inferri
posset, fama mortis ipsius. H. imperatoris sub
sequitur. Miserabile tn̄ dictu est tanti nominis
tantæ dignitatis tantiq; animi virū sub ꝓfessio
ne christiana mundum tanto tempore lucratū,
nec ad instar cuiuslibet pauperis defuncti pium
vel compassiuū luctum a quauis inter tot chri-
stianos persona ꝓmeruisse, sed potius vniuer-
sorum tam ibidem ꝙ vbiuis vere christianorū
corda simul & ora infinito nimis tripudio sui
oblitos rumore replesse. Non altius cōcinebat
Israhel dn̄o Pharaone demerso: nec augustiori
ipsi Octauiano, siue vllo vnq; augustorū ap-
plaudebat Roma triūpho. Frenū qppe quod
erat in maxillis populorū versum est illis ī can
ticum, sicut vox sanctificatę solennitatis. Igitur
quia cessante tandem exactore quieuit & tribu
tum, mox omnes qui questus dumtaxat gratia
eidem principi catenus adhęrendo suas animas
venalitati ꝓposuerant, deditioni regis simul &
cōmunioni catholicę subijciunt̄. Leodiēsis au
tem episcopus, cęteriq; coepiscopantes hac in-
ter cætera recipiunt̄ in communionē pœniten
tiæ conditione, quo cadauer ipsius excōmuni
cati per se pridie in monasterio tumulatū/ effo
derent: & absq; vlla sepulturę vel exequiarum
cōmunione in loco non cōsecrato deponerēt,
cōprobantibus his qui aderant archiepiscopis,
& episcopis, quia quib⁹ viuis ecclesia nō com
municat, illis etiā nec mortuis cōmunicare pos
sit. Quo facto paulo post corp⁹ ipsum Spiren
si ciuitati est in sarcofago lapideo regis consen
su delatū: sicq; extra ecclesiā ibidē per qnquen-
nium mansit inhumatū. Hic finis, hic interit⁹,
hæcq; sors vltima Heinrici illo sub vocabulo.
iiij. Romanorū impatoris a suis appellati, a ca
tholicis vero, id est cunctis beato Petro suisq;
successoribus fidem & obedientiā lege christi
ana conseruātibus, archipirata simul & hęresi-
archa, necnō & apostata, ꝑsecutorq; plus ani-
marum ꝙ corporū competenter dicebat̄; vtpo
te qui nec naturalibus nec cōsuetudinarijs con
tentus sceleribus, noua & a sæculis inaudita,
ideo q; nōnulla incredibilia excogitasse, & exer
cuisse infamabat̄. Quæ si quis illorū arbitratu
qui tam perperam ꝙ recte ab impatoribus ge-
sta, literis digna iudicant/ scribere velit, nos lo-
co cedimus: maxime cum aliqua ex his obliuio
ne potius ꝙ memoria digna non dubitemus.
Pluribus aūt testibus comprobare poterimus,
q; nemo nostris temporib⁹, natu, ingenio, for
titudine & audacia, statura etiā totaq; elegātia
corporis videret̄ fascibus imperialib⁹ ipso apti
or, si tn̄ in cōflictu vitiorū homo nō degenera
ret vel succūberet interior. Porro cū non pauci
supersint, iidemq; in sublimitatibus constituti,
quos operū eiusdem viri cooperatio redargu-
it, vnū est quod/ licet nimis timidi suggerimus
quatenus ipsum cōdemnationis eius exemplū
sibimet in remediū vertant: nec honoris praue
consecuti florem/ sed semen attendant: satiusq;
ducāt malis plantarijs eradicandis insudare/ ꝙ
fructum inde perpetuæ mortis in futurū cape- forte, carpere.
re. Alioquin desipere nimis est vuln⁹ ferro ple
num sanari, credere deo/ simul & mammonæ
deseruire velle: monstriq; simile est ex pharisai
cæ elationis fastigio, ipsoq; vt dicunt, mercede
sacrilegiorū ascenso, apostolicæ humilitatis di
gnitatē vsurpare, aba postasiæ semīe/ fructum
hierarchiæ sperare. Hæc hactenus, deo autem
gratias, qui licet tarde/ tamen permagnifice vi
ctoriam cōcessit ecclesiæ suæ: cui etiā eiusdem
Nabuchodonosor quinquagesimū exactionis
annū, id est Galileus qui Iuliauum quondam
vicerat, vertit in iubileū. ¶ Si quis vero tam ze
lotes est cui quasi diem interitus Aman/ etiam
H. obitum/ & ecclesię posteritatē ignorare nō
libeat. vij. Id⁹. Aug. hāc esse sciat, quo scilicet
die primo matrem suā ecclesiā apud Vnstruot
inuadens, innumeras animas ad inferos præ-
misit: eademq; die Martis qua etiam cuncta sua
prælia paganico nimirū auspicio perpetrare cō
sueuit. Post hæc hebdomada. iiij. Mēsis Oct.
habitum est conciliū generale in ꝓuincia Lon
gobardia super ripam Padi fluminis, loco qui
Vuarstallis nuncupat̄, vbi pręsidente vere per
omnia apostolico viro Paschali. ij. coram mul
titudine maxima clericorū, necnon laicorū qui
de diuersorū regnorum ecclesijs conuenerant,
præsentibus etiā legatis domini. H. regis mul
ta sunt, prout canonica dictabat ęquitas, de ini
mici zizanijs euulsa, multa de structuris super
harenā positis destructa, plura quoq; pistici se alij. spicati.
minis plantaria ꝓfundius plantata simul & ri-
gata, nonnulla etiā tutissimę munitionis per ec
clesias propugnacula sunt ędificata. Nam cum

eadem dominica quæ erat. xiij. kal. Nouemb.
Iuuatēsibus Chunradum, Tridentinis Gebe
hardum præsules consecrasset, enarrare longū
est/ q̃ indefesse prudēs & fidelis ille summi pa
trisfamilias dispēsator cōseruos suos verbi dei
tritico lautissime quotidie reficeret, pseudo epi
scopos deponeret, catholicos constitueret, ar-
chiepiscopis pallia, monasterijs priuilegia con
cesserit, præsentes ouiū Christi pastores melli
fluis alloquijs, absentes paternis cōmonitori-
orum literis instruxerit, quædam olim abscisa
membra ecclesię iterū incorporauerit, quędam
etiā quæ insanabilia videbant̄, anathematis ab-
scissione truncauerit. Super ordinationibus aūt
temporis scismatis factis, vnde ꝓmaximę ven-
tilabant̄ quæstiones, decretū discretione mater
(forte. me ditatum.) norum viscerū artificiose medicatū, in hæc ver
ba ꝓmulgauit. Per multos iā annos regni Teu
tonici latitudo/ab apostolicæ sedis vnitate di-
uisa est. In quo nimirū scismate tantū periculū
factū est, vt (quod cū dolore dicim⁹) vix pau
ci sacerdotes aut clerici catholici in tanta terra-
rum latitudine reperiant̄: tot igitur filijs in hac
strage iacētibus, christianæ pacis necessitas exi
git vt super hos materna ecclesiæ viscera aperi
antur. Patrum itaq̃ nostrorū exemplis & scri-
ptis instructi, qui diuersis temporib⁹ Nouatia
nos Donatistas, & alios hæreticos in suis ordi
nibus suscæperūt, præfati regni ep̄os scismate
ordinatos, nisi aut īuasores/aut simoniaci/ aut
criminosi sint ꝓbati, in officio episcopali susci
pimus. Idipsum de clericis cuiuscunq̃ ordinis
constituimus, quos vita sciētiaq̃ commendat.
His & huiusmodi super ecclesiam diuini lumi
nis orientis auroræ iocundati splendoribus,
quia nimirū tandem venerat tempus miserēdi
eius, pariterq̃ apostolicis macti benedictioni
bus, ad sua quiq̃ conuertunt̄: nos vero id est al
pium transcensores speciali quodam præ cun-
ctis efferebamur tripudio, eo q̃ certi essemus
dñi apostolici ꝓfectionem sic fuisse dispositā,
quatenus iter nostrū q̃maturę subsequens, na
talem dñi Mogonciæ celebraturus esset, præ-
sente cū vniuersis regni principibus nouo rege
nostro. Hoc anno dux Saxonię Magn⁹ obijt.
Pro quo Lotharius surrexit. Itē Vto Marchio
de Saxonia obijt. Rupert⁹ Vuirciburgēsis ep̄s
dum tendit ad conciliū/eundo defungit̄. Quo
decedente dñs Erlungus tam a clero q̃ a popu
lo Vuirciburgensiū, vt ver⁹ pastor sibimet du
dum iniuste ablatus, sed iusto dei iudicio rur-
sum oblatus/ summopere postulat̄: cōcessusq̃
tam a rege q̃ a papa per legatos Romanę sedis
magna expectatione & incredibili totius ciuita
tis/ac multorū populorū tripudio susceptus,
nimis honorifice inthronizatur. ij.

ANno domini mil. cvij. Rex. H. natalē do
mini Ratisponæ celebrauit, præsentibus
scilicet legatis domini apostolici, vel cuius ad-
uentum iam aliquandiu apud Augustam Ale
manniæ metropolim, cæterasq̃ superiores par
tes prestolatus fuerat. Ille vero suorū consilijs
quasi ꝓteruiam Teutonicorū declinans maxi-
me ꝓpter seditiosum quendam tumultū, qui si
bi Veronæ hospitāti dudum occurrerat: insup
suggerentibus quibusdā q̃ non facile gens no
stra decretū illud recipiat, quod quamlibet ec-
clesiasticam inuestiturā laicis a manibus vetat:
necnon & aīosum cor regis adolescētis, quod
nōdum per omnia dñico iugo sit habile, hæc
inquā multaq̃ id genus vir dei percepta consi-
derans, necdum sibi ostiū Germanicis in parti
bus apertū esse cum gemitu ꝓnuncians, profe
ctionem suā cum Hispaniarū legatis per Bur-
gundiam ad Gallias conuertit: & natalis dñici
gaudiū sua præsentia Cluniacēsibus multum
ampliauit. Inde secedens/ab vniuersis finiū illa
rum ecclesijs, vt vere Christi discipul⁹/ & apo
stolorum vicarius ingenti honore suscipit̄, di-
gna reuerentia tractatur: nō aliter q̃ legifer de
cælo missus audit̄. Sic itaq̃ per mēses aliquot
vt fidelis dispēsator & prudens, quotidianam
sollicitudinē omniū ecclesiarū gerens, tandem
circa ascensionē domini conciliū non modicū
apud Trecas habuit: vbi inter multa quæ pro
tempore & necessitate corrigenda correxit:
sententiam de libera pastorum electione, & de
coercenda laicorum in ecclesiasticas dignitates
pręsumptione, iuxta prædecessorū suorum de
creta ꝓmulgauit. At rex. H. ꝑagratis Saxoniæ
finibus post paschale festū Mogoncię actum,
eidem se concilio vicinū/non tñ præsentē, cū
nonnullis episcopis & optimatibus exhibuit:
cum quibus etiā inito consilio legatos honora
biles ad apostolicū transmisit: per quos tā ipsi
q̃ vniuersæ synodo potestatē constituendorū
episcoporū priuilegijs apostolicis Carolo im-
peratori concessam notificarēt. Super qua quę
stione quia in alieno regno quicq̃ diffiniri, vt
pote Romano iam incipiēs potiri sceptro. H.
non patit̄, induciæ sibi totū sequentis anni spa-
tium Romam veniendi, & eandem causam ge
nerali concilio ventilandi conceduntr̄. Tunc eti
am nonnullos nostrates episcopos eo q̃ eidem
concilio nō intererant, officij suspensione dñs
papa multauit: quos tñ non multo post satisfa
cientes, clæmenter absoluit. Rursum necdum
humilitatē quam quæsiuit Germanicis in cor-
dibus inuenire se/satis conq̃stus, nos nequaq̃
vt ꝓposuerat visitare, sed finibus Italicis se co-

mitatumq; suũ disposuit referre. Quo licet mo-
rose perueniẽs, tantis Romani tam clerici q̃ po-
puli tripudijs/suis suscipiebat̃, ac si de mortuis
rediuiuus crederet̃. Rex vero oriẽtalibus red-
ditus, colloquiũ Ratisponæ cum Baioarijs in
quo expeditionem versus Flandriã contra Ru
pertum instituit. Qua circa Octobrem mota/
terram rebelliũ ingressus, non sine graui exerci
tus sui dispendio per vnũ & amplius mensem
vastat, donec per internuncios res ad ꝓximam
curiam dilata, litem separat. iij. ℂ Anno dñi.
miľ.cviij. Rex. H. Mogonciæ natalem dñi ce
lebrans, præscriptũ Rupertum in gratiã recę-
pit. Eo tempore orta simultate inter Coloman
num regem Pannoniæ, germanũq; eius voca-
bulo Almũ, eo ꝙ vterq; sibi potius regiã com
petere dignitatẽ iure gentis illius contenderet,
spoliatus tam rebus q̃ ducatu quo inter Vnga
ros clarus, & vt decuit fratrẽ regis a rege secun
dus claruit, Almus regẽ. H. adijt, & in auribus
totius senatus haud secus q̃ ille quondam Ad
herbal miserias suas deplorans, Romani impe
rij magnificentiã in compassionẽ & defensio-
nẽ sui flectere curauit. His querelis motus rex
H. insuper etiã ꝙ idem Colomannus fines re-
gni nostri, scilicet in locis maritimis inuaserit,
Vngariã exercitu petit: sed pręparatis multifor
miter aduersarijs, maximeq; per obstructa flu-
minis vndiq; vada, post morosam & cassam
obsidionẽ castri Bresburg, pene iacte redit. iiij
ℂ Anno dñi miľ.cix. Rex. H. natalem dñi Mo
granciæ celebrat: & paulo post Franckẽfurt cõ
uentu procerũ habito, Sigefridum Palatinũ co
mitem apud Vuirziburgensem epm̃ custodię
deputauit, eo ꝙ ꝓdente Heinri. prius duce Lo
tharingię iam in gratiã regis recepto, in necem
& regnũ eius insurgere consiliatus sit. Ibi etiã
deposito Gotefrido Fuldensiũ abbate, Vuolf-
helmum eis pręfecit ex eadem congregatione.
Post hæc ad Poloniã gentem longinquã mo-
uit exercitũ: multoq; ibi atq; diutino desudans
labore, diu negatũ a terra illa tributi exegit debi
tum. Ruothardus Mogontinus archiepisco-
pus obijt. v. ℂ Anno domini miľ.cx. Rex. H.
natalem domini Babenberg celebrans, nuncijs
excitat̃ inopine sinistris, Bragam Boemiæ me
tropolim cũ exercitu occupasse, ac ducatũ illi-
us gentis contra regis voluntatẽ sibimet vsur-
passe. Qui mox efferatus animo, principes sibi
fidelissimos illo cũ manu valida præmisit, quę
mire & velociter prosperata, ciuitatẽ cum hosti
bus intra deprehensis capit: regiq; pedetentim
subsequẽti cũ triumpho occurrit. In epiphania
domini Ratisponæ. H. colloquiũ cum princi-
pibus faciens, animi sui ꝓpositũ eis aperuit: sci

licet ꝙ transalpinis partibus se exhibere vellet,
quatenus & benedictionem imperialem a sum
mo pontifice, Romana quæ caput mundi est,
in vrbe perciperet, & latas Italię prouincias in
societatẽ regni Germanici fraterna pace & iu-
stitijs ac legibus antiquis componeret: insuper
ad oĩa quæ defensio posceret ecclesiastica, ad
nutum patris apostolici se promptum demon-
straret. Arrectis animis omnium ad votum pie
ꝓuidi consulis, & indubitati iam patrię amato
ris, vir esse non crederet̃, si quis a tam virilis ne
gocij consortio se subtrahere conaret̃. Itaq; sa-
cramẽto nimis voluntario in idipsum qui ade-
rant consentiunt, rex alacer de huiusmodi expe
ditione ꝑ singulas Germaniæ ꝓuincias instan
ter tractare nõ cessat: & licet terrente quorundã
animos ortu cometæ sideris infausti, per. vi. se
re mensiũ inducias regia munificus liberalitate
datis vbiq; inæstimabilis pecuniæ stipẽdijs, cir
ca Augustũ moueri vndiq; exercitũ imperat,
alijs secum per montem Iouis, alijs per vallem
Tridentinã alpes transcẽdentibus. Prouiderat
aũt rex nulli a sæculo regũ in oĩ ꝓuidentia se-
cundus, sciens Romanã. r. p. olim nõ tantum
armis/quantũ sapientia gubernari consuetam,
se non solum armatis/sed etiã literatis viris ne-
cessario muniri, paratis scilicet ad rationẽ om-
ni poscenti reddendam. Inter quos claruit qui-
dam Scotigena nomine Dauid, quem scholas
Vuirciburg regentem, pro morũ probitate rex
sibi capellanũ assumpsit. Hic itaq; iussus a re-
ge totam huius expeditionis seriem/ rerũq; in
illa gestarũ stilo tam facili qui pene nihil a com
muni loquela differat/tribus libris digessit: cõ
sulens in hoc etiã lectoribus laicis vel alijs mi-
nus doctis quorũ hæc intellectus capere pos-
sit. Igitur iuxta præscripti testimoniũ historio-
graphi superata nimis laboriose montiũ asperi
tate rex cum suis lętus & incolumis Eboreium
peruenit: alter vero exercitus captis antea qui-
busdã castellis, apud Viruncalia vti cõdictum
fuerat, post expugnatã ab ipo Nouariã ipsum
lætanter excæpit. Paucis ibidem diebus mora-
tus padum ꝓspere transit: Placentiæ castra me
tatus, munera copiosa/magnamq; fidelitatem
a ciuibus accipiẽs, & per tres septimanas in his
partibus cõmoratus, Parmamq; perueniens,
Mahthildem comitissam per internuncios sibi
subiectam gr̃a sua ꝓprijs iustitijs donauit. Post
hæc asprima mõtis nimis afflict⁹ hieme, mon
temq; Pardonis cũ maximo exercitus dispẽdio
rerum & equorũ miserabili defectu transcen-
dit, incessanter cadentibus super se iuxta quali-
tatem illius climatis immẽsis pluuijs: hasq; per
vij. septimanas passi, tandem Florentiam nimis

afflicti pertingūt, instante festo natiuitatis dñi.
vi. ¶ Anno dñi mil'.cxi. Rex. H. postq̃ rebus
prospere per Longobardiã atq; Tusciã dispo
sitis, apud Florentiã dominicæ natiuitatis gau-
dia, cũ ingenti suorũ tripudio & mirãdo, ac ea
tenus illius patriæ ciuib⁹ nunq̃ viso decore &
honore percelebrauit. Moto inde aduersus Ari
ciam exercitu/illocq; perueniens, a clericis beni
uole/a ciuibus subdole recipit: quorũ insolen
tiam satis abundeq; perdomuit: scilicet ciuitate
illorũ cum turribus quas ad repugnãdum regi
præparauerant funditus euersa, ecclesiæ tamen
omni sua iustitia quã iidem ciues violenter abs
tulerant, iuxta clericorũ petitionẽ restituta. In-
de ad Aquam pendentẽ ꝓgressus, legatos su-
os dudum ab Aricia missos/ab apostolico bo-
ni nuncij baiulos repperit: remissisq; alijs nun-
cijs cum Romanorũ qui supplices illic sibi oc-
currerãt, paulatim Sutriã ꝓcessit. Ibi legati apo
stolici cũ missis regijs aduenientes, ꝓmptũ esse
papam ad consecrationẽ & omnẽ regis hono-
rem & voluntatẽ, si tamen ipse sibimet annue-
ret, libertatem ecclesiarũ, laicam ab illis ꝓhibẽs
inuestiturã, recipiendo nihilominus ab eccle-
sijs ducatus, marchias, comitatus, aduocatias,
monetas/thelonea, cæterorũq; regalium quæ
possidẽt summã. Præbuit rex assensum: sed eo
pacto, quatenus hæc transmutatio firma & au
tentica ratione, consilio quoq; vel cõcordia to
tius ecclesiæ ac regni principũ assensu stabilire
tur: quod etiam vix aut nullo modo fieri posse
credebat. Qua conuẽtione facta, dimissis lega
tis & obsidibus vtrinq;, rex hilariter ad vrbem
ꝓperat: dñs apostolicus cũ omni clero, immo
tota Roma se in eius occursum adornat. Post
hæc quæ gesta sunt longissimũ est enarrare, vt
pote q̃ immensa honorificentia sit receptus, &
per argenteã portam vsq; ad mediã rotam, an-
tiquo Romanorũ instituto deductus, ibiq; le-
ctis publice priuilegijs, tumultuantibus in infi
nitum principibus præ ecclesiarũ spoliatione,
ac ꝑ hoc beneficiorũ suorũ ablatione, q̃ ingen
ti periculo, q̃ varia disceptatione tota dies illa
consumpta sit: & postremo pater apostolicus
ab episcopis & alijs fidelibus regis sit custodi-
tus vsq; ad pacatam & ecclesiasticã consecrati-
onem imperatoris, in exemplum patriarchę Ia
cob dicentis ad angelum. Non dimittam te nisi
benedixeris mihi. His ita in dominica quadra-
gesimæ transactis, Romani tota nocte congre
gati, summo mane impetũ vndiq; fecerunt in
exercitũ regis: adeo vt cõmissa aliquandiu pu-
gna, regẽ ꝑ seipsum necesse esset exercitui suc-
currere: quod & impigre fecit: & vsq; ad incli-
natam iam diem fortissimi militis & optimi du
cis opus agens, dei gratia suis victoriam/hosti
bus post multã stragem fugã incussit. Post tri-
duum Roma secedens, dominũ apostolicũ se-
cum duxit: & eo quo potuit honore tenuit, do
nec compositis quæ res poscebat per regiones
negocijs, pacatis omnibus aduersarijs, instans
pascha non longe ab vrbe in castris celebrauit:
ibiq; sedatis inter ipsum & apostolicũ/inter re
gnum & sacerdotiũ/dissensionibus inueteratis
post octauas paschæ cũ nimio populi Roma-
ni/immo totius ecclesiæ/ac inæstimabilis exer
citus tripudio ante confessionẽ. S. Petri Augu
sti nomen & imperiũ, a Christo ipse chrismate
rite perunctus & sacratus, & sub augustissima
pompa coronatus suscæpit: dato sibi in præsen
ti per manũ apostolici, sub testimonio astantis
ecclesiæ priuilegio, inuestiturę ecclesiasticę iu
xta quod vtriusq; prædecessoribus placuerat,
& permanere cõsueuerat: cuius inuiolabilẽ sta
bilitatem dñs papa mox sub anathemate confir
mabat. Sic deniq; ea die, gloria in excelsis deo,
& in terra pax hominibus bonæ voluntatis, vt
ita dicam est recuperata, dum tam inueterata &
catenus incorrigibilia de regno Christi scisma
tum ablata sunt scãdala. Nec multo post Hein
ricus imꝑatoria munificus liberalitate, tam spi-
rituali patri suo papę/q; singulis eius ep̃is car-
dinalibus, clericisq; maioribus ac minorib⁹ do
na tot tanta & talia dispertiuit, vt absentibus om
nino memoratu incredibile sit: sicq; tam ab apo
stolico/q̃ ab omnibus prospera sibi imprecan
tibus, & nimio amoris vinculo eum aliquan-
diu deducẽtibus per Longobardiã ad alpes, in
deq; ad terras Germanicas fœliciter ẽ reuersus.
¶ Post reditũ quoq; suũ nonnulla tam ab ipso
imperatore/q̃ ab episcopis secũ comitantibus — Anni ĩpe rij Heinri ci.V. i.
quæ corrigẽda videbant, iuxta quod summus
pontifex concesserat vnicuiq; vel iniũxerat, ad
planũ sunt expolita, vitiata quoq; ad purũ ex-
cocta. Sic Christo respiciente in terrã de cælo
sancto suo, sicut vbiq; deuotio & religio chri-
stiana, ita etiam rerũ ꝓsperitas & copia frugũ,
ac noua circunquaq; crescere cœpit lætitia. Igi
tur imperator Heinric⁹ mense Augusto q̃ plu
rimos episcopos atq; abbates, nõnullos etiam
principes Spiram vocat: quorũ assensu & co-
operatione patris sui anniuersariũ permagnifi
ce celebrat. Nam toto quinquennio suspensa
cõmunio sepulturę & orationũ, apostolica au
toritate ab eisdem sacerdotibus qui & Romæ
coram papa, pœnitentiæ illius testimoniũ red-
diderant, tunc testificantibus conceditur: & qui-
bus nulli vnq̃ imperatorũ augustiores impen
sæ sint exequijs, iuxta maiores suos in ecclesia
sepelitur. Habita post hæc Mogonciæ curia,

Adelbertũ cancellarium suũ dudum ad eandẽ cathedrã electũ, baculo & anulo vestiuit. vij.
5 ANno dñi mil. cxij. Sigefridum Palatinum comitem diutina satis afflictum custodia, iuxta principũ consilium atq; petitionẽ sibi reconciliatũ/dimittens, benigne tractare coepit: adeo vt eius filiũ baptismate susciperet, & iniuriarum praeteritarũ obliuisci se facturũ sponderet. Eo tempore dñs apostolicus multas a Romana ecclesia passus est iniurias, obijcientibus ei q cõtra instituta totius ecclesiasticae disciplinae, regem Heinricũ tyrãnicũ rei. p. vastatorẽ, & ecclesiarũ destructorem imperiali benedictione sublimasset, insup priuilegio sacrilego cõdonasset. Inde coact⁹ in cõcilio. xv. kal. April. habito Lateranis in ecclesia Constãtiniana, vltima die concilij, facta corã omnib⁹ pfessione catholicae fidei, ne quis de fide ipsius dubitaret/dixit. Amplector omnẽ diuinam scripturã veteris & noui testamẽti, legem a Moyse scriptã & sanctis pphetis: amplector. iiij. euangelia. vij. canonicas, epistolas gloriosi doctoris beati Pauli apostoli, sanctos canões apostolorũ. iiij. vniuersalia concilia, sicut q̃tuor euangelia, Nicenum Ephesinũ, Constantinopolitanũ, Calcedonense & Antiochenũ concilijũ: & decreta sanctorum patrũ Romanorũ pontificũ, & precipue decreta dñi mei papę Gregorij. vij. & beatae memoriae papę Vrbani. Quae ipsi laudauerunt/laudo: quae ipsi tenuerũt/teneo: quae confirmauerunt/confirmo: quae damnauerũt/damno: quae reppulerunt/repello: quę interdixerunt/interdico: quae prohibuerunt/phibeo, in omnibus & per omnia, & in his semper perseuerabo. Quibus expletis, surrexit Gerhardus Engelismẽsis eps legatus in Aquitania, & cõmuni consensu dñi. P. papae, totiusq; concilij coram omnibus legit hanc scripturã. Priuilegium illud quod non est priuilegiũ, sed vere debet dici priuilegiũ pro liberatione captiuorũ ecclesiae, a dño. P. papa per violentiã regis. H. extortum: nam omnes hoc in sancto cõcilio congregati canonica censura, & autoritate ecclesiastica, iudicio sancti spiritus damnamus/ & irritum esse iudicamus: & omnino ne quid autoritatis & efficacitatis habeat/penitus excõmunicamus: & hoc ideo damnatũ est, quia in eo priuilegio continet, q electus canonice a nemine consecret, nisi pri⁹ a rege inuestiat: qd' est contra spiritumsanctum & canonicã institutionẽ. Perlecta charta/ acclamabant omnes amen, amen: archieps Iohannes patriarcha Veneticus, Sennes Capuanus, & alij fere. c. episcopi subscripserunt. Ex hac occasione Viennensis archiepiscopus cũ suis complicibus nouũ scisma nostras in partes seminare, & gladiũ anathematis in imperatorẽ molitur extendere. Sed quia coeptum eius apostolica/ indeq; omi ecclesiastica autoritate videbat carere, parũ interim potuit vigere. Attamen eiusdem dissensionis seminatae causa, circũquaq; coepit inuidiae serpere malum, adeo vt nonulli quicq; contra rem. p. intentantes, huius rei materiã in suę cõmotionis arripere meditarent clipeũ. Inter quos & praedictus Adelbertus designatus Mogoncię pontifex, qui per omnia secundus a rege semper fuerat, sine cuius consilio nihil facere solebat, aduersus imperatorẽ (quod vix quisq; crederet) conspirare cũ quibusdam principibus infamat: req; cognita/custodiae tradit. Morit his temporibus quidam de Saxoniae principibus nomine Vdalric⁹, Ludeuuici comitis dudum gener: sed iam pter filiae eiusdem repudiũ inuisus. Cuius possessiones praedictus Sigefridus haereditaria sibi vendicabat successione: sed dominus imperator easdem in ius regni conabat attrahere. Quae causa recidiuae discordiae fomitem coepit ministrare. Nam idem comes priores miserias suas sequentibus exaggerans, totã pene Saxoniã suã videlicet patriã tantis impleuit q̃rimonijs, vti tã ducem Lothariũ/ q̃ Rudolfum Marchionẽ, Fridericum Palatinũ comitem, Vuigbertũ atq; Ludeuuicum, nonnullosq; alios ab obsequo traheret imperatoris. Sed & episcopus Halberstatensis, necnõ Gerdrudis illa praepotens per Saxoniã vidua, violentiam pati ab imperatoris praeiudicijs inuasione praediorũ suorum clamitabant. Haec & his similia scandalorũ zizania, murmur infinitũ in nuper pacato regno suscitant. Altmannus abbas obijt. viij. ¶ Anno dñi mil. cxiij. Heinricus imperator natalem dñi Erphessurt celebra- 15
uit. Illuc cũ praescripti Saxoniae principes curiam nõ adissent, indignatione nimia cõmotus imperator, bona eorũ diripi, possessiões incendijs deuastari etiã inter ipsa festa praecepit: nec multo post castellum apprime munitũ Hornburg, longa obsidione deleuit. Deinde relictis per praesidia fidelibus suis, contemptores suos insidijs & congressibus afflixit: inter quę saepe dictus Sigefridus Palatinus comes, vir nobilissimus, & suo tempore nulli in omni pbitate secundus occubuit. Vuigbertus capit. Ludeuuicus ad deditionẽ compellit: sicq; reb⁹ interim quies licet modica concedit. Post haec quidam Reginoldus prouinciae Burgundiae comes, & vt aiunt imperatoris consanguineus, tyrannidem iuuenili actus insolentia contra rem. p. orditur: qui tamen superueniente sibi cum manu valida. H. Augusto, munitionem in qua maxi

me cōsidebat Monzun/ipse capt⁹ amisit:sicq̧
iiij lite cito dirempta/custodiæ traditur. ix.
¶ Anno domini mil.c.xiiij. Dominus impera⸗
tor natalem dñi Babenberg cū summa magnifi
cētia, copiosaq̧ principū multitudine celebrat:
& hoc simpliciter, qa virū dei Ottonem inibi
episcopū propter quædam iam orientia in re⸗
gno scandala, curiā frequētare renuentē ex par
te suspectum habebat. Ipse vero trāsitorijs pro
concordia ecclesiastica non parcens, beneficijs
indefessis animositatem regis gloriose deuicit.
Hinc indicto conuentu Mogonciæ, nuptias
post epiphaniam dñi augustissime instituit: vbi
etiā vix aliquos/aut certe nullum de magnati⸗
bus abesse voluit: quorū consilio vel consensu
regis Angliæ filiam Mahthildem nomine du⸗
dum desponsatā/legitime sibi coniungens, re⸗
gni consortē constituit. Deinde cōtra quosdā
in locis palustribus vltra Fresonū insulas habi⸗
tantes, imperator natalem expeditionē multo
studio istituit. Quo dum tendit, Coloniā A⸗
grippinā sibi rebellem, & in hoc q̄plures trās
rheninos atq̧ Vuestfalos consentientes inue⸗
nit: quorū numerantē nominatissimi, Frideric⁹
Coloniensis archiepiscopus, Gotefridus dux,
Heinricus quondam dux, & Fridericus de Ar
nesburg. Intermissa itaq̧ profectione, manū in
hostes præsentes extendere cupiens, Coloniæ
partibus assedit: ciuitati vero mirifice munitæ
non prævalens, regionē circunquaq̧ vastauit:
tandemq̧ soluto conuentu/recidiuam expedi
tionem cōtra eosdem rebelliones indixit. Qua
circa kal. Octob. congregata, Friderici posses
siones aggredit. Qua vndiq̧ vastata, & in me
dio regionis illi⁹ castro firmo cōstructo, eoq̧
militibus/armis/atq̧ stipendijs instructo, hie⸗
v me superueniente ab armis discedit. x. ¶ An⸗
no domini mil.c.xv. Considerans imperator
Saxoniā manifeste iam a se deficere, cōtra eam
vt iratus/ita etiam armatus venit: & tam ex his
quos adduxerat/q̄ quos inibi sibi voluntarios
inuenerat, castra nō modica instituit. Saxones
vero periculis suis rem agi cernentes, copias su
as ex diuersa locant, non pugnandi contra do⸗
minum suū audacia, sed defendendi se necessi⸗
tate coacti, ipsi per internuncios impatori con
firmabant. Cumq̧ per aliquot dies pars vtraq̧
alteri minaretur & parceret, quidam vir fortis
nomine Hogiar, qui dudum inter multa quę
bellicose egerat, Sigefridi Palatini comitis ne⸗
ce se famosissimū in aula regis effecit: assumpta
omni electa iuuentute quæ vt ipse moræ fuit
impatiens, Saxones suos nimirum compatrio⸗
tas audacter inuasit: ipseq̧ leonina ferocitate di
micans/gloriæ cupiditatē qua flagrabat mul⸗
tis secum cadentibus propria morte probauit.
Interfuit huic conflictui/immo vt aiunt, quo⸗
dammodo præfuit episcopus Halberstatensis.
R. qui dudum ab imperatore non modice fuit
iniuriatus, qui nimirū suis magnam prædica⸗
uit iustitiæ consolationē: imperatoris vero de
parte cæsis etiam sepulturæ interdixit commu
nionē. Sic dominus imperator non parū ama⸗
ricatus/ad Rhenum conuertitur: Saxonū vero
consensus ad resistēdum illi magis ac magis ro
boratur. Ad hæc quendam cardinalem Roma
num nomine Dietericū, legatione in Pannoni
as functum per nuncios a sciscunt: quo etiā pręs
scripti concilij actionē, & per ipsam imperato⸗
ris excōmunicationē prædicante, tam archiepi
scopus Magdeburgensis/q̄ cæterarum eccle⸗
siarum præsules reconciliationē recipiūt: sicq̧
scisso iterū regno, vndiq̧ nouæ res oriunē: sic
contraria quælibet in inuicē partes vtræq̧ mo
liunē. Interea directi ab Italia nuncij obitū illi⸗
us inclytæ Mahthildis nunciant: eiusq̧ predio
rum terras amplissimas hæreditario iure possi⸗
dendas cæsarem inuitant. Qua nimirū fœmi⸗
na sicut nemo nostris in temporib⁹ ditior ac fa
mosior, ita nemo virtutibus & religione sub la
ica ꝓfessione reperiē insignior, conuētus post
hæc imperator amicorū consilijs, immo totius
regni cōpulsus querimonijs, generalem i kal.
Nouemb. curiam Mogonciæ fieri instituit: vbi
liberam omnibus audientiā de sibi subiectis sa⸗
tisfactionem, de suis extraordinarie vel iuueni
liter gestis correctionē, ad senatus consultum
repromisit. Statuto itaq̧ tempore, dū ipse Mo
gonciæ præsens condictum frustra prestolaē
cōuentū, nam præter paucos episcopos nemo
principū aduentabat: Mogontini aptū sibi tem
pus arridere perpendentes, subito palatiū lori
cati & armati vallant: alij atriū furiose irruētes
in turmas & cuneos se glomerant: omnia stre
pitu/cuncta clamoribus implentes, aulicis hor
ribile spectaculum demōstrant. Quid multa?
Dubium non est q̧ nisi datis ad præsens obsi⸗
dibus imperator ea quæ sibi imponebanē/fa⸗
ctururn se citissime confirmasset: ipsum fortas⸗
se palatium cum vniuersorū qui in eo erāt, cru
delissima nece ilico corruisset. Ita sedato vix mi
litum plæbisq̧ seruentissimo furore, cæsar ab
vrbe secessit: & post paucos dies Adelbertum
quem iam per annos tres artissima mancipaue⸗
rat custodia, vix nimirū ossibus hęrentē, vt co⸗
actus ꝓmiserat, cathedræ suæ remisit. Hic igi
tur nō multo post sedis apostolicæ legato Die
terico se nuncijs & literis subijciens, ipsum sibi
cæterisq̧ non paucis præsulibus Coloniā oc⸗
currere postulauit: vbi & mandata papæ quę si

bi detulerit/communiter percipi, & ille suam
consecrationem diu scilicet interclusam, tanta
autoritate consequi possit. Qui conuentus in-
stante festo natalis domini factus est non absq;
indignatione imperatoris: qui necdum plene vo
luntarius erat in consensu eiusdē ordinationis.
vi xi. ¶ Anno domini mil.cxvi. Imperator nata-
lem domini Spirae cū paucis episcopis & prin
cipibus celebrans: ea quae interim Coloniae ge
rebantur/grauiter tulit. Audiuit enim q̃ pluri-
mos ibi conuenisse, non solum metropolita-
nos/sed etiā alios episcopos vel optimates re-
gni, causa praecipua verbum excommunicatio
nis in se manifestandi, q̃uis ipse cardinalis, cu-
ius hęc initiabantur autoritate, in itinere defun
ctus, illo ad sepulturam potius q̃ ad actionem
delatus esset concilij. Missus tamen ab eo illuc
pręsul Vuirziburgensis, audientiam vel com-
munionem/non nisi reconciliatus habere me-
ruit: reuersus post redditam legationē ei qui se
miserat denuo cōmunicare renuit, sed vitae pe-
riculo coactus missam coram rege celebrauit:
indeq; vsq; ad mortem contristatus latenter dis
cessit: sicq; rursum cōmunioni pristinae multis
lacrimis reconciliatus, vltra cęsaris aspectu si-
mul & gratia caruit. Qua etiam commotione
succensus imperator, ducatum oriētalis Fran-
ciae qui Vuirziburgensi episcopio antiqua re-
gum successione competebat, Chunrado so-
rons suae filio commisit: ipseq; scandala prin
cipum declinans/in Italiam se vna cum regina
totaq; domo sua contulit: ac circa padum ne-
gocijs insistens regni, legatos ad apostolicum
pro componendis causis, quę iterum regnum
& sacerdotium disturbare coeperunt/supplici-
ter destinauit. Cuius legationis primatum ab-
bas Cluniacensis consanguineus vt aiunt do-
mini papę tenuit: qui inter vtranq; partem pro
componēdis pacifice rebus fidelis & impiger
apocrisiarius multis argumentis inuigilare stu
duit. Eodem igitur anno, qui est. xviij. ordina
tionis dñi papae. P. secundi. ij. Noñ. Mart. Ro
mę in sede Lateranēsi in eccl'ia sancti saluatoris
quae appellatur Constātiniana, celebrata est sy
nodus vniuersalis concilij: congregatis ibidem
ex diuersis regnis & prouincijs, episcopis, ab-
batibus, catholicis, ducibus & comitibus, lega
tis vniuersarum prouinciarum q̃ plurimis. Pri
ma itaq; die q̃. ij. feria tertiae hebdomadae qua-
dragesimalis inter Mediolanenses episcopos
Grosolanum & Iordanem in alterū de inuasio
ne in alterum, q̃ ecclesię suae desertor extiterit,
ventilata est controuersia: hanc causam domi-
nus apostolicus cardinalium episcoporū con-
silio tractandam distulit. Sequenti die in ean-
dem causam plurima tractata sunt, sed res non
finita. Quarta vero feria Lucensis episcopus,
de inuasione terrae iuris ecclesiae suae Pisanos
impetebat. Econtra dum Pisanus suos defende
ret, inter vtranq; ius partē vtriusq; populi suf-
fragio longo litigio disceptatur. Tūc quidam
episcoporum de medio concilij surgens, ita ex
orsus est: Dominum patrem papam recordari
decet, quare illius praesentis & generalis con-
cilij multitudo sancta, per omnia periculorum
genera mari terraq; conuenerit inuitata, ibi nō
de spiritalibus vel ecclesiasticis, sed saeculari-
bus ordine p̃postero tractatur negocijs. Expe-
diendū pri⁹ propter quod principaliter conue
nerint, vt euidentius pernoscatur quid domi-
nus apostolicus sentiat, quicquid in ecclesijs su
is reuersi praedicare debeāt. Tunc apostolicus
causam concilij & animi sui intentionē his ver
bis exposuit. Postq̃ dñs de seruo suo fecit qđ
voluit, & me populumq; Romanum tradidit
in manus regis, videbam quotidie passim fieri
rapinas & incendia, cędes & adulteria. Hęc &
huiusmodi mala cupiebam auertere ab ecclesia
& populo dei: & quod feci/ꝓ liberatione po-
puli dei feci. Feci autem vt homo, quia puluis
sum & cinis. Fateor me male egisse: sed rogo
vos omnes orate pro me ad deum vt indulge-
at mihi. Illud autem malum scriptum quod in
tentorijs factum est, quod pro prauitate sui pri
uilegium dicitur, cōdemno sub perpetuo ana-
themate, vt nullius vnquā sit bonae memoriae:
& rogo vos omnes vt idē faciatis. Tunc ab vni
uersis conclamatum est, fiat fiat. Bruno autem
Signinus episcopus altius exorsus est. Gratias
agamus omnipotenti deo, qui dominum pa-
pam Paschalem qui praesenti cōcilio praesidet,
audiuimus proprio ore damnantem illud pri-
uilegium quod prauitatem & haeresim conti-
nebat. Ad haec quidem cauillatorie subiunxit.
Si priuilegium illud haeresim continebat, qui
illud fecit, haereticus fuit. Iohannes autem Ca-
ietanus ad haec commotus, Signino respon-
dit. Tu ne hic & in cōcilio nobis audientibus
Romanum pontificem appellas haereticum?
Scriptū quod fecit dominus papa/malum qui-
dem fuit, sed haeresis non fuit. Et alter quidam
adiecit. Immo nec malum dici debet: quia si li-
berare populum dei bonum est, quod domi-
nus papa fecit/bonum fuit. Sed liberare popu
lum dei bonū est, autoritate euangelij qua pręꝰ
cipimur animas quoq; pro fratribus ponere.
Ad haec patientia domini papae horrendo hae-
resis nomine pulsata/expergefacta est: & ma-

nu silentium indicens/diffidentium clamores
& murmura tali ratione compescuit. Fratres &
domini mei audite, ecclesia ista nunq̄ habuit
hæresim, immo hic omnes hæreses conquassa
tæ sunt. Hic Arriana hæresis quæ per trecētos
fere annos viguit adnullata est. Ab hac sede hæ
resis Euthiciana, Sabelliana contrita: Fotinus
cæteriq̄ hæretici destructi sunt. Pro hac eccle-
sia filius dei in passione sua orauit cum dixit.
Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides
tua. Quinta feria papa in cōcilio nō sedit: mul
tis & maxime regis negocijs per dominū Clu-
niacensem, Iohannem Caietanum, & Petrum
Leonis, & vrbis præfectum, cæterosq̄ illius
partis fautores impeditus. vi. feria apostolicus
in generalem omnium ecclesiarum causam ani
mum aduertit: & Iohanne Caietano, cum Pe-
tro Leone, cæterisq̄ regis fidelibus in faciem
resistentibus prædicto Cunoni Prenestino, sę
pius verbum excōmunicationis exponere cu-
pienti, murmur huiusmodi verbis & manu ita
compescuit. Ecclesia primitiua martyrum tem
pore floruit, apud deum/ & non apud homi-
nes. Dein ad finem conuersi sunt reges impe-
ratores Romani principes, qui matrem suam
ecclesiam sicut boni filij honestauerunt, confe
rendo ecclesiæ dei prædia & allodia, sæcula-
res honores & dignitates, regalia quoq̄ iura
& insignia, quemadmodum Constantinus, cę
teriq̄ fideles: & cœpit ecclesia florere tā apud
homines q̄ apud deum. ¶ Habeat ergo mater
& dn̄a nostra ecclesia sibi a regibus siue princi
pibus collata: dispenset & tribuat ea filijs suis,
sicut scit/ & sicut vult. Priuilegiū inuestituræ
quod in tentorijs concessisse videbatur, oblite-
rare volens, iterans sententiam papæ Grego-
rij. vij. inuestituram ecclesiasticarū rerum a lai-
ca manu, rursus excommunicauit sub anathe-
mate dantis & accipientis. Cardinalis vero do-
minus Cuno Prenestinus, talem papæ fecit in
ductionem legationis suæ, & contra disturba-
tores præsentis negocij competentem. Domi
ne pater si tuæ placet maiestati, si vere tuus fui
legatus, & quæ feci tibi placent esse rata, in au-
ribus sancti huius pręsentis concilij, ore tuo e-
dicito, & legationem meam tua autoritate cor-
robora; vt sciant omnes quia tu me misisti. Ad
hæc apostolicus respondens/ait. Vere legatus
ex latere nostro missus fuisti: & quicquid tu cæ
teriq̄ fratres nostri cardiales episcopi legati dei
& apostolorum Petri & Pauli, huius sedis &
nostra autoritate fecerunt, confirmauerunt, p̄-
bauerunt, ego quoq̄ probo & confirmo; quic

quid damnauerunt damno. Et dominus Prene
stinus consequenter subiunxit, qualiter pro se
dis illius legatione/ Hierosolymis audierit re-
gem. H. post sacramenta, obsides & oscula, in
ipsa beati Petri ecclesia dominum papam tenu-
isse captum, indigne tractatum, potiora eccle-
się mēbra, cardinales videlicet exutos, tractos,
& male tractatos, nobiles quoq̄ Romanos oc
cisos & captiuos, & populorum stragem fa-
ctam audiens ingemuerit, & pro huiusmodi
facinoribus ecclesiæ Hierosolymitanæ consi-
lio zelo dei animatus, excommunicationis sen
tentiam in regem dictauit: & eandem in Græ-
cia, Vngaria, Saxonia, Lotharingia, Francia,
in. v. concilijs consilio prædictarum ecclesia-
rum renouando confirmauit: orare se demum
vt sicut dominus papa legationem suam con-
firmasset, ita præsentis concilij patres & epi-
scopi concorditer annuerent. Ad eundem mo
dum legati & literæ domini Viennensis postu
labant, dum tali ratione & ordine tam varię &
dissonæ multitudinis assensus exquiritur, a sa-
niori parte veritati & apertæ rationi nihil con-
tradictum, a paucis submurmuratum, ab epi-
scopis vel abbatibus nullo modo reclamatum.
Sabbato deniq̄ inter Mediolanensium episco
pos controuersia tali dispensatione terminata
est. Apostolico. P. docente translationes epi-
scoporum, duobus fieri modis necessitate vel
vtilitate. Huius autem translationis Grosola-
ni quæ videbatur vtilitatem in animarum &
corporum damna conuersam: Grosolanum
quidem in locum vnde translatus fuerat, re-
stituit, Iordanem vero Mediolanensibus con-
cessit.

¶ His autem qui propter concilium & ani-
marum suarum remedium apostolorum limi-
na visitauerant, qui de capitalibus pœnitenti-
am agerent, quadraginta dierum pœnitenti-
am indulsit: & apostolica benedictione con-
cilij hexameron laudabiliter absoluit.

¶ Scindebatur inter hæc & huiusmodi/regnū
Teutonicum, quod iam decennio vel paulo
plus concorditer quieuerat. Et quia rex abie-
rat, vnusquisq̄ non quod rectum, sed quod
sibi placitum videbatur/ hoc faciebat.

¶ Primo ergo pars vtraq̄ conuentibus assidu-
is agros alterius vastare, colonos despoliare
cœpit: maximeq̄ in episcopio Vuirziburgen
si, per Cunradum fratrem ducis Friderici, lu-
es ista succreuit. ¶ Post hæc occasione
nacta, vndique latrunculi pullulabant: qui
nullam temporibus vel personis distantiam

exhibentes, vt dici solet, rapere & deperdere,
inuadere & occidere, nilq; per omnia victis re
liqui facere satagebant.
¶ Longum est præsulis Mogontini machina
menta/contra regis fideles, eorumq; aduersus
illum insidiosas discursiones enarrare, seditio-
nes nonnullorũ vrbanorum describere, ciuita-
tes aliquas suis præsulibus per has pestes orba
tas, munitiones locis insolitis constructas, ca-
stella q̃; plurima inuicẽ destructa, regiones prę
da flammaq; vastatas, congressiones & cædes
mutuas, ab vtriusq; partis equitibus factas, op
pressiones pauperũ & peregrinorũ, atq; capti
uitates more Barbarico a christianis in christia
nos exercitas, multaq; id genus literis tradere.
Nam neq; pax dei cæteraq; sacramentis firma-
ta/pacta custodiunt: sed vniuscuiusq; conditio
nis & ætatis, præter solos ecclesiasticæ ꝓfessi-
onis hoĩes, quibus iã pene nihil præter miserã
restat animã, cæteri inquã hoc tempore belui-
no furore bacchant. Hinc vndiq; vastatis agris
villis depopulatis, oppidis ac regionibus non
nullis in solitudinẽ iam pene redactis, deficien
te quotidiana clericis per ecclesias præbenda,
cessabant in quibusdam ecclesijs clericalia nimi
rum officia, & o effusum calicem furoris dei,
locupletissimum illud & per totam Germaniã
famosissimũ ac principale cœnobium Fulden
se vsq; ad vltimam redactum est inopiã victus
vij etiam necessarij. xij. ¶ Anno domini mil'.c
xvij. Dum cuncta per circuitum regna natio-
num/suis limitibus rebusq; contenta, diu san-
guine madentes gladios, cæteraq; vasa mortis
iam in vagina concordiæ reconderent, vniuer-
salis etiam ecclesia mater, post numerosa per-
secutionum hæresium ac scismatum bella, iam
sub vera vite Iesu lassa oppido membra ꝑ mul
tas gratiarum actiones, mandatis diuinis inser-
uitura caret: solus heu Teutonicus furor ceruí (forte. locaret.)
cositatem suã deponere nescius, & q̃; multa sit
pax legem dei diligentibus, immo qualiter per
præsentis prosperitatis tranquillitatẽ ad æter-
nę visionem pacis pertingi possit/ediscere ne-
quaq; voluntarius, solus inquam nostræ gen-
tis populus, dum præ omni terrarũ orbe in per
uersitatis inolitę pertinacia incorrigibiliter per
stitit: indeq; iam periuriũ & mendacium, cęte-
raq; quæ vox lamentatur ꝓphetica inundaue-
runt, & sanguis sanguinem tetigit: nec minus
q̃; quondam Sodomorũ & Gomorreorũ cla-
mor huiusmodi in aures domini sabaoth intro
ijt. Quapropter inter ipsa dñicæ natiuitatis fe-
sta, tertia Noñ. Iañ. hora vespertina super tan-
tis diuini iudicij contemptibus cõmota est, &
contremuit terra; ab ira nimirũ furoris domini.
adeo vt nemo inuentus sit super terram qui tan.
tum se vnq; sensisse fateatur terræmotũ. Nam
multa inde subuersa sunt ædificia: ciuitates eti-
am quasdam subrutas dicũt in Italia. Quinctiã.
tonitrua valde terribilia. iij. kal'. Feb. cum gran-
di turbine sunt audita, fulgura etiam eodem
tempore crebro visa, Leodium Lotharingiæ
ciuitas est beati Lamberti martyris ibidẽ quon-
dam pontificis, patrocinio satis inclyta, studijs
etiam literarum præ cæteris apprime famo-
sa. In quo dum in vigilia dominicæ ascensiõis
vniuersus clerus. x. videlicet congregationũ in
tra matrem ecclesiam ex more conuenissent, ad
vespertinalem synaxin cõcenturi iam primum
psalmum complessent, subito serenissimus aer
in turbinem versus, tanta simul tonitrua terri-
biliter, & fulgura cum sulphureis igneis excus
sit, vt iam extremã, iam vltimi iudicij horã in-
stare/nemo qui aderat dubitauerit: duobus ni-
mirum clericis, & vno de illustribus milite, hac
tempestate intra sacras ædes absumptis. xv. de
hinc die ex vicino quodam eiusdem episcopij
monte qua nunq; aqua præter pluuiã visa est,
fluuius ingẽs erupit, non modicã ciuitatis par-
tem diluens, cum maximo Leodiensiũ damno
Traiectensiũ se finib9 infudit. xiiij. kal'. Mar.
hora vespertina vidimus nubes vel sanguineas
ab aquilone surgere, & per medium firmamẽ
tum sese extendendo, ipsi mundo terrorem nõ
modicum incutere. Nam vt postea didicimus,
vnicuiq; ciuitati tam vicinus ipse fulgor vide-
batur, vt ibidem rerum omnium finem minari
putaretur. His & huiusmodi cladibus rex. H.
cordetenus sauciatus, non cessat legationes sa-
tisfactorias ad apostolicã sedem, licet ipse mul
tum infestationibus Italicis insudans, destina-
re: quas tamen constat minime ꝓfecisse. Nam
dominus apostolicus propter securitatem quã
regi licet coactus fecerat, diffitẽ illum se ana-
thematis vinculo colligasse, ab ecclesiæ tamen
potioribus membris excommunicationẽ con-
nexam non nisi ipsorũ consilio denegat se pos-
se dissoluere: concesso nimirum vtrinq; syno-
dalis audientiæ iure. Ad hoc etenim vltramon
tanis/affirmat se quotidie literis impelli: & ma
xime metropolitani Mogontini. Qua de re nõ
desinunt vndiq; seditiones cœptæ per partes
vtrasq; bacchari, præcipue tamen transrheninis
in finibus, immo in ipsa Mogoncia vrbe mul-
tis cadentibus, regiones nobilissimæ hincinde
vastari. Emicho comes a militibus Friderici
ducis occiditur.
xiij ¶ Anno domini mil'. cxviij. Dominus a- viij

postolicus Paschalis secundus, diutina purificatus ægritudine, præsentem in domino vitã finiuit. Pro quo Iohannes Caietanus, vir prudens & venerandus, in Romana semper ecclesia irreprehensibiliter eidem apostolico collaborans eligitur: & cunctorum catholicorum vnanimi consensu rite consecratur.

¶ Baldeuuinus rex Hierosolymitanus in expeditione contra Arabes positus, cum languorẽ quo licet lenius tamen diu vexabatur ad vitalia peruenisse sentiret, alterũ Baldeuuinũ de Rohas pro se regem designauit: ipseq; Christo domino ꝓ quo multa iam bella præliatus est, animam suã fide plena, & confessione bona tradidit. In dominica palmarũ iuxta fratrem suũ Gotefridum loco Caluariæ mausoleum germani mausoleo simillimum, cum maximo diuersoꝝ populorũ planctu suscępit. Valde mane dominicæ resurrectionis die, cælum a parte meridiana apertũ, tantam lucis effudit abundantiã, vt lunæ quæ tunc clarissima nimirũ videbatur, lumen inæstimabili fulgore detergeret, & ꝑ vnã vel amplius horã (quod multis testibus comprobamus) omni solis luce clarior ꝑmaneret. Ipso tamen spatio crux nõ modica per idem foramẽ dependens apparuit: cuius tã auri ꝗ̃ gemmarũ varietas euidenter discerni potuit. H. imperator dum Paduanis regiõibus immorareẽ, audito transitu apostolici. P. Romã ꝓperauit: & primo quidem in electiõe dñi Iohãnis qui & Gelasius. ij. dictus est, assensum præbens: postea vero eodem a sua se cõmunione subtrahente, nõ sine quorundam Romanorũ fauore alterũ quendã Burdinũ ex Hispania superuenientẽ/ aplicæ sedi imposuit: sicq; scisma quod iã speratur emortuũ/ crudeliter reuixit. Nam eodem Romanæ cathedræ libere potito, Gelasius cum his qui secũ abierant cardinalibus, cęterisq; catholicis quos congregare poterat, apud Capuã iuxta quod literæ ab ipso circunquaq; transmissæ testanẽ, cęsarem vna cum idolo suo damnauit. Hinc per Campaniã cũ suis ad Burgundiã transmigrauit: ac Viennæ synodũ congregari constituit. xiiij. ¶ Anno dñicæ incarnationis mil'.cxix. Dñs apostolicus Gelasius secũdꝰ, apud Viennã synodũ cogregauit: eaq; trãsacta, post paucos dies in monasterio Cluniacensi vitã ꝑsentẽ in dño finiuit. Quo vt decuit, honorifica ibidem sepultura deposito, qualiter dñs Milo Viennensis archiepiscopus in locũ eius successerit, ipse postea Adelberto Mogontino archiepiscopo literis hoc modo designauit. Dominus noster fœlicis memorię Gelasius, a Vienna discedens, iniunxit mihi vt ad eius præsentiã festinarem, postꝗ̃ ipse Cluniacũ peruenisset. Quod cũ post dies aliquot implere satagerẽ, in itinere de eius obitu mihi nunciatum est. Ego vt fratribus qui cum domino eodem venerãt, prout ratio exigebat, solatium exhiberem, Cluniacũ cum graui dolore perrexi. Dum aũt super eorum consolatione attentius cogitarem, ipsi grauissimũ mihi onus & vires meas omnino transcendens imposuerunt. Cõgregati nanq; in vnũ die altero post aduentum meum, episcopi cardinales & centũ clerici & laici Romanorũ, inuitũ me penitus renitentem in Romanæ ecclesiæ pontificẽ Calistum, vnanimiter assumpserũt. His etiã temporibus Cuno Prenestinꝰ adhuc legatione Gelasij functus, synodum Coloniæ cũ Teutonicis habuit: vbi imperatoris omnimodis excõmunicationem ꝓpalauit. Huic cõcilio interfuit Northertus, postea præmonstratensis ordinis institutor, tunc aũt nouiter cõuersus in peregrino habitu: ibiq; ab oĩbus in multis accusabaẽ, de quibus se prudenter excusabat. Vnde & scriptũ legitur de eo, quia manus horum omniũ contra eum, & ipse cõtra hos omnes. Alteram quoq; synodum in Friteslar eadem pro causa indixit, qua & habita, eandem quam prius excommunicationẽ confirmauit. Imperator his auditis, insuper etiam ꝙ principũ consensus generale vel curiale colloquium, non multo post apud Vuirziburg instituere ꝓposuisset, vbi ipse aut præsens ad audientiam exhiberi, aut absens regno deponi debuerit, efferatus animo Italię suis copijs cum regina relictis, Germanicis se regionibus nimis insperatus exhibuit. Cũq; ab ęmulorũ suorũ iniurijs manũ abstinere/ nimietas illum iracundiæ nullatenus ꝑmitteret, mox inuasionũ/ deprædationũ atq; incendiorũ furor qui iam sopiri posse sperabatur, hoc exemplo rectoris scilicet vniuersalis excitabaẽ. Qua nimirum tempestate vniuersæ prouincię adeo deuastationis continuæ importunitate inquietantur, vti ne ipsa pro obseruatione diuinæ pacis professa sacramenta custodiantur. Quapropter Heinrccus totius regni sacerdotũ atq; procerum nuncijs cõpulsus, generalem fieri apud Triburium conuentũ assensit: vbi de omnibus quæ sibimet imponerentur, iuxta senatus consultum se satis facturum spopondit. Quo scilicet conuentu Rheninis in partibus habito, tam aduersariorum/ ꝗ̃ amicorũ imperator concorditer vsus cõsilio, vnicuiq; per totum regnum suis rebus spoliato/ ꝓpria concedi p̃cępit: cunctaq; regũ antiquorũ fiscalia suã in ditionẽ interim recępit: paxq; per vniuersas ꝓuincias ab omnibus haberi collaudaẽ: sed parũ profecisse res ipsa comprobaẽ. Aderant etiam legati tam

Romanorum q̄ꝫ Viennensiū, immo diuersarū
ecclesiarū missi, cōfirmātes electionē dn̄i Cali
sti. Cui ꝓfecto dum vniuersi nostrates ep̄i obe
dientiā ꝓfessi, synodum quae sibi iuxta festum
sancti Lucę indicebat̄ / collaudassent fieri, ipse
rex semetipsum ibidem pollicebat̄ ob reconci-
liationē vniuersalis ecclesiae praesentādum iri.
Id enim Catalaudensis ep̄s, & Cluniacēsis ab
bas, apud Argentinā ipsum conuenientes, mul
tis ratiocinationū conatibus obtinuerunt: eius-
dem tn̄ actionem concilij si quis plenarie co-
gnoscere quaerit, in literis cuiusdam scholastici
nomine Hessonis elegāter enucleatū reperire
poterit, id est qualiter rex inter regnū & sacer-
dotiū de concordia facienda consenserit: insup
eidem concilio cui videlicet. xiij. kal. Nouēb.
prędictus papa Calistus secūdus vallatus. cccc
xxvi. patribus corā innumera multitudine cle-
ri ac populi praesedit, nō adeo se praesentē vici
num tamē exhibuerit: vbi & colloquio suo do
mini papae legatis concesso, tandē inducias de
nuo quaesierit / ꝓpter generale colloquiū cum
principibus habendum, ꝓ inuestituris scilicet
ecclesiasticis, q̄s tātopere cogebat̄ amittere: ad
vltimū vero idem apostolicus inacta inter se &
regē concordia, synodalia prędecessorū suorū
decreta confirmauerit, aliaq̄ꝫ nonnulla quae res
exigebat / nauiter addiderit, sicq̄ꝫ post dies fere
xij. in virtute spiritussancti rite finito concilio,
cunctos apostolica benedictione confirmatos
ad ꝓpria redire ꝑmisit, vnūquenq̄ꝫ cū gaudio.
Ipse q̄q̄ꝫ non multo post ad Italiā conuersus,
incredibile memoratu est quāto tripudio, q̄q̄ꝫ
immensa pompa, nō solum totius Romę, ve-
rum etiā vniuersarū ꝓuinciarū quas pertrāsie-
rat, Christi vice sit susceptus. Ab illo tempore
tam ipse iam vere apostolicus / q̄ꝫ vniuersus il-
lum sequens Christi grex de die in diē ꝓficere
coepit, donec cuncta pars Burdini quē aliqui
idolum cognoīare solent, indies infirmata / co
nari contra ecclesiā desijt: regni tn̄ coepta cōmo
tio ac scelus / nullaten⁹ quieuit. Hoc anno A-
delgoz Magdeb̄. archiepiscopus, homo iu-
uenis, & tam deo q̄ꝫ omnibus bonis acceptabi
lis, immaturo praeuētus occasu, vitā praesentē
in dn̄o finiuit. Cui etiā Ruggerus canonicus,
x canonica electione successit. xv. ¶ Anno dn̄i
mil'. cxx. Imperator natalem dn̄i Vuormaciae
nō imperialiter celebrauit. Postea ductu Fride
rici de Arnesberg Saxoniā ingressus, ibiq̄ꝫ ab
ep̄is regionis illius ab eius communione absti
nentibus in Franciā conuertit̄: vbi nonnullis ac
ceptus / complurib⁹ etiā inuisus habebat̄. Nec
minus interea scissionē inconsutilis tunicae suę
dn̄s ipse detestatus, inter multa q̄bus pro ipso
orbis terrarū flagella pugnauit, in episcopatu
Treuirensi mense Iunio suscitata tēpestate, gla
ciem mirae magnitudinis effudit: quae & ędi-
ficia euertit, & alia pericula intulit. Saxoniam
q̄q̄ꝫ & maxime in episcopatu Halberstatēsi, di
ra grandine flagellauit, in tantum vt in nouem
villarū finib⁹ nō solum frumēta / sed & bestias
agri cū volatilib⁹ īnumeris cōsumpserit. Qua
correptione stimulati Saxones, crebros cōuen
tus ob concordiā facere, dissidentes inter se pa
care, dextras inuicē dare, praedones extermina
re, suppressaq̄ꝫ imperatoris persona contra om
nem hominē terras suas inuadere molientē, se
vnanimiter armare coeperunt: ac inter haec etiā
quosdam milites cęsarianos Thuringiā vastan
tes, in castello Vuallenburg singulis praesidijs
circūcludentes, tandem penuria afflictos expu
lerunt: sicq̄ꝫ in breui pacem iocundissimā licet
alibi vuerra solita grassante, suis in partibus in
stituerunt. Literis etiā ac legationibus papę ro
borati, vacantibus cathedris canonice pastores
elegerunt: q̄s mediante Mogontino, qui tunc
illo regis declinauerat iram, ꝓbabiliter & eccle
siastica libertate consecrari fecerunt. His tem
poribus Fridericus Palatin⁹ comes qui nuper
se a caeteris dissocians regis fidelitati deuinxe-
rat / obijt, iam ꝓuectius aetate: & vt cuidam ser-
comes duxit. Cunradus in clericū ordinat⁹, cū
sub puerilib⁹ annis domi literarū studijs infor
marēt, tp̄e maturo Coloniensi archiep̄o altiori
studio & disciplina claustrali educādus cōmit
titur. Vbi ī vtroqꝫ tm̄ ꝓfecit: sed & alijs virtuti
bus vitia declināns tantū exornauit, vt ab om̄i &
clero & populo amarēt: ab oīb⁹ summo hono
re dign⁹ iudicarēt. Ipse vero honores/diuitias
laudem humanā fugiens, q̈busdā se monachis
sociauit: cū q̈bus oīb⁹ suis ignorātibus Clare
uallense monasteriū adijt: ibiqꝫ se monachū fe-
cit. Deinde ꝓcedente tp̄e Hierosolymā petijt:
vbi cuidā seruo dei in heremo manēte adhæsit:
eiqꝫ cū omni humilitate necessaria ammini stra
uit. Tandē sentiens se quadā infirmitate tactū/
de reuersiōe cogitauit: & ingressus nauē/Barā — alš. Pata ram.
ciuitatē sancti Nicolai peruenit. Vbi beato fine
diē vltimū clausit: honorificeqꝫ sepultus, ibidē
requiescit. Circa idē tp̄s pater q̈qꝫ ei⁹ & mater
pater in castro Rauēsburch/mater ī Altorf .xvi.
die post mortē mariti obierūt: & ī monasterio
sancti Martini sepulti sunt. H. vero defuncto
patre ducatū eius adept⁹ est. Hic est Heinric⁹
ille de q̈ supra dictū est, frater Vuelfonis nouis-
simi q filiā Lotharij accæpit vxorē: & nuptias
cū ea apud Augustā ciuitatē cōuocatis fere oī
bus principib⁹ magnifice celebrauit, in loco q
dicit̄ concio legū. Quo facto venit ad īpatorē
Lothariū socerꝝ suū apud ciuitatē Nurenberc,
& ibi ducatū Saxoniæ, & oīa beneficia q̄ impa
tor ab ep̄is & abbatib⁹ habuit in beneficio susc
pit: & ibidē pollicet̄ eidē īpatori auxiliū cōtra
prefatū .F. & Cunradū fratrē eius. Licet aūt in
Bauuaria haberet bellū contra quendā nobilē
Fridericū Ratisponēsis ecclesię aduocatū: cui⁹
etiā castrū fortissimū Falchēstein obsidiōe cin
xit: relictis tn̄ in obsidione militibus/festinauit
socero suo venire in auxilium.

¶ Imperator quippe Lotharius eo tp̄e obsede
rat Spiram ciuitatē, eo q̄ ciuitas illa faueret Fri
derico & Cunrado ducib⁹: ad cuius auxiliū ad
duxit milites .dc. aut amplius: q̈s tn̄ vltra Rhe-

nū apud se ꝓpe collocauit, vt impetus & irru-
ptiones. F. ducis p̄caueret: Fridericus tñ dux vt
pote vir armis strenuus quadā nocte in castra
ipsius irruit. Sane Heinricus p̄monitus fuerat/
armis & equitaturis instructus/ ad fugā illum
cōpulit: & ita fugientē illum vsqꝫ Gruoningin
insequit̃. Deinde mediāte Mogontino archi-
ep̄o Spirenses in gratiā impatoris redeunt. Ca
strum q̄qꝫ supradictum Falchēstein a duce. H
in Bauuariā regresso capit̃. Nō multo post. F.
dux memor pristinæ iniuriæ Altorf & Ra-
uensburg armata manu inuasit: vbi q̄sdam ca-
ptiuauit, & villas circunquaqꝫ & Memingin
incendio vastauit. Sequēti vero ęstate. H. dux
cū exercitu copioso fines. F. ducis ingressus a
villa Tuogēdorf quæ est in ripa Danubij inci
piens, & vltra Stouphen perueniēs, oīa circum
quaqꝫ in transitu & in reditu incendio & præ-
da deuastat. Post hæc rediens in Bauuariā bel
la plurima peregit, videlicet contra episcopum
Ratisponensem Heinricū nomine, vnū de no-
bilissimis Bauuarię patruū Ottonis comitis de
Vuolfratehusen, & cōtra supradictū. F. aduo
catū Ratisponēsē & dictū Ottonē de Vuolfra
tehusen. Hi quoqꝫ in auxiliū suum habuerunt
Luipoldum Marchionē oriētalem, qui oēs
congregato copioso exercitu castra iuxta Isarā
fluuiū posuerunt vt attentarent ducē de finib⁹
illis expellere: cæterū dux acies suas ordinauit
econtra. Cumqꝫ pugnā inire debuissent, Otto
Palatinus de Vuitilinsbac considerans periculū
vtriusqꝫ partis/ mediatorē se interposuit: & si-
ue minis siue ꝓmissionibus sæpedictum. F. ad
uocatum consobrinū suum & Ottonē comitē
generū suū ad hoc induxit, vt in potestatē du-
cis se traderent: & castrū Vuolfratehusen quod
milites ducis dudū obsederāt. Dux itaqꝫ ipsum
Ottonē comitē custodiæ militū deputatū ab-
duxit: & castrum cū ædificijs incēdit. Postmo
dū q̄qꝫ ep̄s Ratisponēsis in gratiā ducis redijt
& comitatū quē habet ep̄atus Ratisponēsis cir
ca Enū fluuiū/ ei in beneficio cōcessit: sicqꝫ fa-
ctum est, vt bella quiescerent in Bauuaria. Lo-
tharius q̄qꝫ impator eo modo cōfortatus est in
imperio: nā & supradictus. C. qui ei aduersaba
tur in imperio/ a facie eius ierat in Italiā, vt ad-
uersitates sibi suscitaret ibidem. Sane interuētu
beati Bernhardi abbatis Clareuallēsis, dicti du
ces. C. & F. in gratiā imperatoris recepti sunt,
in generali curia Babenberc habita: sicqꝫ pax fir
mata est. Eo q̄qꝫ tp̄e sedes ap̄lica malis nō caru
it: nam Petrus Leonis contra Innocentiū papā
secundū se erexerat. Ideoqꝫ Innocētius de ciui
tate egressus/ in Francia & partibus Galliæ ple
rūqꝫ demorabat̃; habens in comitatu suo p̄fatū

Bernhardū, sicut legit̃ in vita eiusdem abbatis.
Eo q̄qꝫ tp̄e ipse papa adijt imperatorē Lotha-
riū apud Leodiū, petens ab ipso fauorē & au-
xiliū contra p̄dictum Petrū & suos fautores.
Sane impator visus cōsilio super huiusmodi re
sponso/ cœpit a papa repetere inuestituras ep̄o
rum, quas multo tp̄e imperatores ante se habu
erunt. Ideoqꝫ ap̄licus nō modicū est turbatus,
& de aduentu suo est cōtristatus, de reditu q̄qꝫ
anxius effectus: nā petitionē principis exaudi
re nō poterat super tali articulo, ꝓ quo ecclesia
tot mala sustinuerat. Interueniēte tñ consilio &
orationib⁹ beati Bernhardi/ securus recessit ab
imperatore. Post hæc imperator mouit expedi
tionē in Italiā iam secūda vice: in qua expediti
one p̄fat⁹. H. dux mille q̄ngētos milites duxit
in Italiā: & cū impatore in citeriore Italia Gar
dam & Garistallū castra cæpit/ q̄ etiā in benefi
cio suscæpit. Eo tp̄e Mediolanēses & Cremo
nenses diuturnū bellum inter se habentes, cām
vuerræ corā impatore exponūt. Cremonenses
vero a principib⁹ Italiæ tanqꝫ habentes iniustā
causam hostes iudicant̃, ꝓscriptiqꝫ discedunt:
q̄s ipse impator subsecut⁹/ territoria eorū ac vil
las seu castella destruxit. Indeqꝫ Papiā veniens,
ciues illos pactione pecunię in gratiā suscępit:
vbi & Otto comes de Vuolfratehusen vita pri
uatus occubuit. Bononiēses q̄qꝫ & Aemilien-
ses supplices, duce interueniente recæpit. Post
vsqꝫ ad Taurinū ꝓgrediēs, totā citeriorē Italiā
sine ferro subegit. Inde Apenninū transiēs im
perator, Anconā Spoletū cū alijs vrbibus seu
castellis vlterioris Italiæ in deditionē accæpit.
Deinde cōtra Rogeriū aciē dirigēs, Campani
am & Apuliā peragrauit. Porro. H. per Tusci
am exercitū duxit, quā & ab impatore in bene
ficio obtinuit: Romāqꝫ veniens, summo pon
tifici Innocētio vsqꝫ ad imperatorē cōductum
p̄buit. Suburbia Albæ ciuitatis sibi resistere
nitentis expugnauit ac destruxit. Beneuentū cæ
pit ac papæ restituit. Impatori nō longe a Bar
ra cū summo pontifice obuiā venit: ibiqꝫ castrū
q̄ddā vbi p̄sidia Rogerij fuerāt, artificiose val-
de expugnauit: militesqꝫ i eo reptos & p̄cipue
Sarracenos patibulo suspendit. Post eiecto de
Cāpania & Apulia Rogerio, Reginaldo ve-
ro viro forti ac nobili ducatu Apulię cōmisso
de reditu disponunt. Igit̃ de Italia p̱ Tridenti-
nā vallem redeuntes, impator morbo corept⁹
in silua quę est inter Enū & Licū sub vilissima
casa, xiij. regni sui āno obijt: ac inde p̱ Augustā
& orientalem Franciā in Saxoniā deportatus,
in monasterio suo Luther honorifice sepelit̃.
¶ Huius Lotharij q̄dā scriptor mores his ver
bis describit. Erat inq̄t vir ille strenuus belli du

ctor, pcipuus in armis, puidus in cõsilio, terri
bilis inimicis, dei & sanctę ecclię veritatis ami
cus, iustitiæ socius, iniustitiæ inimicus: cui⁹ p
bitas patuit in Sicilia, viguit & in Saxonia: qui
q̄diu vixit/ totũ Romanũ imperiũ quod eius
custodiæ deputatũ fuerat/ titubare non potuit.
Hic expulso Petro Leonis/ Innocentiũ papã
manu forti inuitis hostibus & aduersarijs in se
de sancta restituit: ab eo q̄q; restituto consecra
tionẽ imperialem accæpit. Huius tpibus magi
ster Gratian⁹ canones & decreta q̄ varijs libris
erant dispsa in vnũ opus cõpilauit: adiungẽsq;
eis interdum autoritates sanctorũ patrũ scd'm
conuenientes sententias opus suũ satis rationa
biliter distinxit. Eisdem q̄q; tpibus dñs Vuer-
nerius libros legũ q dudum neglecti fuerant,
nec quisq; ĩ eis studuerat, ad petionẽ Mahihil
dæ comitissæ renouauit: & scd'm quod olim a
diuæ recordationis impatore Iustiniano cõpi-
lati fuerant, paucis forte verbis alicubi interpo
sitis/ eos distinxit: in qbus continent instituta
p̄fati imperatoris, quasi principiũ & introdu-
ctio iuris ciuilis. Edicta q̄q; p̄torum & ædiliũ
curruliũ, quę rationẽ & firmitatẽ p̄stant iuri ci
uili, hęc in libro pandectarũ, videlicet in dige-
stis continent. Additur q̄q; his liber codicis in
quo imperatorũ statuta describunt. Quartus
q̄q; liber est autenticorũ, quẽ præfatus Iustini
anus ad suppletionẽ & correctionẽ legum im
perialiũ superaddidit. Claruerunt etiã illis tpi-
bus viri venerabiles sanctus Bernhardus Clare
uallensis abbas, qui in multa facũdia postmo-
dum librũ ad Eugeniũ papam cõscripsit: & cõ
tra Petrũ Basolardum hæreticũ firma disputati
one contẽdit. Beatus q̄q; Norbertus institutor
Præmõstratẽsis ordĩs in ecclĩa Magdeburgen
si quã Parthenopolim vocant, archieps̄ extitit:
ipseq; cũ impatore in expeditione Romã iuit:
indeq; reuersus infirmitate correpť, breui tpe
post/ cursum præsentis vitæ compleuit.

ANNI LOTHARII.

ANno dñi miľ.cxxvi. Lotharius de
ctus rex est. Maxima q̄q; inunda-
tio aquarũ facta est circa Romã in
festiuitate sancti Eleutherij. Anno
dñi miľ. cxxvij. Cunrad⁹ insurgit
contra Lothariũ. Anno dñi miľ.cxxviij. Cun
radus in Italiã fugit. Anno dñi miľ.cxxix. An-
no dñi miľ.cxxx. Honorius papa.ij. obijt: cui
Innocentius.ij. per electionẽ canonicã succes-
sit: sed ppter intrusionẽ Petri Leonis cui faue-
bat multitudo Romanorũ/ sedem suã obtinere
nõ potuit: ideoq; in Franciã se cõtulit: vbi cõci
lio Remis habito cũ multis ep̄is præfatũ Leo
nẽ & suos fautores excõicauit: sicq; in partib⁹
Germaniæ vsq; ad septimũ annũ permãsit. Se
dit aũt annos.xiij.mẽses.vij. Sub isto papa vi-
gere & crescere cœperũt ordines Cisterciensis
& Præmõstratensis. Anno dñi miľ.cxxxi. An
no dñi miľ.cxxxij. Augusta cõbusta est. Anno
dñi miľ.cxxxiij. Eclipsis solis facta est. Anno
dñi miľ.cxxxiiij. Norbert⁹ archieps̄ obijt. An
no dñi miľ.cxxxv. Huch abbas Pręmõstraten
sis primus post Norbertũ hoc anno accępit pri
uilegiũ ab Innocẽtio.ij.papa. Hoc etiam anno
Vrspergẽsis ecclesia q̄ iam.x.annis fundata cõ
stiterat, accępit priuilegiũ ab eodẽ papa. Anno
dñi miľ.cxxxvi. Lothari⁹ iuit ĩ Apuliã: in qua
expeditione. H. dux frater Vuelsonis duxit mil
le qngẽtos milites. Eodẽ anno Heinricus fili⁹
eiusdẽ ducis, pater Ottõis, postmodũ p breue
tp̄s regnãtis, in pentecoste baptizatus est. An
no dñi miľ.cxxxvij. Innocentius papa restitu-
tus est in sede sua. Anno dñi miľ. cxxxviij. Lo
tharius rex obijt, in autũno sine filijs. Dux ve-
ro. H. in cuius finibus obierat, regalia reserua
uit: vt in generali conuentu principũ, qui in p
xima pentecoste Mogoncię condictus fuerat/
præsentaret. Quidam aũt ex principibus timen
tes, ne forte in generali curia. H. dux qui tunc
præcipui & nomĩs & dignitatis in regno fuit,
per potentiam præualeret, circa mediam qua
dragesimam consilio habito in oppido Rhe-
ni Confluẽtia, conuentũ celebrant: ibiq; Cun
radum fratrem. F. de quo supra diximus, pręs-
sente Theodeuuino ep̄o cardinali regẽ creant.

Historia Cunradi regis.

ANno dñi miľ.cxxxix. Ab vrbe con
dita miľ.dcccxci. Cunradus p̄fat⁹
xc.loco ab Augusto regnũ accæ-
pit: regnauitq; ãnis.xiiij. Huic pri
mum Saxones & dux Heinricus,
alijq; qui ei⁹ electioni nõ interfuerũt resistũt:
calũniantes eũ non legitime/ sed per surreptio
nẽ electum fuisse. Quibus oĩb⁹ in pxima pen
tecoste generalis curia Babẽberc indicit. Quo
Saxones oẽs simul cũ viduata ĩpatrice Richin
za veniẽtes, vltro se Cunrado regi subdidere.
Heinric⁹ dux regalia seruãs aberat: ad q̄ reddẽ
da in festũ apľorꝫ Petri & Pauli dies ei Ratispo
nę p̄figit. Quo veniẽs, regalia qdẽ multis ille
ctus pmissis reddidit: sed ad ea q̄ vlterius inter
eos tractanda erãt, dies ei ĩ breui post Augustę
p̄scribit. Quo ex cõdicto assumptis fidelib⁹ su
is & milite nõ modico venit: ac sup Licũ ex op
posito ciuitatis rege ciuitatẽ tenẽte castra posuit
¶ Internũcij aũt ac mediatores ad hãc causam
prænoĩati, per triduũ huc ac illuc sæpius trans
meantes, nihil pfecerunt: rex enim nõ aliter cõ
positionẽ fieri voluit, nisi dux quædam de his

quæ a Lothario impatore suscæperat ac posse derat/resignaret. Quod cũ dux renuisset, ac se potius dubiæ sorti supponi elegisset, colloquium infecto pacis negocio dissolutũ est; Rex ergo metuens aliquid in se machinari/ dum peracta coena cubitũ se ire simularet, adductis clã equitaturis cum paucis ciuitatẽ nulli de principibus valedicens/exiuit: ac militem suum reliquum in magno discrimine relinquens, Herbipolim peruenit: vbi iudicio quorundam principum dux ꝓscribiť: ac in proxima natiuitate domini in palatio Goslaniẽsi ducatus ei abiudicatur. Dux ꝙ in subsequẽti die post egressum regis de Augusta, suis ꝓut poterat ꝓpe dispositis nõ multis comitat⁹ in Saxoniã ꝓperat. At rex ducatũ Saxoniæ Alberto Marchioni cõsobrino eiusdẽ ducis, Noricũ vero post ĩ Bauuariã veniens, Luipoldo filio Luipoldi Marchionis fratri sito ex parte matris tradidit. ¶ Heinric⁹ ergo dux Saxoniã ingressus/ cũ casum & miserias suas fidelib⁹ & amicis suis exponeret, ad rebellandũ eos imperatori & Alberto excitauit. Vñ in breui eundẽ Albertũ auxilio eorũ, necnõ & suorũ qui de Bauuaria & Sueuia occulte eũ insecuti sub specie peregrinatiõis terrã intrauerant, adeo humiliauit, vt castris eius diruis/terris circumquaꝙ vastatis/ad regẽ auxilij gratia ire cõpelleret. Interea Luipold⁹ Marchio suscepto a rege ducatu Norico, oĩb⁹ pene baronibus ad ducatũ pertinentibus amore seu terrore ad se confluentibus, primo Ratisponã ditioni suæ subdit. Post collecto milite/ superiores partes Bauuariç vsꝙ ad Licũ pertrãsiens, amissis aliq̃t de suis/festinanter reuertiť. Non multo post Heinric⁹ dux dũ in Saxonia oĩb⁹ suis rite dispositis in Bauuariã redire disposuisset, morbo correptus/diẽ clausit extremũ: ac in monasterio Luther iuxta socerũ humať. Quo mortuo, Saxones amore filij sui paruuli quem eis adhuc viuens cõmendauerat, regi denuo rebellãt. Luipoldus vero ducatũ Noricũ exhinc se potẽter habere cõfidens, dũ in obsidione castri Valeia duorũ fratrum q̃ in parte ducis. H. steterãt/incaute moraretᷣ, Vuelfo ducis eiusdẽ frater collecto milite supueniens, fortissime pugnando cæsis ex vtraꝙ parte pluribus/ multis captis/ Luipoldũ ignominiose fugere coegit. Ipse.n. Vuelfo præfatũ ducatũ iure hæreditatis ad se spectare ꝓclamans, dum iustitiã apud regẽ ĩpetrare nõ posset, ad rebellionẽ se parat. Ob hoc rex circa idẽ tp̃s castrũ eius Vuinesberc obsedit. Quẽ Vuelfo collecto milite in ꝓxima hebdomada natiuitatis dñi dum ĩcaute pugna aggredi attentat, amissis aliq̃t, multis captis, cũ paucis fugit e p̃lio. Non multo post Luipold⁹ moriť: eiꝙ in marchiam frater suus Heinricus successit. Cui rex Saxoniã ingressus, pacẽꝙ cũ Saxonib⁹ faciens, viduã. H. ducis in vxorẽ dedit: eiꝙ ducatũ Noricũ concessit. Quę res maximæ discordię seminariũ fuit. Vuelfo.n. vt dictum est eundem ducatũ impetens, extẽplo armata manu sub oculis eiusdẽ. H. partes illas ingrediť: cunctisꝙ circumquaꝙ vastatis regrediť. Ob hoc. H. ille inflãmat⁹, coadunato milite fines illorũ q̃ Vitelsonis fautores erãt ingressus, munitiones illorũ & villas destruxit. Cui dum Vitel. restaurato milite occurrere parat, audito ꝙ rex supuẽturus esset/cessit. Porro. H. ille simul cũ rege castrũ Tachouue, scilicet comitis Cunradi q̃ ex parte Vuel. erat/obsidione claudit: vastatisꝙ in circuitu vniuersis adiutorio regis ad deditionẽ coegit: ac igne succẽdit. Sic tota illa ꝓuincia in maximo bellorũ discrimine laborabat. Interea Rogeri⁹ rex Siciliç audiẽs huiusmodi cõfluctationes inter Vuel. & regẽ, timẽs ne forte cessãte vuerra, Cunrad⁹ rex qñꝙ Italiã ĩtraret: ac eadem q̃ a Lothario/ ab eo ꝙꝙ perpessur⁹ esset. Vuel. aduersus eundẽ muneribus illectum incitat: singulisꝙ annis mille marcas se ob hoc daturũ iuramẽto confirmat. Item quoꝙ rex Vngariæ eundẽ Cunradũ metuẽs, Vuel. ad se accersiuit: dataꝙ pecunia nõ modica, ac deinceps oĩ anno dandã pollicens, ad rebellandũ nihilomin⁹ instigat. Vuelfo itaꝙ strenui militis exercens officiũ, modo in Bauuaria/modo in transalpinis partibus Sueuię/modo circa Rhenũ/ tot tẽpestates bellorũ mouit, vt regẽ potius ad defensionẽ sui/ꝙ ad exterarũ nationũ inuasiones excitaret. Circa has tẽpestates gens Frãcorũ cũ rege suo Ludeuuico, gẽs ꝙꝙ Teutonicorꝫ cũ rege suo Cunrado ac alijs principib⁹ Friderico duce Sueuiæ postea ĩpatore, ep̃is/comitibus/seu alijs cuiuscũꝙ conditionis hoĩbusꝙ querimonia trãsmarinæ ecclię Hierosolymitanum iter aggrediunť. Quod & Vuel. ducẽ licet nondũ sedata guerra ire cõpulit. Bernhardus nanꝙ supra noĩatus Clareuallensis abbas & alij viri religiosi ad p̃dicationẽ eiusdẽ itineris firmiter insistebãt. Egressi itaꝙ anno dñicæ incarnatiõis mil'. cxlvij. per Vngariam & Græciã innumerabilẽ exercitũ ducũt. Qui totius pene exceptis principibus seu alijs plus cautis vel inedia, vel aeris intẽperantia, vel ciborũ insolẽtia, vel Sarracenorũ inuasione, infecto negocio interierũt. In hoc ergo laborioso itinere Cunradus rex cõmilitoni suo Vuelsoni (sic.n. eũ nominare solebat) sepissime in necessitate subueniebat: ac de omnibus quæ a regis fisco Constantinopolitani imperatoris sibi offerebantur/partem illi tradebat.

¶ Denique Hierosolymã venientes, cũ alijs procinctum sub rege. C. cõtra Damascũ moueret Vuel. infirmitate captus, ac in desperatione positus/ad reuersionẽ se parat. Trãsito igitur mari, conualescens Siciliã attingit: vbi Rogerius eũ cum magno domus suæ tripudio suscipiẽs, ac honorifice dimittens, iterũ ad rebellãdum regi maximis muneribus illectum incitat. Igitur reuersus in proxima hieme circa purificat. S. Mariæ, collecto milite, fines regis inuadit; ac castrũ eius Flochberc forti impugnatiõe sollicitans, dum in reuersione militem nimis diffuse & incaute duceret, a militibus regis circũuentus, ac congressione inita cum paucis, alijs circunquaque diffusis, plus ex infortunio quam ex instantia belli milites Vuel. fugã arripiũt: plurimisque captis, nullo occiso, ignominiose reuertuntur. Ac sic vuerra diu anxie inter ipsum & regem agitata finita est. Nam. F. qui postmodum fuit imperator fratruelis regis & filius sororis prædicti Vuelfi, mediũ se ad compositionẽ faciendã interposuit: captiuosque duci reddi, ac regẽ de cętero securũ penes illum esse/ prouida deliberatiõe confirmauit. Rex ergo accepto cõsilio Vuelfoni aliquos redditus de fisco regni cũ villa Merdingen concessit: ac sic firmata pace/ ipse rex relicto filio paruulo Friderico, in breui post vita decessit: ac in monasterio Loracensi est sepultus: &. F. fratrueli suo sedem regni reliquit. Statuens cum eodem vt filio suo cũ ad annos peruenire, ducatũ Sueuiæ concederet.

ANNI CVNRADI.

ANno dñi mil. cxxxix. Qui est primus Chunradi regis, Innocẽtius papa facta plenarie synodo vt quidam dicunt, fere mille episcoporũ mediante quadragesima totã partem Leonis condemnauit/cũ ordinatione illius. Eodem anno idem papa perrexit cõtra Rogeriũ Siculum ducẽ Apuliæ cũ exercitu Romanorũ: sed cum suis præter quos fuga cæpit captus est ab eo, mense Iulio, die. xxiiij. Eodem anno Heinricus dux in Saxonia moritur: & in Luther sepelitur. Anno dñi mil. cxl. Dedo Reatinus eps effectus est. Eodem anno Vuelfo dux Luipoldũ ducẽ Bauuariæ in Idibus Augusti pugna iuxta castrũ Valeiũ aggressus vicit. Ipse vero in eodẽ anno in festo sancti Thomæ a rege Cunrado apud Vuinsberc deuictus est.
Anno dñi mil. cxli. Anno dñi mil. cxlij. Reate maxima mortalitas fuit. Anno dñi mil. cxliij. Innocentius papa obijt: cui Celestinus. ij. successit, genere Tuscus: sedit menses. v. dies. xiij. Anno dñi mil. cxliiij. Celestinus papa obijt: cui Lucius. ij. successit: sedit menses. v. dies. xij. Anno dñi mil. cxlv. incipiente, in ipsa sacrosanctæ natiuitatis Christi solennitate/lugubre & miserabile ex peccato christiani populi accidit in oriẽte piaculum. Sanguinus. n. Halapensis Syriæ ac Mesopotamię excepta Antiochia & Damasco princeps, Persarũ vero & Medorũ regis, seu Soltani subditus, Edissam quæ nũc Rohas dicitur, vnicum Hierosolymitanæ ecclesiæ pro magnitudine ac abũdantia sui refugiũ, cũ infinita Sarracenorũ multitudine circũdedit; ac in ipsa vt dixi natiuitate dñi irrupit: cunctis ibidem cũ vrbe christianis in ore gladij occisis, vel miserabili captiuitate in seruitutẽ redactis, ecclesias Christi, & præcipue beatæ Mariæ semper virginis basilicã, & eam in qua Thomæ apostoli corpus reconditũ est, ad saluatoris nostri ignominiã intro ferens ea quæ nõ licebat/ fœde polluit: nostrisque penitus exterminatis/ Sarracenos ibi ad habitãdum collocauit. Eodem anno Lucius papa obijt. Cui Eugenius. iij. natiõe Pisanus successit: sedit annos. viij. menses. iiij. dies. xxi. Anno domini mil. cxlvi. Anno domini mil. cxlvij. Expeditio magna facta est Hierosolymã; in qua vt prędictum est, Cunradus rex, & rex Francorũ Ludeuuicus & Vuelfo, & Fridericus tunc dux Sueuorũ, qui postmodum factus est imperator, cũ multis alijs iuerunt. Anno domini mil. cxlviij. Anno dñi mil. cxlix. Anno dñi mil. cl. iiij. Non. Septẽb. Reatina ciuitas post longã obsidionẽ a Rogerio rege Sicilię destructa est. Anno domini mil. cli. Anno dñi mil. clij. Cunradus rex obijt.

Historia Friderici imperatoris.

ANNO DOMINI mil. clij. ab vrbe condita mil. dccccv. Fridericus huius nominis primus. xci. loco ab Augusto regnũ accæpit, magis ex delegatione patrui sui/ quam ex electiõe principum. Erat aũt vir armis strenuus, acer animo, exercitatus in bellis, corpore robustus, in consilijs prouidus, in negocijs peragendis virilis, affabilis mansuetis, superbis resistens, ingenio subtilis, memoria excellentissimus. Quorũcunque enim hominũ vultus vel personas semel agnoscebat, etiam post multa interstitia temporũ si ad eũ rursus veniebant, citissime eos noĩatim salutauit, ac si quotidie cũ eo morati fuissent. Erat quoque statura mediocris, magis tñ longa quam breui, pectore plenus: & vt dictum est corpore robustus, facie satis eleganti, barba & capillo ruso. Huic imperiũ cessit, eo quod præfatus Vuelf. auunculus eius

& alij principes Alemanniæ, proxima linea consanguinitatis eum attingerent. Et ideo quod cum ex nominis sui interpretatione pacis diues vocitaretur, inter principes Alemanniæ studuit pacem potissimum reformare, vt ad expugnandas maxime Italicarum gentium virtutes bellificas, posset efficacius insistere. Regnauit autem annis .xl. parum minus. Hic in tribus annis primis pacem reformauit inter principes Alemanniæ, quæ valde turbata fuerat, propter ducatum Bauuariæ & Saxoniæ: sicut supra descriptum est. Fuit autem Heinricus iunior de Saxonia fratruelis Vuelfonis filius auunculi sui. Heinricus vero de Astria frater Luipoldi, de quibus supra dictum est, filius patrui sui. Auia quippe ipsius cuius mentionem supra fecimus cum in Sueuia genuisset duos filios, Cunradum videlicet regem, & Fridericum ducem, mortuo marito, nupsit Luipoldo marchioni Astriæ & Stiræ, ex quo tres filios, siue quatuor vt quidam dicunt suscæpit, videlicet Luipoldum qui primus iniit certamen pro ducatu Norico: sed hic immatura morte præuentus est, & fratri suo Heinrico idem certamen reliquit. Genuit quoque Cunradum qui postmodum fuit archiepiscopus Iuuauiæ, quam vocant Salzpurch, & Ottonem qui fuit episcopus Frisingensis, qui & chronicam conscripsit: & vsque ad tempora huius Friderici perfecit. Mediante igitur imperatore compositio super ducatu Norico facta est. Hoc modo vt Heinricus de Saxonia ducatum Bauuariæ reciperet, quem & pater & auus suus habuerant. Heinricus vero de Astria, cum ante suscæptum ducatum esset tantum marchio, modo dux efficeretur: quæ beneficia sæpe dictus imperaror concessit vtrisque: sicque terminata est hæc discordia, quæ præcipua erat in Alemannia. Vuelfoni quoque auunculo suo, vt eius fauorem plene obtineret, contulit in beneficium marchiam Tusciæ, ducatum Spoleti, principatum Sardiniæ, & totam terram Mahthildis comitissæ. Habebat autem dictus imperator fratrem, Cunradum nomine: ex parte patris. Nam pater ipsius, mortua Iuditta matre ipsius imperatoris, duxit aliam vxorem de genere comitum illorum qui dicebantur de Zuuainbrug, & de Sarbrug: ex qua genuit præfatum Cunradum & filiam quandam quam duxit in vxorem langrauius de Thuringia: & ex ea genuit illum langrauium qui postmodum proximæ consanguinitatis immemor, Philippo regi rebellauit. Imperator itaque prædictum Cunradum fratrem suum Palatinum Rheni effecit. Hæc ideo aliquantulum diffusius scripsimus, vt pateat quomodo nobilissimi principes Alemanniæ proxima linea consanguinitatis imperatori adhærebant. At ipse potius gloriabatur se de regia stirpe Vuaiblingensium progenitum fuisse: quos constat de duplici regia prosapia processisse, videlicet Clodoueorum: de quibus legitur supra in gestis Francorum, & Carolorum: de quibus nihilominus eorundem supra narrant historiæ. ¶ Sedatis igitur discordijs in Alemannia, dispositisque negocijs imperij, & rebus pacatis, aggressus est iter arripere in Italiam, quatenus & discordias ibidem sedaret, & more aui to diademate imperatorium in Romana ecclesia reciperet. Eo itinere inuenit Terdonenses sibi rebelles. Est autem Terdona villa permaxima in Lombardia, per quam Mediolanenses iter habent vsque ad Genuam: & ideo hanc quasi portum maris magni sibi esse volunt. Hanc in ipso itinere aggressus imperator expugnauit, & solo adequauit: nihil eis valente auxilio Mediolanensium, in quo plurimum confidebant. Indeque progressus Romam peruenit: & ab Hadriano papa consensu totius cleri, cum diademate regio imperialem benedictionem accæpit in ecclesia beati Petri: vbi a ciuibus vrbis seditio contra imperatorem commota est: vbi multi Romanorum interfecti occubuerunt. Imperator vero rediens inde, in itinere Spoletanorum diras & inopinatas pertulit incursiones. Quarum impulsu Spoletum applicuit: quam dimicando succendit, & funditus euertit: paruulis tamen ac mulieribus iussu imperatoris, sine læsione liberatis. Dehinc per totam Italiam & Lombardiam multis edomitis rebellionibus, cum peruenisset, comitante exercitu suo, apud Veronam ad quædam itinera angusta, quæ Lombardi vocitare solent clausuras Volerni, vbi ex vtraque parte itineris mons præruptus, quasi paries saxeus eminet in immensum: ibi Veronenses collocauerunt superius in planitie eiusdem montis quosdam malignos homines, quatenus in transitu imperatorem cum exercitu suo, demissis lapidibus interficerent. Imperator vero sollertissimus, quosdam aduocauit terræ illius prudentissimos: qui illecti promissionibus & muneribus per loca vix alicui hominum peruia, milites imperatoris deduxerunt ad præfati montis collem quendam supereminentem. Qui inde consurgentes, in præfatos malefactores irruerunt, & eos in fugam verterunt. Ex eis quoque pene sexcenti capti sunt: qui omnes tristia pœnarum tulere discrimina. Deinde imperator rediit in Alemanniam: vbi tunc duxit vxorem. Nam antea iudicio ecclesiæ in synodo Constantiensi inter ipsum & Adilam filiam marchionis Diepoldi de Vohburc quam habuerat vxorem diuortium celebratum est, obiectu consanguinitatis. Quam postea Dietho de Rauensburc ministerialis ipsius habuit vxorem. Imperator vero dominam Beatricem de genere Burgundionum nobilissimam,

Astria. nunc Austria dicitur

De itinere Romano & reditu.

filiā comitis Bisuntini, quæ illi vnica erat, hæ-
res oīm bonorū ipsius, duxit vxorē: cuius opu
lentissima dote vt ferē, etiā quinq; milia militū
eius subdunē imperio. Eodem tpe, ducē Boe-
morū regio decorauit noīe & dignitate, regiū
sibi conferēs diadema. Itē discordias sedauit, si
quę erant in Alemānia inter principes vel baro
nes: & redire parat ī Lombardiā, quę maximis
discordijs tunc efferbuerat. Nam Mediolanen
ses imperatori resistere se parāt: & in auxilium
suū multas ciuitates Lombardiæ asciscunt: Bri
xiam videlicet & Placentiam, & alias q̄pplures.
Cremonenses vero & Papienses imperatori fi
deliter adhærebant: & Laudenses & Cumani,
suo subdebanē imperio. Ideoq; bella frequētia
totam cōmouebant Lombardiā. Mediolanen
ses enim superbi rebelles consueuerunt esse im
peratorib⁹ exortis de Sueuia. Illis vero qui de
Saxonia erant/ deuotius assistebāt. Eo q vt su
pra dictum est, Lotharius imperator pro ipsis
tulit sententiam contra Cremonēses. Cum sint
etenim superbissimi, solent occupare terminos
vicinarum ciuitatū: & ipsas quas possunt/ suo
subdere imperio. Quocirca cōtra imperatoris
edictum, Terdonam ab ipso erutam eximijs re
ædificarunt muris. Quodq; hoc deterius fuit,
illarū vrbiū reliquias quas ante deiecerant, Cu
marum scilicet atq; Laudæ, ad imperij contem
ptum funditus exterminauere. Papiam quoq;
atq; Nouariā vrbes egregias, ad eiusdem im-
perij despectum pariter apposuerunt depopu-
lare. Ac sic hāc regni portionē scilicet Lombar
diā, suo imperio paulatim subijcere satagebāt.
Ad quod patrandum omnes pene Lombardię
vrbes consentientes habuerunt. Placentia nēpe
Cremonenses a prædictarum vrbiū solitis am
miniculis indigne ꝓhibuit: atq; iter ad eas/ eis
omnimodo denegauit. Brixia q̄q; se iuidem eis
dem cū exercitu adiecit Mediolanēsibus. Qua
rum opitulatiōibus immania ausi sunt scelera,
partimq; potiti sunt ausis. Nam Vegeualum &
alia Papiensiū oppida munitissima, prædicta-
rum vrbium præsidijs funditus destruxerunt.
Cremona vero ciuitas egregia, pro summi im
peratoris maiestate, contra Mediolanēses sum
mi imperij contemptores sese audacter inges-
sit. Quæ & eorū munitissima oppida magnis
euertit viribus: & eorūdem plerosq; coartauit
compedibus. Eo tempore imperator his discor
dijs opitulari censuit: ad quod discretissime pa
trandum viros præmisit industrios, cancellari
um scilicet nomine Reinaldum: & cū eo Otto
nem comitē Palatinū de Bauuaria. Qui a Cre
monensibus, & ab Oberto episcopo eorūdem
& a quodam Arderico sacerdote, qui tunc ma
gni nominis floruit, cum tota plębe eiusdem ci
uitatis magnifice suscepti sunt. Interea cum im
perator suum protelaret aduentū, Cremonen-
ses ꝓ tam benignissimis subiectionib⁹ ab alijs
Lombardis indignissima tulere conuitia: & q̄d
deterius est, in ipsum imperatorē indigna rela-
tu ꝓferebant verba. Quamobrem imperator,
cum ingenti exercitu Italicas appetijt oras. Cui
præuius fuit Boemorū rex acerrimus; ab impe
ratore eodem in regiam dignitatē primo subli-
matus. Et iste Brixienses oppressit & damnifi-
cauit: quē subsecutus est Fridericus dux, supra
dicti Cunradi regis filius. Post hos imperator
aduentauit. Territi igitur tanto exercitu Brixi-
enses, imperatoris iussa iurati se facturos pro-
miserunt. Adualens tamen sexaginta milia mar
charum, ante tulerunt incommodum. Postmo
dum imperator iuxta flumen Padum tentoria
fixit: vbi quidam Mediolanensiū ex altera par
te fluminis existētes, in ipsum imperatorē con
uitia indigna relatu vociferati sunt. Propter q̄s
iniurias impator suos milites arma capere ius-
sit. Ipse quoq; sicut erat acer animo, ad subue-
hendum se/ nō nauem acquisiuit, neq; vadum
fluminis exquisiuit: sed quadam trabe lignea,
hastis hincinde sustentatus, fluuiū transiuit: &
paucis se comitātibus in hostes prosilijt: qui ter
ritia conspectu ipsius/ fugam arripuerunt: &
vsq; ad Treciū quoddam castrū Mediolanen-
sium fugerunt. Vbi imperator Mauortius vix
decem se comitantibus/ fixit vexillum suū an-
te portas castri: vbi exercitus suus continuo ad
uentauit: trepidātibusq; ciuibus, eos in deditio
nē accæpit, sicut vti vellet. At ipse sicut erat as-
suetus, de regia benignitate/ mulieres & puulos
cōseruari censuit: p̄dam vero castri militib⁹ su
is distribuit: & in præsidijs milites suos collo
cauit. Cæterū exhinc transiēs, ciuibus Lauden
sibus ad construendam nouam ciuitatem locū
designauit, super Padum fluuiū in quodā col
le, vbi ex vtroq; latere collis sunt loca paludi-
nosa. Collis quoq; idem ex antiqua consuetu-
dine Lombardorū mons Guezionum appella
tus est. In quo eis vexillo regio vrbem designa
uit decorā. Post hæc cum exercitu Melegnanū
se contulit: vbi Mediolanensiū diu expectauit
satisfactionē: & ipsi satisfacere contēpserunt.
¶ Aduocat igitur imperator exercitus de ci-
uitatibus Lombardiæ: cui adueniunt Cremo-
nenses cum. xxx. milibus armatorū, & episco-
po suo Oberto. Papienses quoq; & Nouarien
ses cum copioso & splendido exercitu iungun
tur. His imperator circūdatus, ad mœnia vrbis
Mediolani iter arripuit. Sane Mediolanenses
cum multo exercitu/ egrediuntur cōtra ipsum

Primum bellū imperatoris cōtra Mediolanenses.

in pugnā. Committiturq; pugna: vbi Mediolanenses fugā arripiunt: tendentes ad vrbis suæ moenia. Cremonenses vero & alij Lombardi, eos viriliter insequunt. Appropinquantes vero vrbi suæ, equos reflectunt: & rursus pugnā ineunt. Vbi regius exercitus aliquātisper retro uersus est. Imperator vero cōfidentissimus cū tanti belli vicissitudines ita alternari conspiceret, cōtinuo se in hostes inuexit: & eosdem moribundos vrbis suę moenia subire coegit. Post talem belli gloriā suburbia fecit incendi, relicta sola turri: quam coram porta Romana Romani construxisse ferūtur: quæ erat sublimis. iiij. subnixa columnis: a vallo distans partim plus q̄ sit iactus lapidis: quę vsq; ad ostiū erat solida: & saxis cōpaginata quadris. Hæc ad vrbis tuitionē fortib⁹ erat repleta viris. Postea imperator vrbem cingit obsidiōe: & corā porta Romana sua fecit figi tentoria: alijs quoq; singulis in obsidione sollertissime loca præuidit oportuna. Paucis diebus effluxis, iam hostibus intra moenia clausis, ad predictā turrim expugnandam bella fecit inire. Cūq; viri qui in turri erāt cernerent columnas eius infringi martellis, & alijs instrumentis ferreis, territi formidare cœperunt: & se in deditionem imperatori obtulerunt. Quibus imperator interuentu quorundā vitam concessit: & per funem ab alto demissos, vrbis moenia incolumes intrare pmisit. Moxq; ex imperatoris edicto, Teutonici cū tubicine Cremonensiū turrim conscendunt: exoriturq; vndiq; in castris clamor virorū & clangor tubarum. Ex quo euentu inopinato, ciues conclusi valde sunt territi: & qd consilij caperent, aut quo se verterent, titubare cœperunt. Sese tandem tubarum clangore & signorū, ad ineundum conuocant consilium. Petitaq; pace, ad consilium principes imperatoris assumunt: regem videlicet Boemorū, & ducem Luipoldū de Astria. Coloniēsem quoq; archiepiscopum Fridericum, & Babenbergensem episcopū Eminhardū. Aderat quoq; cancellarius Reinaldus, & Otto comes Palatinus. Isti mediatores vtriusq; partis communicatis consilijs, & imperatori Mediolanensium iustas subiectiones & Mediolanensibus dignas imperatoris præceptiones vicissim referebant. Postremo ciues ad id deuenere consilij, vt se & sua imperatoris traderent voluntati. Gladios itaq; denudatos super colla ponentes, cruces q̄q; & alia insignia præferentes, nudis plantis ad pedes imperatoris miserabiliter se prostrauerunt. Quibus imperator precibus principū vix flexus vitam donauit. Et qui prius erant maligni/facti sunt subiecti. Ideoq; more regio subditis factus est mitis. Post tantos triumphos in die natiuitatis beatæ Marię virginis diademate imperiali processit insignitus: & cum eo rex Boemorum, corona regia decoratus. Alij quoq; principes cum ipso processerunt: & facta est laus in cęlum, & exultatio non modica, resonantes simul tinnitu signorum. Exinde vrbi proxima peragrauit loca: vbi quæ a Mediolanensibus perperam fuerant constituta/iustitiæ redegit ad normam. Acceptis igitur obsidibus, spes resistendi ablata est omnibus Lombardis. Ideoq; cunctas ciuitates & castella & oppida Lombardię peragrauit: & vades ab eis accæpit, q̄ iustitiam suam reciperent, & conseruarent.

De curia apud Rongaliam.

¶ Pro reparādo itaq; iustitiæ vigore omnibus Lōbardis & Italicis, Rongaliā, vbi mos Lombardorum est, iustitiam suam requirere, & ab imperatorib⁹ recipere, diem certam, & curiam publicam ad præsentiam principum, qui tunc aderant eis designauit. Edictumq; est ab imperatore, vt de singulis Italię vrbibus, viri idonei Rongaliam conuenirēt: & barones & alij qui causas haberent. Cumq; ibidem conuenissent, assumptis nobilibus & prudentibus viris, causas singulorū determinare studuit: primo patrum, deinde baronū, & postremo ciuitatū.

¶ Exhinc pactum pacis instituit: scd'm quod principes Alemanniæ facere consuerunt: & ne quis cōtra illud attentaret venire, bannū, id est poenā pecuniariā cōstituit: ita vt si qua vrbs pacis violaret iura. c. marchas auri psolueret. Marchio vero. l. comes. xl. capitaneus vero seu alius inuasor maior. xx. alij vero. x. & vsq; ad. iij. marchas, prout eis facultas suppetit, imperatori persoluere deberent. Quod si quis nullum poterit exoluere præmissorum, verberibus diris in patria diu afflictus, per quinquennium deberet fieri exul, quinquaginta miliarijs a patria seiunctus. Alias quoq; leges scd'm prudentissimorum virorum consilia ibidem instituit: in quibus inter cætera, & hoc cautū est, ne feudorum iniuste fieri possint distractiones. Iudices quoq; præfecit singulis ciuitatibus Lombardię, qui ex parte imperatoris banna supradicta reciperent, & læsis iustitiam facerent: super quo contra nouas institutiones imparatoris murmurare cœperūt Lombardi. Non est enim eorum consuetudo banna soluere: sed vt scd'm leges Romanas iniuriam passis satisfaciāt, scd'm quod iurauerint læsi se talem velle pati iniuriam. De quibus acquisitis, iudex tantum vicesimam, vel minorem scd'm quod ab eis decretum est recipit portionem. De damnis quoq; siue spoliationibus sicut lege statutum est satisfaciunt. Tunc Fridericus Coloniensis archie-

piscopus obijt. Cui Reinaldus cancellari⁹ successit in episcopatu. Dissoluta itaq; curia, imperator paterna visione Lombardiæ loca visitare cœpit. Multis vero peragratis locis, Astēsium vrbē tandē aduentauit. Astenses vero cōfisi de munimine arcis nouę, opponere se studuerūt. At ipse eorū vrbe cito potitus est, & his quæ infra muri ambitum continebant. Tandem ad inexpugnabilem arcem nouam iter arripuit. Quæ licet esset sita in scopulo eminentissimo, habens aditū tantum per iter angustissimū. Imperator sollertissimus ipsam tamen fortiter expugnauit: gentemq; frenauit superbam. Demum Astensibus captiuis tam viris q̃ mulieribus vltro misertus est. Deinde Scurij & Martesię appetijt, puincias Mediolanensibus contiguas: vbi plurima restaurauit oppida, & noua castra construxit, in quibus Mediolanensium possit incursus propellere. Cumas quoq; adijt: & ciues illos a proprijs expulsos sedibus per Mediolanenses, sentētia imperiali ad suam reuocauit ciuitatem: nec inde prius recessit, q̃ Cumanorum & Insulanorum sedaret discordiam. Erat autem Insula castrum quoddam in quadam insula laci Cumani: quod nunc penitus exterminatum est.

¶ Supra ciuitatem quoq; Cumanam castrum construxit muris & turribus munitum, quod Patarellum Teutonici vocāt, vbi Mediolanensium declinare possit incursus: & in præsidijs milites Teutonicos collocauit. Deinde cū vellet adire Cremonam, & vsq; ad quoddam castrum, Luciariam videlicet perueniret, nunciatum est ei q Mediolanenses periuri, & imperialium decretorū rebelles & obstinati cum magno apparatu, magnisq; tam militum q̃ peditum turmis ad expugnandam vrbem Laudam essent progressuri: vt nouiter surgentia mœnia diruerent: & homines ibidem habitantes, aut interficerent, aut in captiuitatem deducerent. Quod postq̃ imperatoris insonuit auribus, agiliter properat ad auxiliū nouæ vrbis. Quam tūc fossatis & muris munire cœpit: in quo opere Cremonenses & Papienses & Nouarienses sibi auxilium præbuerunt. Vrbem quoq; conditam priuilegijs libertatis decorauit.

¶ Post tantos itaq; triumphos, & iudicia in Lombardia disposita, licet ad plenitudinem pacis non proficerēt, decreuit imperator suæ coniugis, & suæ patriæ reuisere terram.

DE SECVNDA REBELLIONE MEDIOLANENSIVM.

MEdiolanenses postq̃ percæperunt a suis partibus imperatorem longe esse, remotum, ad resistendum se erigunt: & supra nominatum castrum Trecium inuaserunt: vbi mangos & alia instrumenta construxerūt, quibus lapides in castrū iactarent. Ad portas quoq; arietantes, ipsas tandem confregerunt: castrumq; improuisum cæperūt. Milites quoq; imperatoris qui erant in præsidijs, ergastulis manciparunt. Quo audito tota pene Lombardia rebellare cæpit: & decretis imperatoris contradicere. Quocirca magnanimus impator audita Mediolanensiū perfidia, cum Teutonicorum & Lombardorū gente ad eorum rediuit loca vrbi proxima: eorūq; segetes in mense Iunio cum iam maturæ sunt, partim succidit, partimq; pedibus equorū contriuit. Arbores quoq; penitus decorticauit: & vites succidit: sicq; maximum damnum Mediolanensibus intulit. Post hæc ad vrbem Laudam redijt: quoniam brachij vnius, & cruris infirmitate debilitabatur, vt ibidem membra læsa refocillaret. Tunc ad eum Cremonenses conuenerunt: eiq; iniurias exposuerunt, quas ipsis ciues Cremæ villæ contra instituta imperatoris facere præsumpserunt. Nam cū apud Rongaliam decreuisset imperator exquisita iustitia; quatenus Cremēses cuiusdam castri muros quos in præiudiciū Cremonensiū erexerāt, deijcerent: & decursus aquarum quos eodem modo constrinxerāt, ad proprios riuos redire permitterent: Cremēses id facere recusarunt, Mediolanensiū & Brixiensium vsi consilio perfidissimo: & confisi auxilio imbecillo. Erat enim Crema oppidum firmissimū, continens vnius miliaris Lombardici spatiū: fossatis & aquarū decursiōib⁹ & locis paludinosis & muris fortissimis vndiq; munitum. Sperabant itaq; Mediolanenses tam firmissimum castrum imperatorijs posse resistere decretis & prælijs. Ast imperator audita querimonia Cremonensiū, permisit eis & consuluit, bellifica virtute Cremēses rebelles superare.

DE OBSIDIONE ET EXPVGNATIONE CREMAE.

IGitur imperator Cremonensibus remisit quadringentos milites: q̃s hi Cremonenses spoponderant, ad secundam obsidionem & vastationem Mediolanēsium. Insuper concessit eis tres nobiles principes de parte sua qui exercitū eorū cōducerent & regerent: videlicet Cunradum fratrem suum Palatinū Rheni, & Bertholdum ducē de Zaringia, Rubertum quoq; comitem Basile, quem Vuilelmus consanguineus eiusdem de patria sua procul ex

pulerat. Itaq; pariter iuncti properant ad obsidionem Cremę: quibus Cremenses ad pugnã occurrũt, confisi de auxilio Mediolanensiũ & Brixiēsium: quorũ milites q̃ plurimos apud se habebant. Committit pugna: sternuntur hinc inde viri, & captiuant: tandem Cremēses compulsi sunt ad vrbis suæ mœnia cõfugere: & ibi se portis concludere: cœperũtq; obsideri, Cremonensibus cohortantibus eos ad vnam portam, & pręfatis principibus ad alteram. Interea aduentauit impatori magnus exercitus de Alemãnia, vxor videlicet ipsius dña Beatrix multa militũ corona stipata. Consanguineus quoq; eius Heinricus dux Saxonũ, & Bauuariorum qui simul procedentes adduxerũt plus q̃ duo milia armatorum: qui dum castra ponerent in planitie apud Gardam arcem munitissimã, castrenses oppidi Pesenæ vtriq; exercitui damna intulerunt: quocirca efferati oppidum illud expugnarũt, & spolia eius diripuerũt, & ipsum incendio conflagrarunt: postmodum imperatoris exercitus reliquias eiusdem oppidi funditus destruxit: his exceptis quæ amicos contingebant imperatoris. Innotuit interim q̃ Papienses vellent cum exercitu ire super Mediolanenses, eo q̃ terras eorum plurimas depopulauerant. Imperator igit̃ consilio ducis Bertholdi de nocte consurgens, nemore medio inter Papiam & Mediolanũ, latenter se cum multis militibus ad insidias collocauit: denunciauitq; Papiensibus vt Mediolanensiũ vrbi audacter appropinquarent, & spolia diriperent. Quod cum fecissent, Mediolanenses e portis erumpentes insecuti sunt eos. Cõmissumq; est prælium: pugnatumq; est varia sorte belli, hincinde a mane vsq; ad meridiem. Papienses quoq; & Laudenses debiliores bello effecti, fugam inire decreuerunt. Tunc talis euentus nunciatus est imperatori, vbi manebat ĩ latibulo: qui consurgens cum exercitu Teutonicorum, vexillo suo commisso duci Zaringæ, ex improuiso super hostes irruit: & eos in fugam vertit. In quo conflictu captiuati sunt Mediolanensium plus q̃ trecẽti: & occisi fere sexcẽti. Quorum corpora miserabiliter per dies aliquot iacuerunt in campo, bestijs & auibus dilaceranda & comedenda. Postmodum secedente aliquantulum imperatore, multa de ipsis corporibus delata sunt ad vrbem; & cũ maximo planctu & lamentatione totius vrbis sepelierunt. Interim imperator ad obsidionem Cremæ iter reflexit, & captiuos Mediolanenses secum adduxit: quibus ostensis suis fautoribus magnam lętitiam contulit: & inimicos contristauit. Indeq; progressus, coniugem suam, & ducem. H. cũ exercitu ipsorũ, honorifice suscępit. Tunc relictis Lombardis in obsidione Cremę cum exercitu Teutonicorum iam secunda vice processit, ad vastandam omnem segetem Mediolanensium, & arbores extirpãdas: & oppida quę remanserant, funditus destruenda. In obsidione autem Cremæ plures de principibus Alemanniæ remanere permisit: pręfatum videlicet C. fratrem suum, & Vuelfum auunculum suũ qui præter alias diuitiarũ & militũ opulentias, ex possessione comitissę Mathildæ, habebat militum duo milia: Boemorũ quoq; regem nepotem suum, & ducem de Astria. At ipse secũ in expeditione adduxit. H. ducem cum Bauuaris, & militibus vxoris suæ: cum quibus hanc deuastationem perfecit.

INTERPOSITIO.

EO tẽpore conspiratio facta est contra imperatorẽ, vt asserit quidam scriptor Cremonẽsis: de cuius editione hæc quæ narramus excerpsimus. Idẽ q̃q; scriptor testat̃ hęc se audisse a viris probatissimis, & veracissimis, & valde religiosis Mediolanensibus & Brixiensibus: qui se huic conspirationi interfuisse dixerunt. In qua conspiratione se astrinxerunt maxima pars cardinaliũ sedis apostolicæ, Vuilelmus quoq; rex Siciliæ, & pene vniuersæ ciuitates Italiæ cum multis baronibus & viris potentibus: dataq; est immensa pecunia domino Hadriano papæ, vt ipse imperatorem excommunicaret.

REDITVS AD PROPOSITVM.

POst hæc imperator cum exercitu suo versus Cremam iter arripuit: & primũ legalibus innitens statutis, pactionem supradictam a Cremensibus fecit exposci. At illi confidentes in sui castri firmitate, eo q̃ olim Lotharius imperator viribus suis diffidens, non ausus fuerat idem castrum obsidere. De auxilio quoq; Mediolanensiũ & Brixiensium præsumentes, præceptis imperatoris superbe contra dixerunt. Mulieres quoq; castri, choros ducentes per plateas, cantionem decantarunt: in qua continebat̃, q̃ sicut olim Lotharius, sic & iste imperator recedere cogeretur inglorius. Ideoq; puocatus imperator, ferocius accinxit se ad expugnationem castri: & ex omni parte muro rum in circuitu machinas construi iussit diuer

li generis: quæ lapides iactarent in castrum, & ipsum incessanter impugnarent. In ea ꝗcꝗ parte quæ sibi aptior videbat, a magistris operum fecit turrem ligneam erigi: & alia instrumenta quæ gattos siue alijs nominibus nuncupant/ præparari. Quæ repletis fossatis de terra, vel lignis seu stipula, siue rebus quibuslibet ad muros possent ꝑpelli. Quibus præparatis, primū vades illorum castrensiū videlicet filios, & nepotes nobilissimorū de castro, ad crates ligneas, quæ in turri erant appensæ fecit alligari: & sic turrem ad castrū propelli. Tunc illi immites & omnis iustitiæ & fœderis naturalis obliti, de castro lapides iacie̅tes, mangonib⁹ seu alijs instrumentis illos crudeliter peremerūt. Cūcꝗ nec adhuc expauesceret, quosdam captiuos eorum in loco eminenti quodam in visione ipsorum fecit in patibulis suspendi. At ipsi econtra iam in miseria palpitantes, & tamen more cani no furentes, quosdam captiuos in iniuriam imperatoris supra muros suos erectis patibulis suspenderunt. Interea dux. H. progrediens, decem de militibus Mediolanensiū captiuauit: & eos imperatori tradidit. Imperator vero prædictis & alijs ꝗplurimis prouocatus iniurijs, eosdem in conspectu cōciuium suorum patibulis appendit. Tunc appulsis machinis/ & diris habitis conflictibus, miseri ciues desperare cœperunt, & ad deditionem se offerre: vt tantū personas saluarent. Quibus imperator mitis effectus, vtpote vir timens deum, misericorditer permisit, vt de castro & de terra cū mulieribus & paruulis exirent: nec de rebus vel facultatibus suis quicꝗ asportarent, nisi quantum quiuis eorum vna vice in humeris suis, aut scapulis deportare potuisset: Mediolanenses quocꝗ & Brixienses abire permisit, vt equos & arma ibi relinquerent. Nec dubium est imperatorem christianissimū, ob hoc talia permisisse, ne maximam stragem in cæde hominum iudicaretur fecisse. Perpendat iam quilibet prudens lector quanta miseria ibi fuerit, vbi mulier paruulos suos gressu vti non valentes, potius ꝗ res exportauit: vir quocꝗ mulierem febricitātem, aut mulier virum pro fide coniugij exportarunt: pregnans quocꝗ iam parturiens semiuiuū puerum eduxit. O quanta miseria, castrum & præda hostibus relinquitur: quia perfidissimi ciues hoc meruerunt. Præda itacꝗ militibus distribuitur: & castrum funditus diruitur. Anno domini. M. clx. acta sunt hæc.

¶ Tunc Vuelfus totam militiā suam in Tusciam mouens, maximum conuentum apud sanctum Genesium habuit. Vbi baronibus terræ, vij. comitatus, cum tot vexillis concessit: cæteris quocꝗ de ciuitatibus seu castellis ad se confluentibus, vnicuicꝗ quod suū erat tribuit. Sed & ipse sua quæ singulæ ciuitates ad se iniuste contraxerant/ recæpit. ¶ Denicꝗ conuentu soluto, a Pisanis & Lucensibus & alijs ciuitatibus, ad quascuncꝗ declinauerat/ honestissime suscipitur. Sicꝗ terra illa & Spoletana/ plena potestate potitus, & suos ibidem collocans, filio suo Vuelfoni iuniori cōmisit eandem: strenuissimos de suis militibus, & optimos apud ipsum relinquens, ipse per vallem Tridentinā rediit ad propria. Vuelfus vero iunior excellentissime terras possedit, rexit atcꝗ defendit: ita vt etiam multotiens militibus imperatoris volentibus terram lædere, violenter resisteret: propter quod maximum fauorem populi acquisiuit: & imꝑatoris offensam nonnunꝗ incurrit.

DE SCISMATE SVBORTO.

Refert supradictus scriptor Cremonensis, videlicet Iohānes sacerdos ꝙ supradictis testimonijs bonorū virorū didicerit ꝗ interfuerunt, ꝙ illa cōspiratio cum apłico Hadria no iuramētis adeo firmata sit, vt null⁹ ab altero recedere posset: vel imperatoris gratiam sine oīm cōsensu regrere. Q, si mortu⁹ esset papa ille, de numero conspiratorum alium eligerent cardinales. Sane deus qui per os psalmistæ declamauit contra excōmunicationem papæ per pecuniam corrupti, declarauit illud propheticum esse verum. Maledicent illi/ & tu benedices: qui insurgunt in me confundantur: seruus autem tuus lætabitur: cuius versus tres articuli in hoc negocio euidentissime sunt adimpleti. Primum nancꝗ articulum de maledictione seu benedictione dei, ipsi deo relinquamus: cæterum ex duobus consequentibus constabit, primum non ex deo/ sed ex diabolo ꝓcessisse. Vt enim adimpleretur illud propheticū. Qui insurgunt in me/ cōfundantur. Factum est, vt esset præfatus Hadrianus apud Anagniam denunciaret excommunicationem contra imperatorem, paucis diebus euolutis, cœpit procedere refrigerandi gratia cum suis. Cumcꝗ venisset ad quendam fontem/ hausit de potu illius, & continuo vt dicitur musca os eius intrauit, & gutturi eius adhæsit: nulloqꝫ artificio medicorum auelli potuit, quousꝗ spiritum exhalaret. Tunc cardinales in electione summi pontificis dissentire cœperunt: nouem siquidem de numero ipsorum elegerunt Octauianum virum per omnia religiosum, & probatum: inter quos fuit Tusculanensis episcopus, & Vuido

Cremensis, & alij. Pars vero aduersa elegit Rolandum cancellarium. Factaq; est pactio inter electores, vt neutra pars suum publice denominaret, aut inthronizaret, donec discordia inter partes sopiretur. Interim pars Rolandi vt pote maior, suam electionem promulgauit: & ipsum attrahens, quoddam insigne quod mantum vocant, ei exhibuit. At ipse manu hoc accipiens, longius a se abiecit: & papam fieri se denegauit. Pars vero aduersa cernens talia / suum Octauianum inthronizauit: & mantum ei apposuit. Cumq; turbatio facta esset, Octauianus in ꝓmotione appellat⁹ est Victor: & obedientias recepit eorum qui ad se venire volebant: eiusq; electioni populus Romanus assensit plerunq;. Erat. n. vir bonus, humilis & mansuetus. Rolandus quoq; cū sui fautores ei vellent facere obedientiam, reppulit eos a se: dicens. Eatis ad illum quem videtis immantatū, & plurimum fauorem populi obtinere: sicq; Rolandus secessit ab vrbe: & in vico quem castrum sancti Petri nuncupant permansit. Sicq; factum est, vt Octauianus qui & Victor, vndecim diebus resideret in vrbe. Interim multi cœperunt qui prius fauerāt ab eo dissentire, instinctu cardinalium qui in parte sua erant: maximeq; Vuilelmi regis Siciliæ, & plurimarum ciuitatū Italiæ. Tunc præfatus Rolandus duodecima tandem die mantū accępit: & inthronizatus est scd'm morem sedis apostolicæ, & Alexander nominatus est. Constat igitur quoniam graue in ecclesia dei oportuit fieri scisma. Tunc imperator. F. tali turbatione comperta, Romanæ ciuitati condoluit: & qualiter subuenire posset / cogitauit. Tandem de consilio bonorum virorum vtrosq; electos ad se venire statuit, apud Papiam: nō vt eos iudicaret, aut causam sedis apostolicæ: sed vt a prudentibus viris addisceret cui electo potius obedire deberet.

¶ Quo Octauianus qui & Victor, cum suis fautoribus aduentauit. Rolandus vero qui & Alexander frequēter ammonitus accedere contempsit. Tunc coram imperatore & patriarcha Aquileiensi, & episcopo Cremonensi, & alijs q̃pluribus episcopis, & ecclesiarum prælatis, causa Octauiani discussa est: & adhibitis testibus qui pręsentes fuerunt, probatum est, ꝙ sicut supra descriptū est, facta est vtraq; electio. De iure quoq; satis adiectum est, vt reprobata electione Rolandi Octauianus verus præsul Romanæ ecclesiæ iudicaretur. Tunc patriarcha Aquileiensis, alij quoq; episcopi & ecclesiarum prælati ad pedes eius se prostrauerunt: imperator quoq; idipsum fecit, vt ab eo indulgentiam acciperent: & sibi obedientiam facerent. Quem exinde imperator destinauit in Alemanniam, vt cuncti ei obedientiam facerent: quod & factum est: nam Reinaldus Coloniensis archiepiscopus cum deuote recępit, Moguntiēsis q̃q; & Maidburgensis ipsi Victori papę se subdidere cum suis suffraganeis. Mansitq; Roma cum suis conspiratoribus in confusione, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam. Qui insurgunt in me confundantur: & tertium dictum adimpleretur. Seruus tuus lætabitur. Sequenti ęstate imperator cum magno exercitu segetes Mediolanēsium iam tertio vastauit: & Brixienses arcem inerui um obsidentes fortiter fugauit. Cūq; rediret, Mediolanenses & Brixienses, prout ante se iactauerant, cum eo bellum inire simulabant: q̃s vbi conspexit, propius accedere, ilico de equo prosilijt: ibiq; securus cibū sumpsit. Illisq; territis pontem destruxit: per quem Mediolanensibus Brixiam, & ecōuerso iter esse cōsuerat: & dum post hæc Placentinorū perfringere vellet pontem, illi propius ciuitati aduexere ripā: vbi ꝓpter insultū ciuium pons infringi non posset

De infortunio imperatoris.



Voniā vt ait scriptura ante ruinā exaltabitur cor, Mediolanenses post hæc ad expugnādum Carcanū q̃dam castrū, cū ingenti multitudine tam Brixiensiū q̃ Placentinorū militū processerunt. Quod postq̃ imperatori innotuit, collecto itidē exercitu de Papiēsibus & Nouariēsibus, & Laudēsibus, & Teutonicis, intrepidus inter Mediolanū & Carcanū ex pedite iuit: ibiq; tentoria fixit. Vbi Mediolanenses doctissimos viros & facūdos ad eum miserunt / supplicātes, quatenus sine bello ad vrbē suā eos redire permitteret: quod ipse facere denegauit. Illi igit̃ tanq̃ in periculo mortis positi, viaticū accęperunt. Econtra imperator acies suas disposuit: & inito cōflictu / primo certamine de peditibus Mediolanensiū multos ꝓstrauit & fugauit: & carociā, quod suū vexillum vocant, eis abstulit. Post hæc lassato exercitu imperatoris, iā vsq; ad meridiē aut amplius, irruerunt super eos de nouo subintroducti milites Placentinorū & Brixiensiū & aliorū. Qui multos de exercitu imperatoris, & captiuauerunt, & peremerunt: ipse quoq; imperator cū paucis ad se collectis, in giro se congesserunt vt spicula aduersantiū possent effugere.

¶ Tandem deus ex alto prospectans, vt seruū suum liberaret, eo tempore pluuiam densissimā & tempestuosam de nubibus emisit, vt nullus aliū discernere posset aut cognoscere. Sicq; factum est, vt imperator supplicatione suo

rũ deflexus a campo certaminis cederet: & Mediolanenses cum captiuis, & spolijs tabernaculorũ tanq̃ victores ad sua mœnia læti redirẽt.

De euersione Mediolani.

POst hæc vt superbos deus euerteret, innotescente tali infortunio parentibus & amicis imperatoris, & suis fidelibus, ad auxilium ipsius properarunt videlicet. F. Cunradi regis filius, & dux Boemorum supradicti regis filius. Pragensis quoq; episcopus nomine Daniel, & Reinaldus Coloniensis archiepiscopus, & imperialis aulæ cancellarius, hi cum magna multitudine nobilium & procerũ ad auxilium imperatoris aduentarunt. Cũq; imperator Mediolanenses assiduis infestaret bellis, contigit circa vesperas vnius diei, inter eos commisceri prælium. In quo. F. Cunradi regis filius, regis vexillifer iuxta Mediolanensiũ portas turmas induxit imperiales, & tũc imperator super ponte munitissimæ vrbis pedes remãsit: equo multis vulneribus interempto. Tandem supra Mediolanenses plena potitus est victoria: multisq; fugatis & interemptis, circiter mille captiuos ad Laudam remisit: vbi in hiemali tempore in compedibus nudi & erumnose cõseruati sunt.

¶ His attriti Mediolanenses terroribus, fame quoq; & inedijs perculsi, sine omni conditione se & sua, & ipsam vrbem in manus imperatoris tradiderunt. Egressi igitur seorsum nobiles, & seorsum populares, processerunt vsq; ad Laudam, plæbei vero vexillum sancti Ambrosij super carociam suam aduexerunt: vt sic facilius ad misericordiam animum imperatoris inflectere potuissent. Cumq; in tempore aduentus eorum imperator resedisset in prandio, & imber grauissimus irrueret supra Mediolanenses ante portam aduentantes, distulit aliquantulum eos intromittere, vt fatigati discerent se deliquisse. Deniq; intromissis eis, cũ carocia per portas ĩtroire nõ posset, fecit ĩpator transtrũ carociæ auferri, & ipsam in quatuor partes secari: & ita cum vexillo inferri, & homines ad se intromitti. Cumq; sine omni conditione iurata & tradita esset ei potestas super vrbem Mediolanensium, noluit tamen facere stragem super homines perfidos & periuros, sed permisit eis potius tempus pœnitentiæ, ita vt muros suæ ciuitatis ab antiqua gente Barbarorũ constructos penitus diruerent. Turres quoq; & ædificia ciuitatis funditus subuerterent, & de ciuitate exirent: nec vlterius eam sine licentia inhabitarent.

¶ Cumq; ad subuersionem vrbis ipsi ciues nõ sufficerent, aut forte dissimularent, adduxit eis imperator in huius rei auxilium Cremonenses & Papienses, & aliarum ciuitatum ciues: qui in auxilio suo fuerant, vt eam viriliter diruerent. Sicq; factum est, vt in vrbe bestiæ & feræ, & sicut in prophetis scriptum est, diuersa dæmonum genera inhabitarent & ferarũ. Ciues vero extra vrbem in quatuor vicis aliquantulũ longe ab vrbe remotis collocati sunt. Vbi in tugurijs & mapalijs & vilibus ædificijs multo tempore permanserunt.

¶ Impator vero nobili potitus triũpho, in oliuarũ festo, in beati Ambrosij basilica vna cũ oliua triũphalẽ gestauit victoriæ palmã. Proinde imperator tanto ditatus trophęo/ Ticinẽsium vrbem gratanter reuisit. Vbi in paschæ festo cũ coniuge sua Beatrice multis stipatus principibus, coronatus processit scd'm decus imperiale: & ad conuiuium suum omnes tam ciues/ q̃ aduentantes conuocari præcæpit.

¶ Tunc amputato capite perfidissimorũ Lombardorum, Placentini & Brixienses, & aliæ ciuitates resistentes, imperatori omnino se subdiderunt. At ipse Placentinis & Brixiensibus, scd'm iuramenta ipsorum, præcæpit muros & fossata deijcere, & turres ciuitatis euertere: & quatenus in vna corte non consistat plus ædificiorum q̃ vna domus: sicq; disposuit omnes ciuitates quæ sibi rebelles extiterant, & scd'm hæc decreta iustitiarios suos in eisdem instituit. Ipseq; partem Octauiani qui & victor vbiq; firmaturus in quantum poterat processit. Multi igitur de archiepiscopis & episcopis, & alijs ecclesiarum prælatis propter fauorem imperatoris eidem Octauiano adhæserũt: & forte propter hoc quia apparebat valde religiosus homo. ¶ Audiuimus eo tempore apud Mediolanum in quadam basilica annotatos inueniri duos versus, excriptos in quodam lapide ex antiquissimo tempore, qui hanc destructionem credebant prænunciasse his verbis.

Rex est venturus Mediolanũ tibi durus:
Rex tibi crudelis, per quadrum diminueris.

TRANSITVS.

HAec de bellis imperatoris plenius descripsisse sufficiat exempli gratia, vt pateat q̃ virilem & animosum se exhibuerit ĩ alijs bellis quę in annotationibus annorũ, siue ex descriptionibus siue relationibus, prout potuimus inuenire/ breuiter explicabimus. Cuncta siquidẽ plene describere/ opus faceret immensum. Annos igitur denotemus.

¶ Anno domini mil'.clij. Fridericus rex efficitur, vt supra dictum est, Anno domini. M.cliij. Anni Friderici imperatoris.

Eugenius papa morit̃:cui ſuccedit Anaſtaſius natione Romanus: ſedit annum vnũ: menſes quatuor. Eo anno capta eſt a chriſtianis ciuitas Aſcalona. Diuortium quoq; factum eſt Conſtantiæ inter. F. regem, & Adlam filiam Diepoldi marchiõis. Anno domini. M. cliiij. Anaſtaſius papa obijt. Cui Hadrianus. iiij. genere Anglicus ſucceſſit: ſedit annos quinq;, menſes tres. Eo anno Reatũ ciuitas cœpta eſt reædificari. Et in kalendis Octobris ſol obſcuratus eſt per totam diem: ita q; ſicut luna videbat̃. Tunc F. rex expeditionem Romanã aggreſſus eſt.

Anno domini. M. clv. Fridericus imperiali benedictione ab Hadriano papa ſublimat̃. In feſto ſancti Michaelis recedens, & poſt annum eodem tempore reuertens. Anno domini. M. clvi. Imperator veniens in Lombardiam, contra Mediolanenſes cœpit pugnare. Anno domini. M. clvij. Nix magna, & frigus inſolitum circa paſſionem domini inhorruit: quod mortalitas hominũ ad tempus, & exuſtio maxima per totam æſtatem eſt ſubſecuta: & in kal. Iulij maxima ſeueritas grandinis, & tantã concuſſio ventorũ inualuit, vt non ſolum ſegetes conſitmeret, & arbores euelleret, ſed etiam ædificia/ caſtrorũ munitiones humo proſterneret: & in aliquibus eccleſijs campanaria cum campanis deiecta confringeret. Anno domini. M. clviij. Imperator ſecundam expeditionem mouit in Italiam, propter ſecundam rebellionem Mediolanenſiũ. Tunc Laudam muris firmauit: & Mediolanenſes obſidere cœpit & vaſtare.

¶ Anno domini. M. clix. Principes qui relicti fuerant, imperatorem ſubſequunt̃. H. videlicet dux Saxonũ, circa pentecoſten cum imperatore in mille ducentis loricis: Vuelſo vero circa feſtum ſancti Michaelis cum trecentis loricatis. Eo anno Hadrianus papa obijt: cui Alexander. iij. natione Tuſcus ſucceſſit. Et ſciſma oritur, quod fere per. xx. annos durauit. Omnes autem anni Alexandri ſunt circiter. xxiij. Anno domini. M. clx. Imperator iam tertio rura Mediolanenſiũ vaſtauit: & Cremam expugnauit. Vbi quidã principes ab imperatore ad ſua negocia receſſerunt. Anno domini. M. clxi Imperator a Mediolanenſibus fugatus eſt. Anno domini. M. clxij. Imperator Mediolanum deſtruxit. Eodem anno apud Conſtantiam in feſto ſancti Clæmentis, factum eſt diſſidiũ inter. H. ducem, & vxorem ſuam Clęmentiam, filiam. C. ducis Zaringiæ. Quod de conſilio imperatoris dicunt factum fuiſſe. Duxit quoq; præfatus dux vxorem filiam regis Anglię. H. qui Thomam Cantuarienſem epiſcopum occidit: & dignũ martyrem deo effecit; de qua genuit. iij. filios. H. q poſtea fuit Palatin⁹ Rheni: & Ottonẽ qui modico tẽpore fuit impator: & quẽdam Vuilelmũ. Anno dñi. M. clxiij. Imperator redijt in Alemanniã. Eo anno Hugo comes, Palatinus de Toingen, in comitatu quem a duce Vuelſone habuit q̃ſdam milites Vuelſonis pro ſuis exceſſibus captiuatos ſuſpendit: & caſtrum eorum Moringen deſtruxit. Pro quo dux Vuelſo querimonia eum impetens, pro ſatiſfactione debile reſponſum accæpit. Cumq; patiẽter ſuſtinuiſſet, nec a querimonia ceſſaret, procedente tempore, pater dux, filium de Italia reuocauit. Ipſe illo iturus, & negocia terræ per ſe tractaturus, filio omne patrimonium & poſſeſſiones quas ex pte matris habiturus erat/ ex integro tradidit. Anno domini. M. clxiiij. factum eſt, vt Vuelſo iunior propter præfatã diſcordiam cum multis principibus & baronibus terræ, exercitum deduceret ad caſtrum Toingen: in quo exercitu fertur habuiſſe militum, ſiue armatorum, duo milia ducentos vel amplius. Hi omnes. viij. Idus Septemb. circa veſperam ſabbati, non longe a Toingen caſtra poſuerunt: & diẽ dominicũ inquiete, & ocio deducere ſtatuerũt. Cũq; die dñico multi de nobilibus & principibus de facienda cõcordia & pace/ plus laborarent & orarẽt, quidã proterui & minus cauti de caſtris Vuelfi eruperunt, & caſtro Toingen appropinquare cœperunt: quibus alij de caſtro obuiam proceſſerũt. Sicq; inito cõflictu, ortus eſt tumult⁹ in caſtris vtrinq; & veloces aduolarũt: quod factum eſt circa horam nonam diei. Comes quoq; Heinricus de Veringen vexillifer fuit Vuelſonis: & in comitatu ſuo fuerunt cum præfata turma militum tres epiſcopi, Auguſtenſis, Spirẽſis, Vuormacienſis. Bertholfus dux de Zaringen, & alij marchiones & comites q̃plurimi. In auxilio vero Palatini erat. F. Cunradi regis filius, & Zolrenſes, & alij q̃plurimi; multũ tamen impares tantæ aduerſariorum multitudini. Inito itaq; conflictu de caſtro ſuper aduerſarios acclamatum eſt: & ex firmioribus locis cõtra eos pugnatũ eſt, ita vt in fugã tanta multitudo verteretur: ſed neq; fugere potuerunt: nam diſperſi ſunt, & confuſi, ita vt ex eis nongenti fere in captiuitatẽ traherentur: & alij nemoribus vel ſpeluncis aufugerent. Ipſe quoq; Vuelſo ad caſtrũ Achalin duobus vel tribus comitatus aufugit. Anno domini. M. clxv. Vuelſo ſenior audito tali infortunio filij ſui, de Italia redijt: & cũ imperatore hoc egit, vt capti ſui remitterent̃. Facta eſt pax: quæ tamen vno tm̃ anno durauit.

¶ Anno domini. M. clxvi. Vuelſo memor iniuriæ priſtinæ, terram Palatini rurſum depopu

latur: & duo castra ipsius, Kelmunz scilicet & Vuilar destruit: in quibus. lx. de suis captiuauit. Tunc Palatinus fractus animo, F. ducē qui Vuelfoni plerunque aduersabatur, interpellauit. Qui eius consilio ducem Boemorū cum gente sua saeuissima eduxit: qui totam Germaniā a nemore Boemiae per Bauuariā & Sueuiam, vsque ad lacum Lemannū immaniter vastauerūt & suis spurcitijs foedauerunt. Tandem tamen de prouidentia imperatoris factum est, vt dictus Palatinus in manus Vuelfonis & potestatem ipsius omnino se traderet apud Vlmā coram imperatore & principibus. Imperator namque exercitū contra Romanos mouere decreuerat: & ideo in Alemannia pacem reformauit. Eo namque tempore imperator praemiserat ad pugnandum contra Romanos Reinaldum cancellarium archiepiscopum Coloniensem, & Cristianum archiepiscopū Maguntinū: quos & ipse cum exercitu consecutus est.

¶ Anno domini. M. clxvij. Vuelfo senior circa epiphaniā iam secundo iter Hierosolymitanum aggreditur: & in Italia imperatorē reperiens, ac filiū suum cum omnibus ad se spectantibus gratiç eius commendans, pascha sanctum apud sepulchrū domini peregit. Interea imperator Vuelfum iuniorem multis illectum promissionibus ad se in Italiā reuocat, cū alijs principibus qui post eum remanserant: qui stipendijs acceptis ad ipsum peruenerūt non longe a Roma. Eo āno expugnati sunt Romani apud montem Porcū ab exercitu Reinaldi Coloniensis, & Cristiani Maguntini archiepiscoporum: vbi alij mortui sunt, & multi captiuati: & extunc coepit imperator Romā obsidere, & terras inimicorum suorū vastare. Multi siquidem Romanorum propter exortū scisma/in parte ipsius fuerunt. Cumque mense Iulio circa Romam magnam vastationē, & stragem populorū faceret, & Vuelfo senior reuersus esset ad ipsum, haec tanquam detestabilia aspicere non potuit, sed ad propria rediit/filiū suum relinquēs ibidem. Mox vltio diuina subsecuta est: maxima enim pars exercitus imperatoris mortalitate interijt. Episcopus Coloniensis ille qui totius mali huius, necnon & scismatis diutini incentor fuit, Spirensis, Ratisponensis, Bragēsis, Verdonensis, Leodiēsis, ac ceteri principes. F. scilicet dux filius Cunradi regis, Vuelfo dux filius Vuelfonis ducis, Berēgarius comes de Salzbach, Heinricus comes de Toingen, cum pluribus regni huius maioribus occubuerunt. Quorum omnium pene ossa, carnibus per excoctionem consumptis, ad propria reducta sunt. Translata sunt autem & ossa Vuelfonis: & in monasterio Steingademo a patre suo fundato/reposita sunt.

Anno domini. M. clxviij. & sequentibus annis prout oportunitas temporum concessit, coepit imperator in partibus Tusciae & terrae Romanae castra ad se spectantia suae potestati vendicare, & quaedam noua construere: in quorum praesidijs Teutonicos praecipue collocauit. In monte siquidem Radicophino eminentissimū castrum ipse primus construxit. Ex quibus Romanos adeo perdomuit, vt Alexander papa coactus secederet ab vrbe: & in partes Franciae, seu Angliae, vel Aquitaniae, siue Hispaniarū se conferret. Nam exortū scisma durabat in tantum, vt mortuo Octauiano, Vuido in papam eligeretur: quo defuncto, successit tertius Ioannes Frumēsis: quos imperator fouit & manu tenuit in apostolica dignitate. Milites quippe Teutonicos in dignitatibus Italiae constituit: nam quēdam liberū Bidduphum, ducem Spoleti effecit. Marchiam quoque Anconç, & & principatum Rauennae, Cunrado de Luzelinhart contulit: quē Italici muscam in cerebro nominabant: eo quod plerunque quasi demens videretur. Per singulas quoque ciuitates iudicibus constitutis, recessit ab Italia: coepitque in partibus Alemanniae multa praedia, nunc emptione/nunc procerū donatione, seu quacunque successione fiscali/vel haereditaria, cōquirere. Rudolphus quippe comes de Phullendorf, omnia sua prçdia contulit imperatori. Iisdem quoque temporibus mortuo Adelgozo de Suabegge sine hçrede, qui fuit aduocatus Augustae, ipse imperator tam aduocatiam/quam alia praedia ipsius sibi vendicauit: siue ex cōcessione episcopi qui tūc erat, siue successione fiscali, aut haereditaria. Sane quia ciuitatis Augustae mentionē fecimus, quod supra omisimus, in hoc loco de ea latius describamus.

Interpositio de ciuitate Augusta.

Sicut ex scriptis veterū colligitur, haec ciuitas tria nomina accepit. Germanorum quippe gentes primū considentes in partibus Rhetiae, quae nūc est pars Sueuiae, nō longe ab alpibus in planitie, loco tamen munito, propter concursum duorum rapidorum fluminum: hanc vrbem construxerunt: & nō muris/sed fossatis eam firmauerunt: & ex nomine deae Zizae, quam religiosissime colebant, Zizerim eam nominabant. Huius quoque deç templū, ex lignis Barbarico ritu constructum, etiā postquam Romani eam incolere coeperunt/ immutatum permāsit: at vetustate collapsum, nomē colli seruauit: in quo postmodum in lapide exculpti/hi versus sunt reperti.

Quem male polluerat cultura nefaria dudum,
Gallus monticulum hunc tibi ziza tulit.

¶Vnde vsq3 in præsens ab incolis idem monticulus Zizenberg nominatur. Apud hanc vrbem Romani deleti sunt magna cæde. Nam Titus Annius prętor ad arcēdas Barbarorum excursiones, cum exercitu in kal'. Augusti eam circumdedit: ipseq3 ad meridianā oppidi partē, quæ sola patebat, castra sua cum legione martia operosissime communiuit. Ad occidentem vero vltra fluuiū vbi Sueuis aut Barbaris aditus patebat, Auar Bogudis regis filius, cū omni equitatu & auxilio Macedonico consedit. Igitur quinquagesimo nono die ꝙ eo ventum est, cum is dies deæ Zizæ apud Barbaros celeberrimus esset, ludum & lasciuiam/magis ꝙ formidinem ciues ostentarunt. Tunc etiam immanis Barbarorū multitudo quæ de partibus Sueuiæ illuc conuenerat, de proximis siluis repente erūpens, ex improuiso castra irrupit: & Auaris exercitū deleuit. Ipsum quoq3 Auar regio habitu indutū viuum comprehendentes, crudeliter in modum pecoris mactauerunt. A quo in loco vbi mactatus est, vicus vsq3 hodie appellatus est, Crieches aueron: in quo hi versus reperti sunt.

His nomen terris Bogudis dat regia proles
Grecus auar, pecudis de Sueuis more litatus.

Oppidani vero non minori fortuna, sed maiori virtute prætorem in auxiliū socijs ꝑperantē inuadunt: quibus Romani haud segniter resistunt. In quo conflictu, duo principes oppidanorū, Habino & Caccus, in primis pugnantes cadunt: & inclinata iam res esset oppidanorum, ni maturassent auxiliū ferre Sueui in altera ripa victoria iam potiti. De nominibus autē illorum principū interfectorum, extant adhuc loca denomiata: nam rustici de Habinone vocant monticulum Habinoberg: in quo hi versus reperti sunt.

Præfectus Habino se victum atq3 sepultū,
Perpetuo montis nomine notificat.

A Cacco vero dicunt Gegginen denominari. Deniq3 coadunatis Sueuis & oppidanis, castra irrūpunt: & prætorem qui paulo altiorem tumulū frustra ceperat, Romana vi resistētem obtruncāt: legionemq3 diuinā, vt nec nuncius cladis superesset, funditus delent. De hac perdita legione adhuc Perlaich, quasi perdita legio nominat: vbi postmodū hi versus sunt reperti.

Indicat hic collis Romanā nomine cladem,
Martia quo legio tota simul perijt.

Solus Verres tribunus militū amne transmisso in proximis paludibus se occultans, honestam mortem subterfugit: lacui Vernse huiusq3 nomen dedit. Vnde versus.

Das nomen lacui Verres quo tu latuisti.

Hic tamen nō multo post Siciliæ ꝓconsul effectus, turpem mortem promeruit. Nam cum se magistratui abdicaret, iudicio ciuiū damnatus est. Propter hunc Verrē tradunt Augustenses hanc cædem fuisse eandem, quam sub Augusto factam quidam describunt: sed Varum illum nominant his verbis. Ea tempestate cū tribus legiōibus Varus Romano more, superbe & auare erga subditos se gerēs, a Germanis deletus est. Quam militis Romani cladem in tantum ægre tulisse ferē Augustus, vt sæpissime caput parieti collideret: ac per vim doloris diceret. Quintili Vare redde legiones. Grauissimū & atrocissimū hoc Romanorū & Germanorū bellum, & post Africanū maximū, tribus annis cum quindecim legionibus gestum, scribit Suetonius. Vnde notari potest quanti roboris prædicta gens Germanorū fuerit, que in summa autoritate Romani imperij, tantā stragem Romani militis dederit. Vrbs eadē postmodū Vindelica a fluuio est nominata. Tandē ex nōmine Augusti, per Claudiū Drusum qui eam reparauit, seu muniuit, Augusta est dicta. Idē enim Drusus apud Rhenum, vt supra dictum est. iiij. ab Augusto imperator Mogonciā construxit: vbi adhuc monumentū eius monstrat in modum piræ.

¶Sed iam redeamus ad propositū: vt vlterius annos describamus. Anno domini. M. clxix. Anno domini. M. clxx. Terræmotus maximi facti sunt: & ingens inundatio aquarū: mense Septembre. Anno dñi. M. clxxi. Anno domini mil'. clxxij. Anno dñi. M. clxxiij. Anno domini. M. clxxiiij. Ciuitas Interāme destructa est, mense Martio.

De tertia rebellione Mediolanensiū.

ANno domini mil'. clxxv. Alexandria obsessa est ab imperatore. F. Mediolanenses quippe pristinam renouantes perfidiā, conspirationem inierunt cū alijs ciuitatibus Lombardiæ. Quæ omnes vno die statuto, iudices imperatoris cum suis fautoribus a se expulerunt: quosdam suspendentes, quosdam nudos relinquētes. Quod factum est propter multiplices insolentias quas Teutonici in partibus illis exercebant. Accepta quoq3 occasione a scismate Romanæ ecclesiæ, & ab excōmunicatione imperatoris: & vt creditur de autoritate Alexandri papæ spretis iuramentis/ cœperunt rebellare: & ideo Mediolanenses reædificātes quandam ciuitatem ab imperatore prius destructam: ob honorē Alexandri papæ vocauerunt eam Alexandriam.

¶ Cremonenſes vero & Papienſes & alij fau-
tores imperatoris, in deriſionē Mediolanenſi-
um, & ob vilitatem ædificiorū, nominauerūt
eam paleam, quaſi de ſtramine factam. Erat tñ
circūdata foſſatis, & muris firmiſſimis, in quā
plurimi Mediolanenſiū ſe contulerunt: alij ve
ro prout poterant ſuam ciuitatē reædificabant.
In hac obſidiōe imperator nō ꝑfecit: nam dux
H. de Saxonia nepos ſuus perfide ab eo receſ-
ſit, ſumpta occaſione de excōmunicatione, &
forte accepta pecunia. Quem vt referūt homi-
nes/ſecutus eſt imperator: & ad ipſum veniens
ſuper lacum Cumanū, cum magna humilitate
poſtulauit vt ſe nō deſereret: ita vt videret pro
tali petitione ad pedes eius ſe velle demittere:
quod dux diſcrete recuſauit. Quidam aūt offi-
cialis ipſius ducis/Iordanus nomine, narratur
ſuperbe dixiſſe. Sinite dñe vt corona imperia-
lis veniat vobis ad pedes: q̄ veniet & ad caput
Tunc imperator compulſus exercitū ſuum di-
mittere, cū maximo labore/auxilio præcipue
Taurinenſiū & Nouarienſium, egreſſus eſt de
Italia per montē Iouis, tendens in Burgundiā
terrā vxoris ſuæ: in quibuſdam etiā locis adeo
anguſtiatus, vt accepta tunica ſeruientis, ſeruū
ſe eſſe ſimularet: & equos tanq̄ ſeruus ꝓcura-
ret. Tandem veniens in Alemanniā, pręfatum
ducem de traditione & crimine læſę maieſtatis
impetiuit. Dux ſiquidem ipſum præueniens,
in Sueuia fecerat conſpirationē contra impera
torem: & præcipue cū Zolrenſibus & Verin-
genſibus, & quibuſdā alijs comitibus. Aſt im
perator ipſum ducē frequenter euocat ad curiā
ad obiecta reſponſurū. Vbi quidam principes
& barones/fautores ducis, more Teutonicorū
qui ſine lege & ratione voluntatē ſuam pro iu-
re ſtatuentes, contra imperatorē hoc ius tenere
volebant, vt imperator ducē condemnare non
poſſet, vel terras ſuas abiudicare, niſi infra ter-
ras ducis placitū ſtatueret. Porro quidam nobi
lis exurgens in mediū, ꝓpoſuit q̄ lege duellio
num, quod & lege & ratione firmat, hoc vel-
let obtinere/cōtra quēlibet ſecum pugnare vo
lentem; q̄ imperator quēlibet principē poſſet
euocare pro iuſtitia ad locū quemcunq; vellet,
infra terminos ſui imperij exiſtentē. Cūq; nul
lus iſti ſe offerret ad pugnā, edicto imperato-
ris præfata ſententia pro iure perpetuo ſtatuta
eſt: quā non dubiū eſt autoritate & ratione fir-
mari. Cumq; imperator pręfato duci abiudicaſ
ſet ducatus ſuos & alia bona, ſingula conceſſit
his quibus apta erant ad retinendum. Sicq; fa-
ctum eſt, vt ducatū Noricū concederet Ottoni
Palatino de Vuitilinſpach: cuius & ſupra men
tionē fecimus. Qui fretus auxilio fratrū ſuorū
Cunradi videlicet Salzburgēſis archiepiſcopi,
qui poſtmodum fuit etiā Mogoncienſis archi
epiſcopus, Ottonis ſ̄q; fratris ſui, quem effe-
cit Palatinū, cuiꝰ filius poſtea Philippū regem
interfecit: necnon & Friderici qui dicebať Bar-
batus. Horum inquam auxilio ducatū viriliter
obtinuit: & ducē de partibus illis expulit. Du-
catū vero Saxoniæ cōtulit cuidam nobili Bern
hardo de Anhalde filio ſupradicti Alberti, qui
etiam vſq; ad tempora noſtra ſuperuixit. Huic
auxiliū præbebat Colonienſis archiepiſcopus
Philippus, & Mogoncienſis, & langrauius
de Thuringia: qui impugnātes ipſum ducem
in Saxonia infra vnū menſem de caſtris ipſius
firmiſſimis, ſicut relatu didici. xvi. expugnaue
runt: & ipſum de terra vſq; Brunſuig expule-
runt: de qua ciuitate nec ipſe/nec eius ꝓgenies
adhuc potuit expelli. Imperator vero bona ipſi
us multis diſtribuit: pręter ea quę Vuelfoni pa
truo eiuſdem, & ſuo auunculo dereliquit: quæ
tñ omnia poſtmodum ceſſerunt imperatori, ſi
ue hæreditaria ſucceſſione, ſiue fiſcali.

ANno dñi. M. clxxvi. Imperator rurſus im
pugnare cœpit Lombardos: cōmiſſumq;
eſt præliū inter eos pridie kaľ. Iulij. De quo tñ
ſine victoria receſſum eſt. Eodem anno. ix. kaľ.
Auguſti, reformata eſt pax inter Alexandrum
papam, & imperatorem apud Venetias. Nam
pars Alexādri cœpit p̄ualere tā in ciuitate Ro
mana/q̄ in tota Italia, ꝓpter fauorē Vuilelmi
Siculi. Vnde poſtmodum. v. kaľ. Auguſti, Io
hannes Frumenſis, qui dicebať papa Caliſtus,
renunciauit ſciſmati, & iuit ad pedes Alexādri:
ſicq; diutinū ſciſma quieuit, & bella duriſſima
cœperūt tepeſcere. Imperator quippe iam ver-
gens in ſeniū/quieti cœpit operam dare, & vti
litatibus filiorū ſuorum intendere. v. enim iam
genuerat filios. H. videlicet, quem deſignauit
fieri imperatorē. Fridericū quoq; quem effecit
ducem Sueuorū, & Ottonē qui poſtmodum
habuit terrā matris ſuę: necnō Cunradum, qui
mortuo prædicto. F. fuit dux Sueuorū: ſed &
minimū Philippū, qui mortuo Heinrico ſuc-
ceſſit in regnū. ¶ Eo tempore iam bellis nimis
fatigatus imperator, Lombardis omnibus con
dixit curiam apud Conſtantiā: vbi principes &
poteſtates eorū ſe rep̄ſentauerūt: & pacta quę-
dam de faciēdo ſeruitio imperatori de ſingulis
ciuitatibus Lombardiæ ibidē ſtatuta ſunt: quę
adhuc dicunt ſe tenere in ſcriptis: nec ad ſerui-
endum vltra hæc cōpelli volunt. Sicq; pax re-
formata eſt. Anno dñi. M. clxxvij. Anno domi
ni. M. clxxviij. Anno dñi. M. clxxix. Anno do
mini. M. clxxx. Idus Septembris hora nona ſol
eclipſim paſſus eſt. Anno dñi. M. clxxxi. Impe

ratot apud Moguncíam maximū festū & con
uiuium celebrauit:conuocatis ibidem principi
bus & baronibus totius regni:sed & de alijs re
gnis q̃plurimis. In quo conuentu duo de filijs
ipsius, videlicet. H. rex, &. F. dux gladios ac-
cinxerunt. Desponsauit q̃q̧ postmodum prę-
dicto. H. filio suo dominā Constantiā filiam
Rogerij, quondam regis Siciliæ, quā tunc in
potestate habebat, Vuilelmus patruus eius qui
eam enutriuit:& ipsius nomine regnū guber-
nauit. Alteri quoq̧ filio suo. F. duci desponsa-
uit filiā regis Vngariæ: qui tamen morte præ
uentus/ipsam non transduxit. Anno dñi. M.c
lxxxij. Alexāder papa celebrauit conciliū gene
rale in basilica Lateranensi. xiiij. kal. Aprilis: li
cet alibi reperiaẽ q̧ ipsum celebrauerit anno do
mini. M.clxxix. Sed potest esse q̧ tunc cum ali
quibus episcopis Italiæ synodum habuerit.
Anno dñi. M.clxxxiij. Alexāder obijt. Cui suc
cessit Lucius. iij. natione Tuscus. Sedit annos
vi. m̃. &. d. Hic rursus contra impatorē quas
dam controuersias excitauit:pro quibus sedan
dis/cōdicie placitum/apud Veronā: vbi cum
essent ambo, Lucius mortuus est, & ibidem se
pultus. Super cuius tumulum hi versus anno-
tati referuntur.

Luci luca tibi dedit ortum:pontificatū
Hostia, papatū roma, verona mori.

Fuerat enim episcopus Hostiensis, anteq̧ esset
papa. Anno dñi. M.clxxxiiij. Anno dñi. M.
clxxxv. Lucius papa obijt vt dictum est Vero-
næ. Tunc cardinales qui cū ipso erant, de redi
tu suo plurimū sunt angustiati: timebant enim
ab imperatore aliquam violentiā sibi inferri, su
per electione summi pontificis. Sane Mediola
nensis archiepiscop⁹ ipsos secure deduxit vsq̧
Rauennā:quem & ipsi in papam elegerunt:di
ctusq̧ est Vrbanus. iij. quē multi Turbanū vo
cauerūt, eo q̧ cū esset Mediolanēsis natiōe, in
odium imperatoris volebat turbare ecclesiam,
quæ iam paulisper quietē acceperat: sed nutu
dei percussus interijt. Sedit enim annū vnum,
m̃. &. d. Anno domini. M.clxxxvi.

ANno dñi. M.clxxxvij. Eclipsis solis facta
est, in festo sancti Iohānis baptistę, in ho
ra. vi. diei. Eodē anno Vrbanus papa obijt. Sa-
ladinus quoq̧ rex Persarū ciuitatem Hierusa-
lem cæpit:& crucē dñi asportauit. Factaq̧ est
cædes magna ex merito populi christiani:& pe
ne tota terra Hierosolymitana extirpatis chri-
stianis in potestatē Sarracenoꝝ deuenit:quam
tūc incolebant Latini. Quomodo aūt terra ea-
dem in potestatē Latinorū deuenerit, aut tunc
perdita fuerit/breuiter describem⁹, sicut in scri
ptis cuiusdam inuenimus:& qualiter mundus
totus ad eius vltionem se armauerit/ dicamus.

¶ Cum olim terram Hierosolymitanam Græ
ci, sub quorum ditione fuerat, perdidissent: &
longo tempore in potestate Sarracenorum ex
titisset, Latini de perditione terræ cōmoti/col-
lecto exercitu venerūt: & partes Antiochenas
intrantes, auxiliante dño/terrā recuperauerunt
Horum principes erant hi. Gottifridus de Bu
lion, qui postmodum dñs fuit terræ Hieroso-
lymitanæ:& Baymont, q̃ princeps extitit An-
tiochię, & quidam alij. Cumq̧ postmodum se
men Gotfridi in tertia generatione defecisset,
personæ terrę Israhel, & barones ad principes
vltramarinos miserunt, rogantes vt principem
destinarent, qui eos regeret: & furentibus resi
steret Sarracenis. Qui habita deliberatione, ele
gerunt quendam Fulconē Andegauensem vi-
rum strenuū, regis Angliæ proxima linea con
sanguineū:& miserunt eū ad terram Hieroso-
lymitanā. Hic rex coronatus, strenue rexit ter-
ram:duosq̧ filios reliquit, Baldeuuinū & Al-
mericū. Quorū primogenitus Baldeuuinus
patri successit in regnū:vir strenuus & sapiens.
Quo sine liberis decedente, ad fratrem suū Al-
mericū regni potestas deuoluta ē. Qui ex vxo
re sua sibi plurimū consanguinea duos habuit
liberos:scilicet Baldeuuinū & Sibiliam. A qua
vxore cū fuisset iudicio ecclesię separatus, accę
pit neptem Emanuelis imperatoris Constan-
tinopolis/ Pollinā: ex qua habuit filiā nomine
Ysabel. Mortuo vero Almerico, Baldeuuinus
filius eius regnauit pro eo, vir strenuus & sapi
ens & iustus: sed occulto dei iudicio leprosus
fuit. Hic sororē suā Sibiliā Vuilelmo de Lon-
ga spe cognomine, marchioni de monte Ferra
to/tradidit in vxorē: & ipsum comitē Ioppen
sem constituit:qui videlicet Vuilelmus ex ea fi
lium genuit, etiā noīe Vuilelmū. Postea mor-
tuus est pater ei⁹ de Longa spe cognomīe, vir
ꝓbus in armis, & placidissimus. Rex vero Bal
deuuinus cū esset leprosus, & nollet vxorē ac-
cipere, nepotē suum Vuilelmū filium Sibiliæ
& marchionis, coronauit regē: relinquēs eum
in tutela Raymundi comitis Tripolitani. Mor
tuus est aūt rex Baldeuuinus:& sepultus est ad
patres suos. Sibilia vero soror eius comitissa
Ioppæ, iam nupserat se cuidā militi Vuidoni
de Lisignano, viro satis armis strenuo:sed for-
tuna & sciētia inferiori. Sibilia vero mater pue
ri comitissa Ioppæ, cum patriarcha Eraclio, &
alijs terrę personis ꝓcurauit, q̧ sibi & viro suo
Vuidoni regnū daretur:q coronati sunt igno-
rante & irrequisito comite Tripolitano, qui fue
rat a rege Baldeuuino regni ꝓcurator, & baiu
lus constitutus:ob quā causam cœpit ea machi

nari, quæ possent in regis redundare dedecus:
& tam ipso, vt dicit̃ ꝓcurante, q̃ etiam nostris
peccatis exigentibus. Culpa q̃q; Reinaldi prin
cipis de Moreal, qui treugas, quas regnũ Hie
rosolymitanũ cum Sarracenis habebat in per-
petuũ, maxima prȩda capta confregit. Irruerũt
Sarraceni in regnum Hierosolymitanũ: & ca-
pto rege & baronib⁹ & populo intruso, ligno
q̃q; dominicæ crucis, & Hierusalem hæredita
te dei, ciuitatib⁹ & castellis vniuersis. ❡Anno
dñicæ incarnationis. M. clxxxvij. totum regnũ
vsq; ad internicionẽ contriuerũt. In quo regno
sola Tyrus vrbs in medio cordis maris sita, &
fere a mari circũdata, excidio perpetrato reman
sit. Quam postmodum Cunradus marchio de
monte Ferrato, frater Vuilelmi, quẽ supra me
morauimus laudabili strenuitate defendit: &
Sarracenis tam in mari / q̃ in terris restitit glori
ose. Prædicti namq; excidij dato passim rumo-
re p orbem / fremuerũt gentes, & cõmota sunt
regna: venerunt a finibus terræ tribus dñi, libe
rare sacrificiũ ei⁹ de manibus ipsorũ qui portãt
iniquitatẽ / in cubilib⁹ suis: & de sua virtute de
ceptorie præsumũt. De Italicis ergo primi in
iuriæ Christi occurrerũt hoĩes bellicosi discre
ti: & regula sobrietatis modesti, prodigalitatis
expertes, parcẽtes expensis, cũ necessitas nõ in
cubuerit: & qui inter oẽs gentes soli, scripta le-
gum sanctione regunt̃. Hi ducem ꝓpriũ non
habentes, cũ suis quos elegerãt tribunis, ad ob
sidionẽ vrbis Acon, cũ ipso rege Vuidone, q
fuerat a captiuitate liberatus perrexerũt. ❡Ci-
uitas Acon, quæ antiquitus Ptolomaida voca
batur, in littore maris est posita: & est ipso ma-
ri a meridie & occidente perclusa. Ab oriẽte ve
ro & septentrione tota patet. Ex qua parte re-
bellantibus terris, refertã Italici vrbem obsede
runt. Quos postmodum veniens Saladinus cũ
multitudine infinita obsedit: credẽs illos ꝓpter
paucitatẽ plenius posse delere: sed misericordia
fauẽte diuina ei in contrariũ cessit. Nam dieb⁹
paucis euolutis, venerũt Daci, Normãni, Go
ti, Franci, & cæteræ gentes insularũ, quæ inter
occidentẽ & septentrionẽ sitæ sunt, gentes bel
licosæ, ꝓceræ corpore, mortis intrepidæ. Na-
uibus rotũdis, quæ hilnachie dicunt̃ / aduectȩ.
Hi si nõ superuenissent, Christiani funditus es
sent demoliti. Isti cũ ipsis Italicis ciuitatẽ obse-
derunt. Dum hæc apud Acon gerunt̃, Frideri
cus imperator Romanorũ cum exercitu perspi
cuo de Teutonica egrediens, per Vngariam &
Bulgariã transiens, in manu forti & brachio ex
tento / in Licaoniã transuectus est: ibiq; de Phi
lomena, & Iconio, & alijs ciuitatibus gloriose
triumphãs, Soldano / & Turcis rebellantibus /
domitis, deuenit in Armeniã: vbi peccatis no-
stris ꝓmerentibus, dum in ȩstu maximo in flu
men quod Serrã incolæ appellant lauãdi gra-
tia descendisset, mortuus est: & accessit damnũ
inextimabile Christianis. ☞ Fuit aũt Frideri
cus imperator vir christianissimus: bellorũ om
nium triũphator, animosus, mansuetus, famili
aris, quibuslibet victis clæmentissimus, obliui
osus iniuriæ, statura mediocris, corpore rufus
ætate longȩuus: & qui corporis strenuitate nõ
erat inferior / quolibet ducatu regiminis. Huic
in regendo exercitũ, successit fili⁹ eius noĩe pa
tris sui: F. dux Sueuiæ, armis strenuissimus: q̃
per Armeniã ducente exercitũ, in confinio ipsi
us Armeniæ & Syriæ, non longe a nobilitate
Antiochiæ, ingens plaga desæuit in Aleman-
norũ exercitu: vt vel ꝓpter intemperiẽ aeris,
vel ciborũ abundantiã, a quibus se temperare
nescierunt, fere omnes mortui sunt, ac si nollet
deus membra suo capiti superuiuere. Ipse aũt
dux Sueuiæ cũ paucis ad obsidionẽ Acon de-
uenit: ibiq; paucis diebus euolutis mortu⁹ est.
Fuerunt aũt in exercitu imperatoris isti princi
pes & barones: dux Sueuiæ, dux Bertholdus forte. Mo
Meraniȩ, episcopus Herbipolensis, archiepi- rauiæ.
scopus Tarãtasianus, episcopus Monasterien
sis, eps̃ Patauieñ. episcopus Ossiburgeñ. epi-
scopus Misnieñ. Hermãnus, marchio Baden-
sis, Fridericus de Bergilẽ, Cunradus de Dom
bech, & Fridericus frater eius, Gobert⁹ & Pop
po, & multi alij, quos labor esset nominare. In
terea venerat ad obsidionẽ Acon, Philipp⁹ co-
mes Flandriæ, Theodebaldus & Stephan⁹ co
mes Campaniæ, Heinricus eorum nepos, qui
postea domin⁹ Hierosolymitanȩ vrbis reman
sit: & dux Burgundiæ, & Ludeuuicus langra
uius Thuringiæ, & plures alij principes & ba
rones. Cœperunt potius omnes in exercitu le-
cacitatibus operam dare, q̃ expugnare ciuitatẽ
In diebus illis fames valida facta est in exercitu
ita q̧ vestes & arma cogerent̃ milites ob victũ
distrahere: & mactare equos. Vna enim galli-
ria marsupiũ magnum euacuabat. Immo quod
deterius est, auro cibaria nõ poterant inuenire.
❡Eodem tempore Cunradus marchio quem
supra memorauimus, homo sagacissimus, ha-
bens ciuitatis Tyri dominiũ, cœpit ad regni
Hierosolymitani gubernaculum aspirare: &
in tantũ sua astutia ꝓcessit, q̧ Ysabel filiam re-
gis Almerici a viro suo auferendo, qui regio-
nis vltra fluuiũ dominus fuerat, fecit ecclesiasti
co iudicio separari: ipsamq; in vxorẽ accæpit.
Eisdem temporibus Philippus Francorũ rex
peruenit ad obsidionẽ Acon. Post cuius aduen
tum aliquantis diebus transactis, Richardus

rex Anglię deuicta insula Cypri, & bonis om
nibus expoliata, ad eandem obsidionē perue-
nit. Venit aūt cum eisdem regibus omniū in-
centiua malorū, filia diaboli potentissima regi
na inferni discordia: & sedit in medio eorum
cum sorore sua primogenita macilenta & liui-
da/inuidia scilicet: & tam ipsos reges/q̄ etiam
totum christianorū exercitum, in diuersas vo-
luntates & actiones distraxit. Cum enim Fran
corum regi pugna contra ciuitatē placeret, An
glico displicebat: & quod placebat Anglico/
displicebat Franco: & in tantū huiusmodi au-
cta est discordia, q fere inter se intestinū bellū
mouerēt: & inter omnes alios principes & ba-
rones, duorū regum effusa est discordia. Cum
rege Franciæ, isti fautores erāt. Dux Burgun-
diæ, comes Clarimontis, marchio. C. cuiꝰ po
tentia magna erat/in exercitu, Templarij, Ianu
enses, langrauius de Thuringia, comes Ruper
tus, & Beluacensis ep̄s. In parte regis Angliæ
fuerunt isti. Comes Flandrēsis, comes Cam-
paniæ, rex Vuido, Hospitalarij, Pisani, & plu
res alij. His diebus Sibilia vxor regis Vuido-
nis, cum duobus suis filijs mortua est: & mar-
chio magis & magis ad regnū aspirauit. His
etiam diebus mortui sunt comites. Stephanus,
& Tibaldus frater eius, milites strenui & sapi-
entes. Mortuus est comes Flandriæ, & langra
uius de Thuringia, vir per omnia strenuissi-
mus, & celebri fama in perpetuū nominandus.
Erectis igitur machinis & castellis contra mœ
nia ciuitatis Acon, vrbem fortiter expugnare
cœperunt, & Sarraceni non minus fortiter re-
sistere: comburentes ædificia, quæ Christiani
erexerant. Tandem volente domino muri ciui
tatis cœpere frangi, ꝓpter vtriusq; regis ædifi
cia: & turris quæ dicit̄ Maledicta, iactis lapi-
dibus conquassari. Vnde Christianorū animi
erigunt̄, Sarracenorū deprimuntur. Iam enim
poterant Christiani fractis muris ingredi ciui
tatem. Tunc Sarraceni pacta quærunt: redde-
re ciuitatem ꝓmittunt: & crucem dominicam
& captiuos Christianos, si ipsis tantūmodo vi
ta saluaretur. Pacta placent, per manus marchi
onis, in potestate regū reddunt ciuitatem: & in
ter ipsos reges diuiduntur Sarraceni qui fue-
runt intra inuenti. Postea vero cum pacta serua
re nequissent, quoniā crux dominica nullo mo
do potuit inueniri, omnes decollati sunt. Rex
Franciæ nacta occasione recessit: loco sui mili-
tes duci Burgundiæ commisit. Anglorū vero
rex in terra Hierosolymitana remansit: & reędi
ficauit Ioppen & Ascalonam. Saladinū & ex-
ercitum eius bello confregit. Mercatores Sala
dini ad Damascum euntes, spoliauit & cæpit.
Ioppen postea a Sarracenorū insultibus libera
uit strenuissime. His diebꝰ Cunradus marchio
dominus est terræ Hierosolymitanę factus: &
post paucos dies ab Assessino interfectus fuit
in Tyro. Quę fuerit causa interfectionis eius,
plus in opinione/q̄ in veritate repertū habeo.
Quidam dicunt/q rex Anglię mortem eius ꝓ
curauit: propter hoc q sororem suam noluit in
vxorem accipere. Alij dicunt q Honfridus do
minus de Moreal fecit eum occidi, ꝓpter hoc
q sibi vxorem suam Ysabel abstulerat. Alij di-
cunt q propria volūtate motus est Assessinus
ad ipsum interficiendū, propter hoc q quosdā
mercatores terræ suæ apud Tyrum clā interfi
ci fecit. ¶ Fuit autem Cunradus vir armis stre-
nuus, ingenio & scientia sagacissimus, animo
& facto amabilis, cunctis mūdanis virtutibus
prædıtus, in omni cōsilio supremus: spes blan
da suorum, & hostium fulmen ignitū: simula-
tor & dissimulator in omni re, oīnibus linguis
īstructꝰ: respectu cuius facūdissimꝰ reputabat̄
e linguis: quē in hoc solo plurimū fuisse culpa
bilem reputo, q alterius vxorē marito viuente
seduxit, & fecit a viro suo separari, ipsamq; in
vxorem accæpit: sed inuidiæ spiritus plurima
contra eum confinxit. Isdem Vuido rex Hie-
rusalem sub cuius infortunio sanctum regnū
decessit, factus fuit rex Cypri a rege Angliæ.
Mortuo vero Cunrado marchione, Heinricꝰ
comes Campaniæ accæpit Ysabellam filiam re
gis Almerici in vxorem, quæ fuerat vxor mar
chionis, & dominium terræ Hierosolymitanę
suscæpit. Rex vero Anglicus inter Sarracenos
& Christianos quinquennalibus treugis com
positis recessit. Qui captus in Teutonia Astrię
& traditus imperatori Heinrico. cc. milia mar-
charum argenti in sua redemptione persoluit.
Liberatus vero in patriam propriam deuenit:
ibiq; postmodum fuit a quodam milite occi-
sus. ¶ Fuit autem Richardus rex Angliæ ho-
mo ferocissimus, fauorabilis gloriæ cupidus,
pecuniæ liberalis, quocunq; ipsum trahebat se
quens impetus, & quem ipsi Sarraceni & po
pulus Christianus & alij timuerunt. Treugis
ergo sic dispositis, & ab vtraq; parte conserua-
tis, pax habita est in terra sancta.

¶ De dispositione vero terræ sanctæ, & situ ci
uitatis Hierosolymitanæ omittimus interpo-
nere, ne seriem rerum gestarū videamur inter-
rūpere. In anno prænotato, videlicet. M. clxxx
vij. successit Vrbano in sede apostolica Grego
rius. viij. natione Beneuentanus: sedit menses
duos. Hic primū literas transmisit in orbem ꝓ
liberatione terræ sanctę: multa statuens de cor
rectione morum, tam in clero/q̄ in populo:

vtpote de superfluitate vestium, & choreis, &
alijs vanitatibus vitādis. Cui successit Clemēs
iij. natione Romanus: sedit annos .ij. m̄. Eo
anno Fridericus imperator iam cruce signatus
conuentum principū apud Nurinberc coadu-
nauit. Vbi de pace terræ disposuit, & in literas
redigi iussit: quas literas Alemanni vsq; in pre-
sens fridebrief .i. literas pacis vocant: nec alijs le-
gibus vtunt: sed nec eisdem recte vtunt, tanq̄
gens agrestis & indomita. Quarum tenorem
huic operi duximus inserēdum, quatenꝰ saltē
lex tam decurtata nō pereat de hoīm memoria

Lex Friderici imperatoris.



Ridericus dei gratia Romanorū
imperator, & semper Augustus.
Decet fidelitati nostrę, tempora ge-
nerali populorū prouinciarū tran-
quillitati circūspectiōis nostrę stu-
dio ꝓuideri, vt dum in subiectis dominationis
virtute pollemus, reprobos quoslibet ac scele-
rosos a subditorū iniurijs arceamus æquitatis
nostræ correctione. Considerantes qppe quæ
damna, quantæq; desolationes hominū & pro-
uinciarum/ per seditiones & incendia ꝓuene-
rint, & quātos prætera futurorū timores re-
portent ea quæ de conscientia & consilio prin-
cipum, & aliorū fidelium nostrorū, tam libero-
rum/ q̄ ministerialiū, ad reprimendas incendi-
ariorū insolentias imperialis nostra sanxit au-
toritas: vniuersalis imperij fidelibus nota fieri
volumus, & sicut in castro nostro Nurinberc,
hæc ordinata & confirmata sunt, firmiter indi-
cimus obseruāda. Primū igit̄ de incēdiarijs de-
mādamꝰ gn̄aliter, vt si liber hō, ingenuus mi-
nisterialis, vel cuiuscunq; conditionis fuerit, in-
cendium cōmiserit pro vuerra propria, ꝓ ami-
co, pro parente, vel causæ cuiusq̄ alterius occa-
sione, de sententia & iudicio imperiali, ꝓscri-
ptioni statim subiectus habeat̄. Hic excipiunt̄
si q forte manifesta vuerra castra manifeste ca-
piunt, & si qua ibi suburbia, aut stabula aliaue
tuguria præiacent/ igne succendunt. Excipiun-
tur & iudices quos in malefactores pœnam iu-
stitia exigente exercere contingit. Q; si aliquis
in ducatu alicuius incendiū fecerit, ipse proscri-
ptum pronunciet, ac deinde iustitiæ suæ autori-
tate eum proscribat. Idipsum faciant marchio-
nes, palatini, comites, lātgrauij, & comites alij
nec alicui eorū liceat talem absoluere/ nisi do-
mino imperatori. Quicunq; etiam incendiariū
in domo sua scienter receperit, & consilium au-
xiliūue ei impenderit, damnū & iniuriam pas-
so pro facultate sua restituat. Iudici vero .x. li-
bras monetæ de illa diocesi in qua commissum
est/ persoluat; ac domino imperatori ꝓ volun-
tate & gratia sua disponat. Si quis autē super
hac culpa innocentiā suam ꝓbare vel ostēdere
voluerit, cū duobus viris veracibus in præsen-
tia iudicis se expurget. Si quis aūt cuiq; impo-
suerit/ q incēdiariū recæperit, & de hoc ipsum
iure voluerit conuenire, hoc nequaq̄ ei liceri li-
ceat, nisi præstito primo calumniæ sacramento.
Dominus etiam imperator proscriptorū nemi-
nem a sententia ꝓscriptionis absoluat, nisi de il-
licitis primo damnis cū initriato componat: &
nisi consciente iudice hoc faciat. Proscriptū ve-
ro qtem pro incendio sententiā proscriptionis
incurrisse om̄ibus notū fuerit, diocesianus epi-
scopus si ad satisfactionē inobediens extiterit,
a communione ecclesiæ dei & fidelium Christi
abijciat, & extraneū eum reddat: nec eum ab-
soluat quoadusq; læso damnū restituat: & eco̅-
uerso, quem episcopus legitimis inducijs cita-
tum iustitia dictante excōmunicauerit, & hoc
iudici insinuauerit, iudex cum banno ꝓscripti-
onis condemnet: & nec prius eum absoluat/ q̄
coram episcopo de his pro quibus condemna-
tus est/ satisfaciat. Q; si a proscriptione illa præ-
dicto modo fuerit absolutus, & episcopo suo
voluerit obedire, incendiū primo abiuret: dein-
de sit in arbitrio episcopi qualem ei pœnam in-
iungat ad visitandum sepulchrū domini, aut li-
mina Iacobi apostoli. Si aūt proscriptus eo vt
dictum est modo absolui desiderauerit, domi-
no imperatori fines imperij per annū & diem
abiuret. Si quis aūt a ꝓscriptione & excōmuni-
catione similiter nō fuerit absolutus infra annū
& d. vniuerso iure honore & legalitate priua-
tus habeatur: ita vt in ferēdo testimonio, vel ad
iudicandum de cętero nequaq̄ sit admittēdus.
Omni quoq; feudali iure carebit perpetuo. Itē
si in reisa alicuius dn̄i, cum ipso domino cuius
est reisa, aliquis fuerit qui incendiū (vt sæpius
contingit) faciat, dn̄s ipse cuius est ipsa reisa iu-
rabit super reliquias q non fecerit conscientia,
vel mandato, vel volūtate sua. Reum aūt abijci-
et a se, & nunq̄ recipiet. Q; si illum post satis-
factionem recæperit, tenet vniuersum damnū
quod ille cōmisit restituere. Item si contingat
dn̄m aliquem in villa aliqua hospitari violen-
ter, & fortuitu euenerit domū aliquam incen-
di, & ille cui sit damnū dominū impetierit, q
mandato suo, vel voluntate, vel conscientia sua
factum sit, damnū damnificato restituat. Item
si incendiarius captus fuerit, & corā iudice ne-
gare voluerit incendiū se cōmisisse si forte no-
torium non fuerit, per prouinciā iudex si pos-
sit eum cū .vij. idoneis testibus cōuincere/ capi-
te plectatur. Sed si notoriū fuerit, nulliꝰ requi-
rendum est testimoniū/ sed statim decollādus.

Itẽ si castellani cuiuscɋ dñi descẽdẽtes a castro dñi sui incẽdiũ fecerint dño absente a ꝓuincia castrum dñi ꝓpter hoc non erit cõburendum, sed bona incendiariorũ quaecunqɋ extra castrũ fuerint reperta cõburant̃. Post reuersionẽ vero dñi, si dñs incendiariũ retinere voluerit, & a se nõ reppulerit, castrũ ei⁹ similiter erit cõburendum. Itẽ si ꝓscriptus ꝓpter incendiũ in aliquã domũ confugerit de qua non possit haberi nisi dom⁹ incendat̃, ꝓpter hoc incendiũ nõ erit qs incendiarius, sed damnum ꝓ incendio restituere debet. Itẽ si incẽdiarius sup castrũ aliq̃d agitat⁹ cõfugerit, & dñs cuius est castrũ, fortassis dñs, vel vasallus/vel cõsanguineus fuerit, dñs ille nõ debet eũ ꝑseq̃ntib⁹ repr̃sentare, sed iuuabit eũ a castro in siluã, vel al's vbi secur⁹ sibi videat̃. Q, si nec dñs vel vasallus nec cognat⁹ fuerit, persequẽtib⁹ eũ statim repr̃sentet: vel cũ eo ĩ eadẽ culpa sit. Statuimus etiã, & eodẽ firmiter edicto sancim⁹, vt qcũqɋ alij dãnũ facere, aut lędere ipsum intẽdat/ tribus ad minus ante dieb⁹ per certũ nunciũ suũ diffiduciet eũ. Q, si lęsus diffiduciatũ se fuisse negare voluerit, nuncius idẽ si viuus est/iuret ꝙ cõtradixerit ei ex parte dñi sui, loco & tp̃e designato. Si mortuus est nuncius/iuret dñs iunctis sibi duobus viris veracibus, ꝙ cõtradixerit ei, ne dolo mediante de fide violata quis valeat inculpari. His sancientes adijcimus, vt quicũqɋ treugas alicui dederit nisi ibi determinatũ & exceptũ fuerit, quo tenore seruet vel nõ seruet eas, cõtradicere eis ante terminũ statutũ nequaqɋ possit. Quod si fecerit, vt violator fidei iudicet̃. Item qui nũciũ aliquẽ ꝓ eo ꝙ cõtradicturus mittit̃ laeserit, fidẽ suã violauit: & de caetero omni honore suo carebit: & in posterũ nullus ei cõtradicet. ¶ De filijs ꝗꝗ sacerdotũ, diaconorũ, rusticorũ statuimus, ne cingulũ militare aliquatenus assumãt: & qui iam assumpserũt, per iudicem ꝓuinciae a militia pellant̃. Q, si dñs alicuius eorũ eum in militia contra iudicis interdictũ retinere cõtenderit, dominus ipse iudici in. x. libras condemnetur: seruus aũt omni iure militię priuet̃. Statuimus etiã vt si quis vineas aut pomeria exciderit, ꝓscriptioni & excõmunicationi incendiariorum subijciat̃. Vt aũt hęc tam vtilis ordinatio omni tempore rata permaneat, & eo quo dicta est tenore inconuulsa consistat, eam legibus praedecessorũ nostrorum imperatorũ atqɋ regum iussimus interseri, & perpetuo iure seruari. Cui si quis ausu temeritatis contraire praesumpserit, dei omnipotentis & nostrae perpetuo indignationis sit reus. Fiat, fiat. Actũ Nurenberc in praesentia principũ, consilio & consensu eorũ. Anno incarnationis. M. clxxxvij. iij. kal̃. Ian̄. Anno domini. M. clxxxviij. Multi cruce signantur. Anno dñi. M. clxxxix. Imperator iter Hierosolymitanũ arripuit: & multi cum eo tendentes per Vngariã, vt supra descriptum est. Hunc annũ quidam versificator denotauit tali versu.

Annis vndenis demptis de mille ducentis,
It pater & natus/dux & rector Fridericus.

Annũ vero quo olim Cunradus rex iuit/denotauit his versibus.

Anno milleno, centeno, tesseradeno,
Septeno pariter coeperat istud iter.

Annus vero quondã quo dux Gotefridus obtinuit terram, his versibus annotat̃.

Anno milleno, centeno, quo minus vno,
Ierusalem Franci capiunt virtute potenti.

Anno dñi. M. cxc. Fridericus imperator obijt: vt superius descriptũ est. Cui successit. H. filius eius.

ANNI HEINRICI SEXTI.

ANno dñi. M. cxci. Ab vrbe condita. M. dcccclxiiij. Heinricus huius nominis sextus, vel scd'm chronicã Romanorũ. v. Ipsi nanqɋ Heinricum primũ patrem Ottonis primi non connumerant in catalogo imperatorũ, sed ducem Saxonũ scribunt. Hic itaqɋ. H. xcij loco ab Augusto regnũ accaepit: prius tamen a patre rex designatus fuerat: & de consensu principum coronã Aquisgrani accaeperat. Regnauit aũt Post patrẽ annis. vij. Contra hũc a principio rebellare parant Colonienses, & quidam alij principes, & quidã comites Burgundię. Cumqɋ ꝓpter talem causam interfectus fuisset ep̃s Leodiensis, quieuit rebellio: & Colonienses cũ satisfactione ad gratiã redeunt, similiter & alij. Eo anno Claemens. iij. obijt. Cui successit Celestinus. iij. qui prius Iacinctus fuerat dictus. Sedit annos. vij. m̃. d.

ANno domini. M. cxcij. H. Romae a Celestino papa coronat̃. Sed Romanis rebellantibus, non potuit adipisci coronã, quin prius traderet eis Tusculanũ. Erat autem Tusculanum firma ciuitas vltra Romã in montibus sita. Haec Romanis rebellauerat; & damna grauia intulerat. Huius itaqɋ ciues audito aduẽtu imperatoris, ipsius auxiliũ cõtra Romanos postularunt: & ciuitatẽ suam in potestatem ipsius tradiderunt: vbi imperator milites suos collocauerat in praesidio. Hi accepta legatione imperatoris, incautam ciuitatẽ Romanis tradiderũt qui multos peremerũt de ciuibus: & fere omñes siue pedibus, siue manibus, seu alijs membris mutilauerunt. Pro qua re imperatori improperatum est a multis. Accepto itaqɋ diademate im

periali progrediĩ imperator in fines Apuliæ.
Nam regnũ Siciliæ, & Apuliæ, iam mortuo
Vuilelmo, iure hæreditario ad dñam Constan
tiam vxorẽ ipsius deuoluebatur: ꝙuis illud q-
dam Dancredus nepos reginæ occupauerit: ꝗ
mortuo quidam alij diuersa loca & castella oc-
cupauerant. Progrediens igiĩ imperator cũ ex-
ercitu, Neapolim ciuitatem munitissimã obse-
dit. Vbi in ęstiuo tempore multi Teutonicorũ
perierũt: & ab obsidione recessit imperator in-
glorius. Missis aũt nuncijs de Alemãnia, fecit
adduci vxorem suã: cuius vt dictum est erat ter
ra. Hæc in ipso itinere apud Cumas a quibus-
dam latronibus inhoneste tractata est: & a Sa-
lernitanis capta. Imperator vero reuersus est in
Alemanniã: relinquẽs in Apulia Diepoldum
quendam fidelem suũ, vt medio tempore con-
tra hostes ipsius pugnaret. Anno domini. M.c
xciij. Richardus rex Angliæ in Astria captus a
duce Lupoldo / tradiĩ imperatori. Impator ve-
ro.c. milia marcarũ sibi ab eodẽ data / fecit mili
tibꝰ dari in soldũ: & magnũ adunauit exercitũi
Apuliã: & Salernũ manu armata expugnauit:
de cuius præda ditatus est exercitus. Anno dñi
M.cxciiij. Tota Apulia & Sicilia & Calabria
eius subdunĩ imperio: & de subiectione & fi-
delitate, vades accępit, quosdam nobiles & po
tentes terræ, inter quos erãt archiepiscopus Sa
lernitanꝰ, & duo comites germani fratres eius-
dem, & quidam Margaritus qui potens fue-
rat in mari pirata. Anno domini. M.cxcv. Rur
sus quidam comites & barões in Apulis rebel
lant imperatori: quocirca imperator missa lega
tione / vades quos acceperat in Alemãnia iussit
oculis excæcari: quod & factum est, præter epi
scopũ. Rebelles quoq; captiuatos diuersis sup
plicijs & horrendis fecit interimi. Eo tempore
impator Marquardum de Anninuuilir dapi-
ferum & ministerialem suũ libertate donauit:
& ducatũ Rauennæ cum Romania, Marchiã
quoq; Anconæ sibi concessit: præfato etiã Die
poldo quasdam ꝓuincias Apuliæ cõmisit: po
nens eũ in quodam castro quod vocabaĩ Roc
ca de arce. Hi duo bella impatoris strenue per
egerunt. Philippo quoq; fratri suo dedit vxorẽ
dominã Erinam filiam regis Græcorũ, quam
repperit in palatio Panormitano: desponsata si
quidem fuerat filio præfati Dancredi, tradens
ei dominiũ totius Tusciæ, & terram dominæ
Mahtildę. Anno domini. M.cxcvi. Natus est
imperatori filius Fridericus: qui postea tenuit
imperiũ. Anno dominicæ incarnationis. M.c
xcvij. Heinrico imperatore ꝓcurante, Aleman
ni in terram ꝓmissionis venerũt, bellicosi cru-
deles, expensarũ prodigi, rationis expertes, vo
luntatem pro iure habentes, ensibus inuicti. In
nullis nisi hominibus suæ gentis confidentes:
ducibus suis fidelissimi: & quibus vitam potiꝰ
ꝙ fidem possis auferre. Hi cum venissent in ter
ram ꝓmissiõis / treugas fregerũt, quas rex An
gliæ vt dictum est / in recessu suo statuerat. Vr
bem Berentim recuperauerunt, Ioppen perdi-
derunt. His diebus comes Heinricus, qui do-
minus terrę Hierosolymitanę extiterat, de qua
dam fenestra sui palatij cecidit, & mortuus est
¶ Huius vxorem nomine Ysabellam, quæ re-
gnum hęreditabat, accæpit Americus rex Cy-
pri, & coronatus est in regnum Hierosolymi-
tanum. Alemãni vero ad obsidionẽ Tetoni ca
stelli accesserunt: ibiq; mensibus aliquot cõmo
rati, audita morte imperatoris Heinrici recesse
runt. Quorum principes fuerunt isti. Cunra-
dus Maguntinus archiepiscopus, Cunradus
cancellarius imperatoris, Heinricus dux Saxo
niæ, Luipoldus dux Astriæ, dux Brabantiæ,
Hermannus langrauius de Thuringia, frater
Ludouuici, quẽ supra memorauimus, Patauil
ensis episcopus, Ratisponensis episcopus, Ci
census episcopus, Halberstatensis episcopus,
marchio Cunradus, Albertus comes, Heinri-
cus Caladinus, Marscalcus, & plures alij ꝗs
memorare nõ curo. Nulla est enim ambitio me
morandi, quos constat plurimos fuisse & nul-
los. Nil valet nisi subsequatur effectus. In tem
pore illo in Alemannia Cunradus frater impe
ratoris dux Sueuorum mouit exercitum cõtra
Bertoldum ducem Zaringiæ de voluntate im
peratoris. Cumq; maneret in quodam oppido
Durlaich nomine, obijt: & sepultus est in mo-
nasterio Loricensi. Multi asserebant eum fuis-
se interfectum a quodam, cuius vxorem adul-
terauit violenter, siue ab ipsa vxore. Erat enim
vir totus inseruiens adulterijs, & fornicationi
bus & stupris quibuslibet, luxurijs & immun-
ditijs. Strenuus tamen erat in bellis & ferox, &
largus amicis: & tam sui / ꝙ extranei tremebãt
sub eo. Tunc imperator ducatũ Sueuiæ contu
lit prętato Philippo fratri suo. Qui relictis par
tibus Italiæ, transiuit in Alemanniã / cum vxo
re sua: ponens eam in castro Suainhusen. Tũc
etiam de mandato imperatoris regiũ diadema
imposuit regi Boemorum Otakero. Sequenti
quoq; anno in tempore paschali maximum fe
stum nuptiarũ celebrauit, cum multis principi
bus & baronibus apud Augustã in campo ma
gno qui diciĩ contio legis. ¶ His etiam tem-
poribus procurante imperatore, factum est vt
principes Alemanniæ pene omnes filium par-

uulum ipsius adhuc in cunis vagientē/assume rent in regem, & ei fidelitatē iurarēt, & literas de hoc facto cum sigillis suis transmitterent imperatori. Anno domini. M.cxcviij. Heinricus imperator obijt in Sicilia: & in ecclesia Panormitana magnifice est sepultus. Erat autem imperator. H. prudens ingenio, facūdus eloquio facie satis decora/ plus tamē macilenta, statura mediocris, corpore tenuis & debilis, acer animo. Ideoq; inimicis suis erat pauendus & terribilis, vanitatibus deditus maxime venationum & aucupiorū. Multi asserebant eum interisse veneno/procurante vxore sua, pro eo q nepotes ipsius supplicijs interfecerat: quod tamē nō est verisimile. Et qui cum ipso eo tempore erāt familiarissimi, hoc inficiabant. Audiui ego id ipsum a domino Cunrado qui postmodū fuit abbas Præmonstratensis: & tunc in sæculari habitu constitutus, in camera imperatoris extitit familiarissimus.

GESTA PHILIPPI.

PHilipp⁹ frater imperatoris eo tempore exierat de Alemannia, vt veniret ad ipsum in Siciliа: processeratq; vsq; ad mōtē Falconis castrū qddā apud Viterbiū: vbi de morte imperatoris nunciatū est ei, ortaq; est seditio in partibus illis/ maxime contra Teutonicos, qui tunc in partibus Italiæ demorabant: vnde in castro eodem quidam de familia ducis occidebantur. Inter quos erat. F. nobilis ministerialis eius de Tanne frater dapiferi, qui nunc est. Et ipse dux in magno discrimine ab Italia recessit: & laboriose peruenit in Alemanniam. Vbi iam principes iuramenta sua postponentes, de electione noui imperatoris tractare cœperūt, cupientes diripere hæreditates quæ ad præfatam generationē pertinebant. Sed deus contemnens omnem impietatē & perfidiam ipsorum, hoc fieri non permisit: inspirans cordibus hominum, vt suos natiuos dominos non derelinquant, & alienis adhæreant. Ideoq; præfatus Philippus ad partes Rheni se contulit in continenti: & natalē dñi in castro Haginou celebrauit. Vbi venerunt ad eum & officiales & ministeriales, & quidam de principibus & baronibus terræ: cum quibus habuit mysteriū consilij sui. Vbi etiam aderat Cunradus Argentinensis episcopus: qui etiā pmisit fauorē & auxiliū suū duci de obtinendo imperio. Volebat enim tenere imperiū cum in potestate sua haberet insignia imperialia: vtpote coronā & crucem, & alia quæ attinebant. Non enim cautū esset sibi vt ad alium transiret imperiū: & sic tam ipse q̄ fratruelis suus licet tunc paruulus, omni hæreditate sua priuarentur: quod etiā non placuit altissimo: sicut adhuc euentus rerū manifeste demonstrat: q̄uis multa cœperint interuenire impedimenta. ¶ Innocentius siquidem papa. iij. tūc de nouo in sede apostolica sublimatus, omni studio cœpit aduersari eidem. Hoc agens vt ipsum impediret ne ad sublimitatē culminis imperialis posset ascendere: improperans ei quæ frater suus & parentes crudeliter peregerant: quæ tamen multa nequitia hominum impulsi creduntur peregisse: in quo salua reuerentia sedis apostolicæ non videtur scd'm æquitatē iudicasse: cum dominus testetur per prophetam q nec peccata parentū filijs imputentur: quāto minus peccata fratrū aut aliorum ppinquorū. Ezechias q̄q; & Iosias reges religiosissimi, iniquissimos habuere parētes. Quinimmo in generatione saluatoris nostri Iesu Christi connumerātur multi iniqui. Extat adhuc epistola præfati Innocentij directa ad Bertholdum ducem Zaringiæ: in qua contra Philippum multa absurda, & quædam falsa describuntur: quam fecit interseri in compilatione decretalium suarū quas magister Petrus Beneuentanus subdiaconus ipsius postmodum in vno volumine compegit, distinguens eas sub certis titulis & librorum differentijs scd'm conuenientes sententias. Tunc cœpit papa friuolis insistere obiectionibus & exceptionibus, quatenus ipsum impediret, sententiam obijciens ei excommunicationis. Nam cum in Tuscia gereret adhuc principatum, dicebatur q Celestinus prædecessor suus ipsum excommunicauerit. Sane vt plus indeuotū posset eum comprobare si non eius monitis acquiesceret, misit episcopū Sutrinū ad repetendum ab eo vades de Apulia: quos olim frater ipsius. H. imperator iusserat excoecari. At ipse Philipp⁹ vt erat mansuetus & benignus, cum audisset de sententia excommunicationis, petiuit humiliter ab eodem legato absolui. Insuper vades præfatos domino papæ remisit. Quocirca papa vt odiosum plus redderet Philippum, comites illos cęcos, & viros nobiles & personatos fecit demonstrari, multis in curia Romana existentibus.

¶ Ego quoq; in minori ætate & sæculari vita constitutus adhuc, eo tempore constitutus Romæ vidi eosdem.

¶ Episcopum quoq; prædictum Sutrinum pro eo quod illicite absoluerit Philippum, excedens fines mandati, sicut in prętaxata

epistola sua expressit, priuatum episcopatu relegauit in quandam insulam maris quodã monasterio districto; vbi ille foeliciter vitã finiuit.

¶ Audiui etiã eo tpe, quod tñ difficile est relatu, & vix credendum, quia dixerit idem papa, q̄m ablaturus esset Philippo diadema regium, aut ipse sibi papę insigne apostolicũ. Cęterum q̄uis nõ sit credendum, q̄ voluntatẽ suam diuinæ voluntati prætulerit, constat tñ quia om̄i tpe aduersabaẽ eidem. Deus aũt ex alto ꝓspiciens, non permisit vt per totam Alemanniã deperiret cultus diuini officij, & ecclesiasticæ dignitatis, quæ duo honestius ibi consistunt, q̄ in alijs gentibus: licet vbiq; per incentiua vitiorum, maximeq; luxurię deprauata sint. His interpositis de oppositiõe sedis apostolicæ, vt regiũ genus deperiret, redeam⁹ ad describẽdum labores q̄s iniquissimorũ principũ machinatione sustinuit in Alemannia. Primũ qdẽ de prudenti cõsilio, cũ videret imminere sibi aduersitates & bella, acquisiuit sibi fauorẽ principũ & magnatũ. De Saxonia qdẽ habuit ducẽ Bernhardum, marchionẽ Moesię & alios principes sæculares potẽtissimos: insup archiepõs Magdeburgẽsem, & Brem̃. & suffraganeos eorundẽ. Sed genitrix & nutrix oĩm malorũ discordia noluit quiescere, quin potius Alemãnos q̄ omnẽ iustitiã detestanẽ & odio habent: & tñ bonis & honoribus suis insidianẽ ad inuicẽ: & quod deterius est, his deficientibus execrabilibus se occidũt vulneribus, ad hoc cõmouit, vt in præiudiciũ dominationis antiquę & generatiõis in regno diuturnę, cõdicerent curiã apud Andirnach oppidũ Rheni, quatenus ibidẽ eligerent impatorẽ. Quo audito Philippus transmissis illuc legatis, effecit vt nulla ibidem celebraretur electio. Tum ꝓpter sui & quorundã principũ absentiã, tum ꝓpter regiæ generationis nõ destituẽdam ꝓsapiã, tum ꝓpter iuramẽta principũ eidem generationi exhibita. Ideoq; plus confidentes in diuitijs & potentia Coloniensium, illuc conuenticulum suum condicũt. Vbi rursum dñs Philippus nuncios suos transmisit impediens, ne in pręiudiciũ suũ q̄libet fieret electio. Asserunt etiã q̄dam q̄ ꝓpter hoc ꝓmissa fuerint archiepiscopo Treuirensi duo millia marcharũ. Attamen Bertoldus dux Zaringiæ, tunc denominatus fuit in regẽ: nõ ꝓpter hoc q̄ iustus posset esse videri, aut diligere veritatem, cũ scriptũ sit, honor regis iudiciũ diligit: sed ꝓpter hoc quia pecuniosus videbaẽ cũ esset auarissimus & omni iniquitate plenus. Videns aũt Philipp⁹ q̄ a tali insolentia nollent cessare Alemãni, ipse cũ principibus sibi fauẽtib⁹ conuentũ adunauit in oppido Milhusen: vbi a Sueuis & Saxonibus & Bauuaris & Boemis & principib⁹ q̄pluribus Rheni eligiẽ in regẽ. Tunc cœperũt multiplicari mala in terris. Ortæ siquidem sunt in hominibus simultates, doli, perfidiæ, traditiones, vt se inuicẽ tradant in mortẽ & interitũ. Rapinæ, deprędationes, depopulationes, terrarũ vastationes, incendia, seditiones, & bella & rapinæ, siue in stratis siue in latrocinijs, iustificatæ sunt, vt omnis homo iam sit periurus, & prędictis facinoribus implicatus, vt vix excusari possit, quin sit in his, sicut populus, sic & sacerdos, tribulatio magna ꝓhibuit & hoc, vt nec quis de villa sua posset ꝓcedere secure, saltem in proximã villam. Exaltatũ est cornu iniq̄tatis, de quo multi delibuti sunt. Quos contra dominus loquiẽ per ꝓphetã. Dixi iniquis, nolite inique agere, & delinquẽtib⁹ nolite e. c. hoc cornu impletũ est iam adulterino vngento. Non eo de quo scriptũ est in lege. Non facies tibi vngentũ alterius cõpositionis: oleum quoq; peccatoris de quo iustus precaẽ, vt non impinguet caput suũ. Iam ꝓcul est cornu de cui⁹ oleo vnctus est Dauid ĩ regẽ. Quid igiẽ fiet in membris, nisi quod & in capitibus? Quid recipiat barba, nisi q̄d habet caput? Sic deriuanẽ tam mala q̄ bona. O de⁹ aspice, quia sicut vngentũ est in capite, tale descendit in barbam. Et vtinã in barbam tñ ad reprobos, descẽdit etiã in barbam Aaron. Nam qui in monte fortitudinis fundamentũ posuerant, vtpote claustrales, & vitas quascunq; religiosas agere se ficte demonstrãtes. Alienati sunt a vulua sanctæ matris ecclesiæ qua concepti sanctum baptisma percæperunt. Errauerunt ab vtero quo monitis salutaribus calefieri debuerunt, & nutriri, nunc tñ locuti sunt falsa. Principes q̄ppe qui Philippo assistere debuerant, ei pręsenti bona verba dederũt. Attamen cũ præfat⁹ dux Zaringiæ diffidere cœpisset de expẽsis ad obtinẽdũ ĩperiũ necessarijs, redijt ad gratiã regis Philippi. Accæpitq; ab eo beneficia, quæ sibi conferre curauit: & hominiũ sibi fecit: & fidelitatẽ & vades. s. nepotes suos quos apud Coloniã pro expensis obligauerat nõ absoluit. Qui oppido compulsi seipsos q̄plurimi absoluerunt: vtpote dominus Cunradus & Bertoldus filij Eginonis comitis de Vrach: quorũ Cunradus postmodum conferens se ad ordinẽ Cisterciensium, fuit abbas Cisterciẽsis. Indeq; per sedem apostolicã translatus, fuit Romę episcopus cardinalis, Portuensis videlicet & sanctę Rufinę. Alter vero Bertoldus videlicet fuit abbas ĩ Luzirach: nam in periculo captiuitatis constituti, ambo deo repromiserũt / q̄ si essent liberati, ad monachicam vitam se conferrent,

¶ Iam tunc Colonienſes & Argentinenſes cũ ep̃is ſuis, & alij quidam iniqui/cogitauerũt & machinati ſunt nequitiã. Miſerũtq; nuncios ſuos, Albertum videlicet de Tagiſburc, & de Liningen comites in Angliã, vt ide aduocarẽt & adducerent Ottonẽ: pro eo q; ſuperbus & ſtultus, ſed fortis videbat̃ viribus/ & ſtatura ꝓcer⁹ Prẹſumẽtes nihilominus auxilio p̃fati Richardi regis Angliæ, quia fuit auũculus eiuſdem. Hunc igit̃ apud Coloniã elegerũt in regẽ. Facta eſt hæc abuſio vt fieret quaſi portentũ multarum abuſionũ, quæ ſubſecutæ ſunt in terris. Vix.n. remanſit aliquis ep̃atus ſiue dignitas eccleſiaſtica, vel etiã parochialis eccleſia, q̃ non fieret litigioſa: & Romam deduceret̃ ipſa cauſa, ſed non manu vacua. Gaude mater noſtra Roma: quoniã aperiunt̃ cataractæ theſaurorũ in terra, vt ad te cõfluant riui & aggeres nũmorũ in magna copia. Lætare ſuper iniquitate filiorum hoim: q̃m in recõpenſatione tantorũ malorũ datur tibi preciũ. Iocundare ſup adiutrice tua diſcordia: q̃a erupit de puteo iſernalis abyſſi vt accumulent̃ tibi multa pecuniarũ prẹmia. Habes quod ſemp ſitiſti: decãta canticũ, quia per malitiã hoim/ nõ per tuã religionẽ orbem viciſti. Ad te trahit hoĩes, nõ ipſorum deuotio aut pura cõſciẽtia, ſed ſcelerũ multipliciũ ꝑpetratio, & litiũ deciſio, p̃cio cõparata. Hæc hactenus de exortu ſciſmatis in regno/ dicta ſufficiant. Nũc de bellis ꝓpter hoc geſtis dicamus.

DE BELLIS PHILIPPI.

PRoperant electi reges vterq; vt occupet ſedẽ regni Aquiſgrani. Sane Philippus prior oppidũ illud obtinuit: & ibidẽ viros ſtrenuos & nobiles in p̃ſidio cõſtituit: ĩter q̃s fuerũt Vualranus filius ducis de Limburc, & H. dapifer de Vualburc, & alij q̃plures. Supuenit aũt Otto cũ Coloniẽſibus & alijs fautoribus ſuis: & obſederũt ciuitatẽ. Cũq; interiores cõcluſi reſiſtere nõ potuiſſent, accepta pace & ſecuritate perſonarũ/ dederunt ciuitatẽ. Tunc dñs Adulfus q tunc erat Coloniẽſis ep̃s, in ſede regni coronauit Ottonẽ in regẽ. Hui⁹ q̃q; facti mẽtionẽ habet p̃fatus papa Innocenti⁹ in ep̃la ſua. Tota vero curia imperialis, & officiales imperij, adhẹſerũt Philippo cũ principib⁹ q̃plurimus. Interim q̃ppe redierat de vltramarinis partib⁹ Cunradus Herbipolenſis ep̃s, q fuit cancellarius. Hic declinauit in partẽ Philippi Prẹfatus q̃q; Hermãnus langraui⁹ de Thuringia, hic cœpit aduerſari Philippo (dirũ facin⁹) cũ eſſet fili⁹ amitæ ſuẹ ſperãs ad ſe poſſe deuolui ius imperij. Philipp⁹ itaq; prudẽti vſus cõſilio, cenſuit primũ eos q viciniores erãt bellis atterere, & ſuo dñio ſubiugare. Quocirca adunato exercitu Alſatiã petijt: in qua ꝓuincia terras inimicorũ vaſtauit. Primũ vero diuertit ad q̃ddam caſtrũ Haldinburc ꝓpe Argentinã in planitie terræ ſitum: ſed foſſatis & ædificijs valde munitũ. Quod cũ cinxiſſet obſidione/ paucis diebus euolutis expugnauit illud manu bellica & funditus euertit, deducens eos captiuos qui in illo erant. Poſtea caſtra in Ruuach, & in Aphich expugnauit & cõfregit. Anno ſequenti ad obſidionẽ Argẽtinenſis ciuitatis ꝓperauit: vbi ſuburbia prius incẽdit, & terras ciuiũ vaſtare cœpit. Tunc vidẽtes ciues ſe nõ poſſe reſiſtere, Philippũ tanq; dñm ꝓpriũ in ciuitate recæperũt, & ei fidelitatẽ iurauerũt. Ep̃s q̃q; in gratiã ipſius redijt. Inter hæc in ꝑtibus Rheni bella vbiq; peragunt̃. Otto q̃q; vna vice cũ exercitu aſcendit vſq; ad Spirã: ſed cõpulſus redijt ad inferiores partes. Frequẽter cõmiſſæ ſunt pugnæ inter eos/ maxime circa Moſellam fluuiũ & Otto ſemp fugat̃. Inter hæc deſpõſauit Otto filiã ducis Brabanziæ: ſed eã poſtea repudiauit. Quocirca principes terrarũ & barones arte diabolica edocti, nec curabant iuramẽta infringere, nec fidẽ violare: & ius omne cõfundere, nunc recedẽtes q̃plurimi a Philippo, Ottoni adhẹrẽtes, & ecõuerſo. Prẹfat⁹ q̃ppe langrauius multotiens decẹpit Philippũ, doloſe ip̃m circũueniens, & rurſum rebellans. Deniq; compulſus neceſſitate Philipp⁹, aſſumpſit bellũ cõtra p̃fatum langrauiũ in Thuringiã: vbi obſidere cœpit caſtrũ in Vuizinſe. Langrauius in auxiliũ ſuũ aduocauit regẽ Boemorũ Odoacar: qui cũ multis venit in Thuringiã. Aſt Philippus cũ exercitu obuiã pergit eidẽ, pugnatur⁹ cũ ipſo. Cũq; ꝓpe iũcti fuiſſent exercit⁹ vtriq; Boemi de virib⁹ aduerſariorũ territi, relinquẽtes caſtra ſua nocte fugerunt: q̃s iſti ſubſecuti/ dãna cædiũ, & alia ipſis intulerũt. Tũc cernẽs langrauius ſe viribus deſtitutũ, venit ad pedes Philippi, & ſe in poteſtatẽ ipſi⁹ tradidit, vt gratiam inueniret. Quẽ Philipp⁹ puro corde ſicut erat benigniſſimus recæpit: & ille poſt hæc nõ impugnauit eũ manifeſte. His igit̃ bellis fœliciter peractis, & tranſacto ſpatio duorũ annorum, vt vires popul⁹ recuperaret, decreuit agere bellum contra Colonienſes. Cũ magno igitur exercitu venit in fines illorũ: fiuntq; incẽdia & vaſtationes terrarũ. Capiunt̃ oppida quædam in partibus illorũ, multi ſiue cõpulſi; ſiue muneribus aut ꝓmiſſionibus illecti, recedunt ab Ottone: & adhærent Philippo. Inter q̃s prẹfatus Adulfus Colonienſis archiepiſcopus cũ rege recõciliatus, ſecum venit Aquaſgrani, & ipſum coronauit in regem.

¶ Interim quoq; redierat de vltramarinis par-
tibus Cunradus archiepiſcopus Maguntinus
qui callide propter timorem domini papæ ſe
geſſit in hoc facto: latenter tamen aduerſatus
Philippo potius q̃ fauens: timebat enim eum.
Sed hic in breui vitam finiuit. Rex itaq; Phi-
lippus ad ciuitatē Maguntienſem acceſſit: cu-
piens efficere vt idoneus illi eccleſiæ præficere
tur epiſcopus: factumq; eſt in ipſa electione vt
omniū vota conuenirent in Luipoldum Vuor
macienſem tunc epiſcopū: tribus tantum exce-
ptis, qui accepta occaſione de præſentia regis,
allegabant non poſſe liberam fieri electionem:
potius quia ſciebant papam contrariū eſſe regi,
appellātes exierunt de ciuitate. Electoq; ab vni
uerſis præfato. L. hi tres apud Bingin oppidū
conſtituti, vnum ex ſe elegerunt, Sifridum vi-
delicet, qui vſq; hodie manet epiſcopus. Nam
dominus papa multis volens vti rationibus, caſ
ſata electione omniū de. L. factam electionem
quæ nullo iure ſubſiſtere poterat confirmauit.
Sicut exprimit in ſua decretali, quæ ſic incipit.
Bonæ memoriæ. Vbi quoq; exprimitur quali-
ter pro iſto negocio & alijs, Preneſtinus epi-
ſcopus venit Coloniā. Super hac electioue fe-
cit non iudicium/ſed iniuriam. Inſuper quia ci
ues Colonienſes adhuc cū quibuſdam alijs ad
hærebant Ottoni, vt ex hoc poſſet prædictus
legatus iniurias multiplicare. In iniuriā quoq;
Philippi depoſuit Adulfum epiſcopū pro eo
ꝙ Philippū coronauerat: & in locum eius fecit
inſtitui Brunonē, qui fuerat p̄poſitus Bunnę:
& ipſum in epiſcopū ordinauit. Sed tamen ꝓ-
pter Philippū regem & fautores alios iuſtitiæ,
nec iſte/nec præfatus. S. Maguntinus potue-
rūt acquirere temporaliū adminiſtrationē vſq;
ad mortem Philippi. Ipſe quippe rex medio
tempore de præfata vxore ſua genuerat. iiij. fi-
lias: quarū vnam deſponſauit filio regis Boe-
morum, alteram filio ducis Brabanziæ: pro-
pter quod confortatus eſt in regno: paucis in
Saxonia & inferioribus partibus cum ciuibus
tm̄ Colonienſibus fauentibus adhuc Ottoni.
¶ Ea tempeſtate ſurrexit in Francia quidā præ
dicator Fulco nomine. Ad cuius prædicationē
multi ſunt cruce ſignati: nō ſolum in Francia,
ſed etiam audita fama in alijs gentibus. Inter
quos duo comites de Brana, nobiles quidem/
ſed pauperes, venerunt in Italiam ad dominum
papam: quorum vnus Vualtherus, alter Io-
hannes vocabatur. Miſit igitur papa dictum
Vualtherū bellare contra Diepoldum de Roc
ca de arce, in Cāpania. Aſt Diepoldus de no-
cte quadam irruens in caſtra illius, ipſum inter
fecit: & terram viriliter obtinuit: ſed papa quę-
cunq; poterat/contra ipſum machinabaẗ. Alter
vero, Iohannes videlicet, cum exercitu Chriſti
anorū in quo multi erant proceres tam de Fran
cia/q̃ de Alemannia; necnon ex Italia, & ciui-
tatibus præcipue Venetis, iter tanq̃ Hieroſoly
mitanum aggrediuntẽ. Attamen nauigio ten-
dunt in Græciā. Quod multi aſſerebant de con
ſilio & autoritate domini papæ factum fuiſſe.
In quo itinere Veneti expugnauerunt quan-
dam ciuitatē Satirā nomine in inſula maris ſi-
tam, in cōfinio Dalmatiæ & Macedonię: quę
tamen chriſtiana fuit: in qua ſpolia multa diri-
piunt. Totus vero ille exercitus nauibus tranſ-
uectus applicuit ad ciuitatē Conſtātinopolim
vbi iam rex non erat, pro eo ꝙ principes illius
terræ patrem præfatæ dominæ Erinæ vxoris
Philippi, oculis erutis regno depulerunt: pro
qua re filius eiuſdem, frater videlicet reginę ve
nit ad Philippum in Alemanniā. Venerat autē
ante eum quidam nobilis princeps Gręcorum
volens percipere regnum nomine reginę: quē
cum depræhēdiſſent fraudulenter laborare, pri
mū iuſſit eum rex captiuū teneri: ſed interuen
tu reginæ cito abſoluit eundem. Qui veniens
in Gręciam/cœpit regnū ſibi vendicare; quem
poſt hæc in breui Græci ſtrāgulatū ſuffocaue
runt. Legatione itaq; accepta a ſorore & rege
Philippo, præfatus redijt in Græciam: & re-
gnum accæpit. Quem nihilominus poſtmo-
dum in breui interfecerunt. Inter hęc aduenia-
uit præfatus exercitus, & cœpit expugnare ci-
uitatem Conſtantinopolim in ea parte qua cu-
ria regis eſt ſita, & templū Sophiæ. Fecerūtq;
ſuper naues turres ligneas: & machinas contra
turrem quæ mari adiacebat. Tandem appulſis
machinis, de ſuperiori parte in turrem illam vi
riliter & non ſine periculo quorundam ſe iacta
uerunt. Expugnataq; ea parte ciuitatis/magnā
prædam tulerunt. Multaſq; reliquias ſancto-
rum auro & gemmis decoratas inde tulerunt:
quarum poſtmodum vidimus quaſdam. Qui
dam etiam abbas Ciſtercienſis ordinis de loco,
qui vocatur Pariſius, in nemore Voſego con-
ſtitutus, plurimas reliquias ad monaſteriū ſu-
um detulit: quæ adhuc retinentur ibidem. An
furtiuæ ſint/iudicet qui legit. An videlicet do
minus papa talem rapinam in populo chriſtia
no factam potuerit iuſtificare: ſicut furtū Iſra-
helitici populi in Aegypto/iuſtificatur auto-
ritate diuina. Tunc comes Flandriæ conſtitui
tur rex Græcię. Multi de exercitu illo remanſe
runt in Græcia; multi redierūt ad ꝓpria. Qui
dam etiam ad vltramarinas partes peruenerūt.
Inter quos ſupradictus Iohannes comes Bra-
nę illuc aduenit.

Huic iungitur in matrimonio regina terræ fi
lius Ysabella, mortuo præfato. H. Hic filiam
vnam genuit ex ea: quam postmodum Frideri
cus imperator accæpit vxorem. Sed nunc rede
amus ad propositum.

Determinatio causæ.

IAm principes diuturnis bellis fatigati, de-
creuerunt ad concordiã rebelles inter se re
ges reuocare. Sane quia iã maximũ impedimẽ
tũ huius rei fuit domin⁹ papa, cũ iam pars Ot
tonis valde fuerit infirmata. Decretũ est igitur
quatenus nuncij mitterent Romam, qui Phi-
lippum in gratiã summi pontificis reducerent.
Missi sunt igitur viri nobiles & auctorabiles.
Vuolfgerus patriarcha Aquileieñ. & Geboar
dus Burgrauius Magdiburgeñ. cũ quibusdã
ministerialibus Philippi regis. Qui assumptis
de Cremona quibusdam viris peritis, veniunt
ad curiam Romanã. A quibus inducitur papa
vt velit permittere quatenus regnet Philippus.
Ast propter hoc (vt rettulerunt nobis viri veri
dici) promittitur papę ꝙ filia regis daretur in
vxorẽ filio fratris sui Richardi qui iam comes
fuerat effectus papæ suffragio: nec statuit pa-
pa repetere terras, quas multotiens ab impera-
toribus repetere consueuerunt antecessores sui
ĩ Tuscia & Spoleto, & marchia Anconæ, spe
rans ꝙ in potestatẽ nepotis sui ꝓpter prędictas
nuptias possent deuenire. Mittunt igitur lega-
ti sedis apostolicæ in Alemanniã ad reforman-
dam pacẽ: videlicet dominus Hugolinus Ho
stiẽsis & Velletreñ. episcop⁹, & domin⁹ Leo
tituli sanctę crucis in Hierusalem diaconus car
dinalis. Ante hos supradictos patriarcha venit
ad Philippũ regem, nunciãs aduentũ istorum:
quibus rex obuiam mittit præstans eis condu-
ctum vsq; ad se. Iungunt itaq; regi apud Spi-
ram. Vbi habito concilio, condicit curiam prin
cipum apud Northusin in cõfinio Thuringiæ
& Saxoniæ: vbi Philipp⁹ deduci fecit legatos.
Ipse quoq; cũ principibus peruenit illuc. Otto
quoq; ꝓpe erat ibidem in quodam castro. Va-
dunt & redeunt legati & patriarcha cũ quibus
dam alijs principibus inter vtrosq; reges pacẽ
composituri: sed ibidem cõpositio fieri nõ po-
terat: vnde procedunt in Saxoniã. Rex in Kuti
linberc recipit. Otto prope manet in castro. Ibi
tandem taxata est forma compositiõis. In qua
statutum fuit inter cætera, quod etiam postea
completũ fuit, videlicet vt Otto filiam Philip-
pi accipiat vxorẽ: quæ tamen in quarto gradu
consanguinitatis sibi attinebat: fieretq; dispen-
satio per sedem apostolicã ꝓ bono pacis. Tunc
legati redeunt Romã. Anno itaq; sequenti sta-
tuit Philippus cũ exercitu venire in Saxoniam
contra quosdam qui adhuc ibidem sibi rebelles
extiterunt: venit itaq; in Babinberc. Aduenerat
quoq; illuc nefarius Otto ille palatin⁹ de Vui
tilisbach. Rex vero minutionẽ sanguinis fecit
ibidem de venis vtriusq; brachij: plurimi quoq;
de suis minuebant sanguinem. Tunc sceleratus
Otto assumptis militibus episcopi Eggiberti,
& marchiõis de Andehse Heinrici fratris prę-
fati episcopi venit in palatiũ. Ille vero impi⁹ ac
cessit ad ostium cameræ in qua rex quiescebat,
pulsabat vt intromitteret: quem rex iussit intro
mitti, nihil mali suspicatus. Cumq; cerneret ne
minem esse in camera præter regem & cancel-
larium, & . H . dapiferũ de Vualpurc qui erant
in consilio, rediens aperuit ianuam cameræ, ac
cipiens gladiũ a seruiente quem vibrare cœpit
in collum regis. Sed dapifero exclamante ter-
ritus, vix plagam ꝑfecit: & paruulum vulnus
in collo regis dedit: sed venam vnam organicã
amputauit. Cumq; præfatus dapifer exitum ia
nuæ sibi intercludere voluisset, maxillam ipsi⁹
eodem gladio vulnerauit: quam laudabilem ci
catricem vsq; ad mortem habuit. Oritur vndiq;
tumultus: rex quoq; paululum procedens, ex-
pirauit. Ille vero malignus ad præfatos episco
pum & marchionem confugit: vnde & illi rei
habiti sunt de tali mordo. Fuit autem occisus. x
kal. Iulij. Hac sola causa: quia cum desponsas-
set vnã de filiabus suis præfato sceleroso. Idem
quẽdam liberum familiarem ducis Bauuariæ,
perfide interfecit. De qua perfidia coram prin
cipibus notatus fuit: & ideo rex filiam suam si-
bi tradere denegauit. Postmodum breui spatio
temporis interiecto, cum regnaret Otto, faci-
norosus ille a Heinrico de Kallidin ꝑfato mar-
salco ob vindictam domini sui, gloriose fuit in
terfectus in quadam grangia non longe a Ra
tispona. Corpus vero regis primum humatũ
fuit apud Babinberc. Sane postmodum cũ Fri
dericus. ij. imperator regnum accæpisset, pa-
trui sui corpus noluit in Babinberc esse sepul-
tum: sed fecit illud extumulatũ in Spiram de-
ferri: & de cõsilio Heinrici de Sarphinberc epi
scopi Spirensis, & cancellarij imperialis aulæ,
ibidem sepeliri cum progenitoribus suis: & ob
commemorationẽ tanti regis, canonicis eccle-
siæ Spireñ. in augmentum præbendarum sua-
rum contulit ecclesiam in Ezilingin, cum per-
tinentijs suis.

¶Hunc Philippum nolunt Romani, maxi-
meq; qui de curia sunt, scribere in catalogo im
peratorum, sed ducem Sueuiæ eum describũt.
Licet constet ex prædictis ꝙ potenter regna-
turus fuisset: sicut & alij de parentela eiusdem
si non impedisset mors.

¶ Erat aūt Philippus animo lenis, mēte mitis,
eloquio affabilis, erga homines benignus, lar
gus satis & discretus: debilis quidem corpore,
sed satis virilis in quātum considere poterat de
viribus suorū; facie venusta & decora, capillo
flauo, statura mediocri, magis tenui ꝙ̄ grossa.
Hic cū non haberet pecunias quibus salaria si-
ue solda praeberet militibus, primus coepit dis-
trahere praedia quae pater suus Fridericus im-
perator late acquisierat in Alemānia: ita vt cui
libet baroni siue ministeriali villas seu ꝑdia ru-
sticana, vel ecclesias sibi contiguas obligaret.
Sicq; factum est, vt nihil sibi remaneret praeter
inane nomen dominij terrę: & ciuitates seu vil
las in quibus fora habentur, & pauca castella
terrae. Ea tempestate idem Philippus ecclesiā
Vrspergensem obligauit titulo pignoris nobili
viro Bertholdo de Nisen, & filio eius. H. quā
postea ꝑpositus qui tunc fuit, & fratres de po-
testate eorūdem tyrannorū liberauerunt: cū tan
tam coepissent ibidem exercere tyrannidem, vt
nequaq; posset ecclesia cōuētualis existere. Pro
liberatiōe vero soluerūt. cc. marcas argēti. Hic
modus obligationis & solutiōis ecclesiarū ma
xime Cisterciensis & Praemonstratēsis ordinis
hactenus inusitatus fuit: & libertatibus priuile
gior; ipsorū valde contrarius. Cum constet ꝙ
priores imperatores nullum tale ius sibi vendi
cabant in ecclesijs praedictorum ordinū. Occa
sio autē huius rei dicit̄ fuisse, & narrat̄: ꝙ olim
praesidente Grimone praeposito in ecclesia Vr
spergensi, regnante Cunrado rege, & sibi suc-
cedente nepote suo imperatore Friderico, pro-
pter reuerentiā & autoritatē praefati Grimonis
ipsi imperatores nihil huiusmodi iuris pręsum
pserunt sibi vendicare, praeterq; illud quod per
tinet ad dominiū totius terrae: vt sub ꝓtectione
sua eas susciperent, & priuilegijs suis munirēt,
& fideliter defenderēt. Contigit aūt ꝙ mortuo
praedicto Grimone, canonici Vrspergēses ele
gerūt sibi in rectorē quendam de fratribus suis
hoīem nulli⁹ intelligētiae, aut valētię: & adeo
hebetis eloquentię, vt nec verbum de ore ipsi-
us nisi cū difficultate posset intelligi. Cūq; ta-
lis praelatus coram inclytae recordationis impe
ratore Friderico cōparuisset/ ipse cū tota curia
sua spreuit eundem: odioq; sui, nobili viro De
genhardo de Hellinstein, procuratori suo per
omnia regalia praedia Sueuiae iniunxit, quate-
nus personaliter accederet ad ecclesiam Vrsper
gensem, & de voluntate fratrū in praedijs ipso
rum statueret extra abbatiā: & gragias statutis
apponeret, annuū quod sibi ꝓ aduocatia & de
fensione solueret̄: vt videlicet quilibet mansus
rusticanorū pręiorum solueret maltare vnum
auenae: vt officiales sui equis ipsorū ex hoc hā
berēt annonam: & ipsa ecclesia sine pręiudicio
omnis grauaminis imperialem haberet defensī
onem. Hinc nacta occasione cū pręfati tyranni
de Nisen tantillam pensionē ab imperatoribus
petere viderent̄, ipsam ecclesiā om̄ino subege
runt, & destruere studuerunt. Caeterū deus vl
tionū dn̄s in primū huius sceleris autorē prae-
fatum videlicet Philippū vindictam exercuit,
vt sub gladio tyranni caderet, qui primus eccle
sias in potestatem tyrannorū contradidit.

ANNI PHILIPPI.

ANno domini. M. cxcix. ab vrbe cō
dita. M. dcccclij. Philippus. xciij.
loco ab Augusto regnū accaepit.
Regnauit aūt annis. x. multa susti-
nens bella & perfidias multorum.
Eodem anno super Mosellam Ottonem fuga
uit & suos: caeterū sedē regni nō obtinuit. Eo-
dē anno Celestinus papa mēse Feb. obijt: & In
nocentius. iij. qui prius vocabat̄ Lotharius, pa
patum accaepit. Sedit annos. xviij. menses. iiij.
d. Anno domini. M. cc. Philippus Alsatiam
vastauit: & quasdam munitiones expugnauit.
Anno domini. M. cci. Philippus Argentinam
obsedit: & eam in potestatē accaepit. Anno do
mini. M. ccij. Ego presbyteratū accaepi a vene
rabili episcopo Constantię Diethalmo. Anno
domini. M. cciij. Philippus Thuringiā vasta-
uit: & langrauiū in deditionem accaepit. Anno
domini. M. cciiij. Anno dn̄i. M. ccv. Philipp⁹
cū exercitu in partes Coloniae aduenit: vbi ꝙ̄
plures fautores acquiuit: & ab episcopo Adul-
fo coronā Aquisgrani accaepit. His tempori-
bus Cunradus Herbipolensis episcopus impe
rialis aulae cancellarius, qui de Hildenshein il-
luc translatus fuerat, impiorum gladijs occisus
occubuit: videlicet quorundam ministerialiū
de castro apud Herbipolim, quod vocabatur
Rauensburc: quod tamen postmodum a ciui-
bus Herbipolensibus est destructum: illi ꝗq;
homines nefarij de terra sunt expulsi. Huic in
officio cancellarij successit episcopus Athstetē
sis, frater comitis de Tollenstein: quo tamen in
breui ab eo officio pulso, epō Ratisponensi il
lud est collatū. Eodem anno ego ad religionē
veni. Anno dn̄i. M. ccvi. Legati in Alemanniā
adueniunt. His etiam temporibus Constanti-
nopolis expugnatur. Anno dn̄i. M. ccvij. Ego
ad ordinem Pręmonstratensem veni. Anno do
mini. M. ccviij. Eclipsis solis facta est mēse Fe
bruario, hora diei. ix. Eodē anno Philippus in
Babinberc occidit̄, mense Iunio. ¶ Anno dn̄i Anni Ottonis.
M. ccix. ab vrbe cōdita. M. dcccclxiij. Otto hu
ius nominis. iiij. ex parte patris de Sueuia & Sa-

xonia, ex parte vero matris de Anglia vbiq; no
bilissima stirpe ꝓgenitus.xciiij. loco ab Augu
sto regnū accępit: & regnauit annis.iiij. & a re
gno pellitur: quod ꝓpter ipsi⁹ superbiā pręci
pue contigisse credit. Primū siquidem in Fran
kenfurt adueniens, consensum principū accæ-
pit. Veniūtq; ad eū præfati legati Hugelin⁹ &
Leo. ¶ Eo tpe Sifridus Augustensis ep̄s mu-
ros castri in Suuabecke deiecit: & ipsum castrū
destruxit ꝓpter insolentias quas vrbani in pręₒ
dijs ecclesiæ suæ in Menchingin & alibi cōsue
uerant exercere. Vñ ipse postmodū semp timu
it impatorē: & qa suos veros dños plus dilexit
Erat.n.ministerialis Philippi de Rechberc ori-
und⁹. Heinric⁹ vero de Scarphinberc Spirēsis
ep̄s q fuerat ꝓpronotarius in curia Philippi, in
potestate habebat in castro Triuels coronā &
crucem, & insignia regalia: quę nec etiā restitu
ere voluit, nisi fieret cancellarius imperialis au
læ: quod & factum est: perdurauitq; in eo offi
cio vsq; ad finē vitæ suæ: cum tñ postmodum
habuisset duos ep̄atus, Metēsem & Spirēsem.
Timens aūt Otto q; ministeriales spectātes ad
Philippū nō facile suo subderent imperio, sed
ad suos natiuos dños redirēt, filiā Philippi tan
q; dñam oīm rerū quæ ad generationē illā spe
ctabant, accæpit vxorē. Tunc itaq; peragratis
partibus Rheni aduenit in Sueuiā: cœpit autē
prędonibus & facinorosis terrorē incutere, &
iudicia super eos exercere: potius indignans su
per eos per supbiā, q; amans iustitiā. Vnde etiā
contra morem gentis comites seu barones vel
principes ad se venientes rebus & verbis inho-
nestauit. Feuda q̄q; quæ Philipp⁹ habuerat ab
ecclesiasticis principibus, etiā contra volūtatē
illorū obtinere voluit: & tam ipsos/q; ecclesias
opprimere cœpit: simulans zelum iustitiæ, cū
potius ageret superbe. Vñ a pauperib⁹ & mo-
nachis & clericis tanq; defensor collaudabaẗ iu
stitię: sed deus aliud respexit in corde. Habebat
aūt famulos suos de Saxonia & Anglia, seu cle
ricos seu laicos, qb⁹ oīa beneficia quæ cōtigit
vacare, studuit conferre. Fuerat aūt cōsuetudo
principū, vt hilariter & ꝓmpte beneficia seu ec
clesias cōferrent primis petētibus: quod iste ne
quaq; facere voluit. Cumq; venisset Augustā
eodē anno in natiuitate dñi, multiq; principes
& milites cōuenissent ad curiā, p̄cæpit impera
tor marscalco de Callindin & militib⁹ suis, q̄te
nus malefactores inuestigarēt & sibi eos exhi
berēt in iudicio. Vnde q̄plurimi milites in no
cte fugerūt: comes q̄q; de Grafisbach violēter
ante imperatorē attractus est: & cappa qua in-
dutus erat/turpiter laniata. Vñ timor ipsius ce
cidit super barones & milites. Hi nanq; in Ale
mannia plerunq; solent esse prædones. Fauorē
vero maximum a popularibus & claustralibus
acquisiuit. Inde itaq; ꝓgrediens terras peragra
uit, accipiēs eas in potestatē: & exercitū cōgre
gauit, quatenus veniret Romā coronādus. Eo
anno tpe vernali, & æstiuo, expediens se impe
rator, & ꝓficiscens circa festū sancti Michaelis
Romæ coronaẗ ab Innocētio papa.iij. Cumq;
exercitus imperatoris maneret extra ciuitatē, q
dam milites & alij lasciuiētes gratia spectandi
decreuerunt venire in ciuitatem: cum quibus
erat etiā dñs Sifridus Augustensis ep̄s. Ast oc
casione nescio qua nacta, ciues insurrexerunt
cōtra illos: interfectiq; sunt qdā ministeriales
nobiles de Augustensi diocesi, & plurimi vul-
nerati. Heinricus q̄q; de Bobingen ministeria
lis vulneratus, domū qdem rediit: sed post in
breui vitā finiuit: & curias quasdā in loco qui
dicit super Egge, ecclesiæ nostræ contradidit.
Imperator itaq; coronatus, dimisit exercitū: &
ipse cū paucis in Italia permāsit: accipiens terrā
in potestatē. Insignia q̄q; imperialia apud Me-
diolanū cōmisit: vnde magnū fauorē a Medio
lanensibus acquisiuit. Inde peragratis partibus
Tusciæ, & Marchiæ, contra iuramentū quod
fecerat dño papę, manu hostili cœpit inuadere
terras sancti Petri, ad ecclesiā Romanā pertinē
tes. Præterea iuramenta q̄ fecerat de reforman
da pace cū Philippo rege Francię, & Friderico
rege Siciliæ, vt sup his staret mandatis dñi pa
pæ, quatenus ecclesia tota non perturbaretur,
oīno respuit obseruare. Quinīmo manu hosti
li Apuliā intrauit: & multas ciuitates ad regem
Siciliæ pertinētes, in suā potestatē redegit, &
principatū Capuę cū palatio eiusdē ciuitatis ac
cæpit: & in eodē permanere cœpit. Cūq; sup
his ad resipiscēdum, frequēter admonitus a pa
pa fuisset, tandē contumax & rebellis existens,
ab eo fuit excōmunicatus: & vbiq; denūciat⁹.

ANno dñi. M.ccx. Otto excōicatus denun
ciatur. Tunc principes Alemāniæ, rex vi
delicet Boemiæ, dux Astrię, dux Bauuarię, &
langrauius Thuringiæ, & alij q̄plures cōueni
entes, Fridericū regē Siciliæ elegerūt in impe
ratorē coronādum: cui etiam olim cū adhuc in
cunis esset iurauerāt fidelitatē. ¶ Nūcios itaq;
acquirūt qui hanc suā electionē, tam in ciuita-
te Romana, q; apud pręfatū.F.regē Sicilię ꝓ-
moueant, & ipsum in Alemanniā perducant.
Mittiẗ in hac legatione nobilis vir Heinricus
de Nifen, & Anshelm⁹ de Iustingen, vir inge
nuus: ꝓmittunẗq; eis ꝓ expēsis & itinere, qn-
decies centenæ marcæ, de reddiīb⁹ imperij sol
uendę, Cūq; hi simul vsq; Veronā ꝑuenissent,
pręfatus.H.remansit ibidem, quatenus fauorē

Lõbardorũ acq̃reret p̄fato regi: & p̄cipue Ve-
ronensiũ. Dictus vero Anshelm⁹ magno labo
re & periculis plurimis Romã vsq; peruenit:
ibiq; cõsilio & interuẽtu dñi Innocentij papæ
obtinuit, vt a ciuibus & populo Romano Fri-
dericus ĩperator collaudaret: & de ipso factam
electionẽ papa cõfirmauit. Tũc itaq; p̄fat⁹. A.
ꝓgressus venit ad sępedictũ. F. regẽ Siciliç: vix
q; obtinuit apud illũ, vt iret ĩ Alemãniã. Vxor
nanq; ipsius, filia regis Aragonẽsis, quã prius
vxorẽ habuerat rex Vngariæ, plurimũ studuit
eũ reuocare ne iret. Similiter & multi potentes
Siciliç timẽtes euenire sibi periculũ ꝓpter frau
dem Alemãnorꝝ. Ast ipse cũ paruulũ iã ex cõ
iuge haberet filiũ, Heinricũ videlicet postmo-
dum regẽ factũ, relictis vxore & filio & terra,
viriliter iter arripuit ad accipiendũ imperiũ: &
primo Romã applicuit. Vbi accepto fauore &
cõsilio dñi papæ Ianuã peruenit. Hui⁹ itaq; ci
uitatis ciues, iter sibi parant securũ: timebãt. n.
incursus Mediolanensiũ: & ipsum Papiã vsq;
ꝑducũt. Tunc Papiẽses & Cremonẽses coadu
nati, vsq; in vallẽ Tridentinã ipsum conducũt
¶ Anno dñi. M. ccxi. Otto in Apulia quasdã
ciuitates accępit, & Capuã peruenit: vbi & hie
mauit. Eo tp̄e cũ venissem⁹ ad curiã Romanã
vidimus ibidẽ virũ religiosum abbatẽ de Mo-
rimunt, qui a festo. S. Michaelis, sicut ipse asse
rebat, vsq; ad quadragesimã quinq; vicib⁹ trãs
ierat a Roma vsq; Capuã, iussu dñi papę, qua
tenus pacẽ reformaret inter papã & imperato
rem. Cæterũ imperator. O. nulla ratione flecti
potuit, qn vellet expellere de terra p̄fatũ. F. re-
gem Siciliæ, & de Philippo rege Franciæ vlti
